This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

PRAEFATIO

600077288

Q. HORATI FLACCI

OPERA

RECENSVERVNT

O. KELLER ET A. HOLDER

VOL. I

CARMINVM LIBRI IIII EPODON LIBER CARMEN SAECVLARE

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXIV

297. e. 57.

FRIDERICO RITSCHELIO

PER QVINQVE LVSTRA

BONNAE ARTEM GRAMMATICAM EXIMIE PROFESSO

S.

PRAEFATIO

PRAEFATIO

Quandoquidem uix ullus erit, quem fugiat, ab eis Horati editoribus, quicumque adhuc criticum apparatum exhibere contenderunt, meliorum codicum uarias lectiones haud ita esse descriptas, ut inde colligi possit, quae lectiones propter auctorum fidem aut recipiendae esse uideantur aut reiciendae: ea de causa ego cum Holdero amico, a FRIDERICO RITSCHELIO potissimum, praeceptore optimo, incitati, nouam Horati editionem curare eique criticum apparatum eis, qui adhuc in lucem prodierunt, perfectiorem adicere nobis proposuimus. Ad hunc igitur finem et manu scriptos aliquot libros Horatianos, qui hodie in Francogallorum et Heluetorum bibliothecis quibusdam adseruantur, ipsi contulimus et ab aliis, qui suas nobis collationes humanissime commiserunt, magnopere adiuti sumus et, ut ueterum quoque Flacci interpretum lectiones satis sciremus, praestantissimos eorum codices quam maxima potuimus diligentia descripsimus, denique, ubicumque apud alios scriptores Horatianum aliquid deprendimus, ea congessimus et, quicquid testimonii uice fungi posse arbitrabamur, ad modum Vergilii Ribbeckiani typis mandauimus.

Iam uero quos et quales codices Horatianos in huius uoluminis usum adhibuerim, paucis hic exponam: uberius de hoc capite Holderus meus disputabit.

A est codex Parisinus 7900[a] saeculi VIIII (secundum Ottonem Iahnium, Hauthalium, alios) — X olim Puteaneus, hic illic rescriptus; deficit inde ab epod. 16, 26 usque ad epod. 17. 81; contuli ipse. Correcturae ab eo, qui codicem scrip,sit profectae et altera manus posterior facillime distinguntur,

B = codex Bernensis 363 saec. VIIII olim Floriacensis; desunt carmina 12 omnino, ex parte 21, bis exhibet c. IIII, 2, 1—32. 34—40. epod. 1, 1—4. 12, 1. 2; ordo carminum turbatus est, quode uide sis Orellii praefationem. Huius libri accuratissimam collationem a se ipso confectam H. VSENERVM possidere per C. Diltheium amicum certior factus adii uirum celeberrimum precibus, et ille mihi, qua semper excelluit humanitate, beneuole satisfecit. Itaque mihi eorum, qui huius codicis lectiones antea ediderunt, aliquot errores haud leuissimos licuit emendare.

F = liber archetypus codicum φ et ψ. Quaecumque enim lectiones his codicibus reperiuntur communes, signaui littera *F*. Apud Remenses quondam hunc librum fuisse probabiliter coniectauit Holderus.

γ = codex Parisinus 7975 saec. XI; desunt c. I 1, 1 — I 7, 4 et c. I 18, 15 — c. I 23, 5; ceterum expleuit has lacunas manus multo posterior; contuli ipse. Hunc librum olim in Henrici II regis Francogallorum bibliotheca priuata fuisse eo efficitur, quod in tegumento Dianae illius Pictauiensis monogramma ⊞ additum est.

ε = codex Morellianus siue Einsiedlensis saec. X, ex carminibus nihil continens praeter IIII 11, 10 — IIII 13, 27; contuli ipse. Hic locus erit gratias agendi G. MORELLIO P. R., qui libro illo, cuius tamquam alter auctor extitit, benigne ad me misso fecit, ut, quód ibi inuenitur carminum fragmentum, tandem accuratius uulgaretur.

λ = codex Parisinus 7972 saec. X olim Mentellianus; contuli ipse.

π = codex Parisinus 10310 saec. X; contulit Holderus. Qui hunc librum scripsit, et neglegentem et indoctum fuisse apparet; praeualet autem id mendarum genus, quod solet esse ad dictata scribentium.

τ = codex Turicensis Carolinus 6 saec. X; desunt c. III 27, 56 — IIII 4, 5. c. IIII 9, 33 — IIII 11, 12. epod. 1, 19 — 9, 36. c. s. 21 — fin.; contuli ipse. Et hunc codicem ab homine indoctiore scriptum esse putauerim.

φ = codex Parisinus 7974 saec. X olim Puteaneus nitide quidem scriptus, sed a monacho parum erudito; contuli ipse.

ψ = codex Parisinus 7971 saec. X olim Floriacensis; contuli ipse.

u = codex Parisinus 7973 saec. X olim Danielinus; contuli ipse. Hunc codicem ex Benedictinorum quodam monasterio originem traxisse Holderus inde conclusit, quod in prima pagina adscriptum uidit: S. Benoist.

G = codex Gemblacensis collegii uetustus, Pulmanni G.

V = codex Blandinius qui dicitur uetustissimus.

Ex his codicibus selectis uarias lectiones in apparatum meum recepturus eram omnes; ceterum de G et V, nisi quae apud Pulmannum et Cruquium notata erant, nihil potui edere. Praeterea aliorum quoque codicum in huius uoluminis usum integras collationes partim ipsi fecimus, partim ab aliis confectas adhibuimus indeque eis locis, qui maioris mihi momenti esse uidebantur, uarias lectiones inuenies excerptas; codices autem sunt hi:

α = codex Barcinonensis siue Heinianus saec. X—XI; secutus sum collationem Ritterianam.

β = codex Bernensis 21 saec. X; secutus sum collationem Ritterianam.

δ = codicis nescio cuius [non Graeuiani] collatio Bielkiana, olim a Broukhusio facta. Hanc collationem perbonam, quam illustris uir, liber baro de BIELKE I. V. D., in locupletissima sua bibliotheca Horatiana, quae est Seidingstadtiae, ut κειμήλιον adseruat, precanti mihi officiose commisit et per eximiam illius liberalitatem longum tempus ea mihi licuit uti.

ϑ = codex Sangallensis monasteriensis 864 saec. XI; deficit inde a c. IIII 11, 36; secutus sum collationem Ritterianam.

μ = codex Montepessulanus saec. XII [non saec. VIIII quod alii adfirmauerunt]; contulit Holderus. Hic codex ut publice Parisios deferretur, non sine multis difficultatibus MICHELANTI opera effectum est, uiri plurimis certe Germanorum philologis optime noti, neque magis inde, quod in ueteribus Francogallicis litteris merito uersatissimus habetur, quam insigni illa comitate, qua in imperiali bibliotheca nostrates assolet amplecti: nos quidem ei gratiam habere numquam desinemus.

ϱ = codex Parisinus 8072 saec. X—XI olim Thuaneus; desunt

c. I 1, 1 — I 19, 9. II 5, 11 — III 2, 18. epod. 4, 4 — c. s. fin.; contuli ipse.

σ = codex Sangallensis oppidanus 10 saec. X; desunt epod. 17 et carm. saec.; contuli ipse usque ad c. IIII 12 in., unde Ritterus eum conferre coepit.

g = codex Gothanus B 61 saec. XV; desunt c. III 10, 4 — 15, 16; secutus cum collationes a Rittero et a Paulyo factas.

h = codex Parisinus 7976 saec. XI; contuli ipse.

k = codex Parisinus 10403 saec. XI, continens nihil nisi epod. 5, 99 — 10 inscript.; contulit Holderus.

n = codex Parisinus Nostradamensis 184 saec. XI; contulit Holderus.

p = codex Parisinus 8214 saec. XIII; contuli ipse.

s = codex Parisinus Sorbonensis 1578 saec. XII; contulit Holderus.

v = codex Parisinus 8213 saec. XIII; contulit Holderus.
Huic numero accedunt *q* et *r* et *Argentoratensis II.*

q = codex Parisinus 8216 saec. XIIII propter Mauorti subscriptionem a me inspectus et hic illic excerptus.

r = codex Parisinus 9345 saec. XI, adhibitus in carmine saeculari, ubi quinque nostrorum codicum deficiunt; contulit Holderus.

Argentoratensis II = Oberlini B, quem intercedente F. G. BERGMANNO uiro doctissimo accepimus, quia sero in manus nostras uenit, nisi perpaucis locis adhibere nolui. Est autem saec. XI et stirpis *ABλ*. Contulit eum Holderus.

Horum codicum maximam partem Francogallicae originis esse ne quis miretur: ineunte medio aeuo apud Gallicos potissimum monachos Benedictinos in describendo Horatio industriam positam esse constat; in Italia autem praeter unum undecimi saeculi codicem nullos sese inuenisse antiquiores libros Horiatianos adfirmauerunt REIFFERSCHEIDIVS DETLEFSENVS TH. MOMMSENVS.

Nunc ad scholia transeamus.

Acr. = scholia codicis *A* [Pseudoacronis] saec. VIIII — X, desunt epod. 15, 1 — 17 fin.; contulit Holderus. Sed cum lemmata et interpretationes saepenumero inter se discrepare animaduertissem, lemmata aliter atque interpretatio-

nis textum signare statui. Itaque *Acr.* sunt interpretationes schol. *A*, *Ac.* autem lemmata schol. *A*.

Eadem de causa apud Porphyrionem interpretationes et lemmata distinxi.

Porph. = interpretationes codicis Monacensis Lat. 181 saec. VIIII—X, *Pph.* = eiusdem libri lemmata. Hunc maximi momenti codicem ipse contuli: ut mihi per MARCVM IOSEPHVM MÜLLERVM, uirum doctrina ac liberalitate pariter excellentem, traderetur, factum erat PATRIS carissimi professoris Tubingensis opera, qui et libris procurandis et commendationibus labores nostros plurimum adiuuit. Praeterea contulit Holderus *scholia codicum γλφ* et *expositionem metricam schol. γ* (quam et ipse contuleram) et *florilegia Parisina duo.*

Congessimus etiam cum aliorum grammaticorum tum Seruii testimonia, cuius lectiones leuioribus locis secundum THILONIS collationes humanissime mihi communicatas laudaui.

Inter hos, quos memoraui, auctores prae ceteris fidem tribuendam esse duxi codicibus *γπτ*, Porphyrioni, Pseudoacroni et expositioni illi metricae; sed hac de re uide sis praefationem alteram, quae Germanice scripta in museo Rhenano extat. Ibidem cur paucas modo coniecturas in textum, plurimas ne in apparatum quidem receperim, interpolationes autem nullas statuerim, demonstrare conatus sum.

De orthographia uero aliquid addere tantum non piget. Nam primum quidem antiquiores codices *ABτ*, quos in scribendis uerbis a scholiastarum rationibus minus pendere cognoueram, ubique mihi proposueram sequi: sed cum hi ipsi secum parum constarent, ne mihi quidem perfectam quodammodo constantiam licuit seruare. Deinde eas formas, quae quamuis olim certe Latinis usitatae ut penitus extinguerentur librarios operam dedisse uidi, ubique restituendas esse censui. Denique quicquid Ritschelius Fleckeisenus Ribbeckius alii nuperrime in orthographia profecerunt, in hac

Flacci editione non potui non respicere. Scripsi igitur paelex, Paelignus, harena, erus, umerus, umor, discribere, uoltus, uolgus, fuluos, neruos, saeuos, aequos, flauom, oblicum, apstinens, opsessus, opsoletus, optigit, querqueta, Danuuius.

Sed iam satis superque hic iterum praefatus esse mihi uideor; itaque i nunc liber et

fuge quo descendere gestis.
non erit emisso reditus tibi. 'quid miser egi?
quid uolui?' dices, ubi quid te laeserit; et scis
in breue te cogi, cum plenus languet amator.

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM

LIBER PRIMVS

I

Maecenas atauis edite regibus,
o et praesidium et dulce decus meum:
sunt quos curriculo puluerem Olympicum

TESTIMONIA.

CARMINVM I 1. 1 sq. Fortunatianus p. 2675 ed. P. (p. 316 Gaisf.) 1 Porphyrionis uita Horati (cod. Monac.) Caesius Bassus de metris I 1 p. 302 G. Plotius 7, 16. 17 Diomedes p. 508 ed. K. 510. 518. 519 Terentianus p. 2442 ed. P. 2443 Victorinus p. 2594 ed. P. 2598 Fortunat. 2681. 2682. 2700. 2703. 2704 Augustinus de musica V 6, 12. V 13, 27 'prima ode . . . Maecenas — regibus' Victorinus de metris Horatianis 2609 'in prima ode: Maecenas — regibus' Victorinus de metr. Hor. 2617 praemisso '. . . principium primae odes' Acr. ad c. III 29, 1 praem. 'simile . . . est hoc (primae) odes principium' Porph. ad c. III 29, 1 cf. 'atauis editus regibus' Ioannes Saresberiensis Policr. VIII 15 'atauis edite regibus' S. Thomae epist. 75 (Thomae opp. ed. Giles III 178) 'edite regibus' Diomed. 509 2 Seruius ad georg. II 40 3 sqq. '. . . in exordio primi libri diuersis studiis dixit homines occupatos' sch. λφ ad c. III 1, 1 3 sq. 'sunt — iuuat' schol. Statii Theb. IIII 261

VARIA LECTIO.

CARMINVM I 1. Ɔ. AEMILIVM. AD MECENATEM *A* C̄. ‖ AEMILIV̄. AD MAECENA‖TEM. VARIO HOMINVM SCRI‖BIT OFFICIO. PRAGMATICE‖ MONOCOLOS *B* Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER PRIMVS INCIPIT. HAC ODE MECENATEM ALLOQVITVR *F* Q. HORATII FLAC‖CI CARMINV̄ ‖ LIBER PRIMVS ‖ INCIPIT I. HAC ‖ ODE MECENA ‖ TEM ALLOQVIT ‖ VR λ AD MECENATEM τ *cod. γ deficit usque ad c. 7, 4. codicum πu titulos typis exprimendos non curaui: idem esse solent, quos reperimus in F uu.* 1. 2 *delebant G. Hermannus aliique; post u.* 36 *positos uoluit Hanowius* 1 Mecenas *AFτu* Maenas *πι* 2 presidium *F uu.* 3—5 *del. Peerlkampus* 3 olimpicum *Aτφpr.u*

collegisse iuuat, metaque feruidis
euitata rotis palmaque nobilis 5
terrarum dominos euehit ad deos;
hunc, si mobilium turba Quiritium
certat tergeminis tollere honoribus;
illum, si proprio condidit horreo
quicquid de Libycis uerritur areis. 10
gaudentem patrios findere sarculo
agros Attalicis condicionibus
numquam dimoueas, ut trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare:
luctantem Icariis fluctibus Africum 15
mercator metuens otium et oppidi
laudat rura sui: mox reficit ratis
quassas, indocilis pauperiem pati.
est qui nec ueteris pocula Massici
nec partem solido demere de die 20
spernit, nunc uiridi membra sub arbuto

TESTIMONIA.

4 sq. 'metaque — rotis' Seruius ad Aen. XI 195 13 sq. Donatus ad Terent. adelph. II 2, 22 21 sq. 'membra — stratus' Porph. ad serm. I 1, 5

VARIA LECTIO.

4 moeta *τ* 5 Euiata *A* & uitata *B* si uitata *Withofius* 6 euehere *Bentleius* quae euehit *Hamacher* *uu.* 7—10 *del. Linkerus* 7 nobilium *π*(*superscr.* m)*τuA*2*Buar.λ*2*φ*2*ς*['mobilium. *sic habent* 4 *codd. Blandinii. reliqui* nobilium' *Cruquius*] *recte etiam G Acr. Porph. sch.F* quiritum *B* 8 Certet *uχ* *uu.* 9. 10 *del. Peerlk.* 10 libicis *ABτφpr.* lybicis *λψφcorr.* 12 ā talicis *B* atalicis *u* conditionibus *Aλπu* 13 Nunquam *Bψ* demoueas *Bω* [dimoueas *omn. codd. Cruquii*] cipria *A Ac. Acr.* cyprea *Pph. sed* cypriis (= cupriis) *Porph. i.t. Acr.I uero* Cypria *legisse putandus est* 14 Mirtoum *Aπu* Myrtoī *B* pauidus] trabibus *B* impauidus *Peerlk.* 15 icariis *AB* icareis *Fλπτu* affricum *τ* 16 Maercator *λ* ocium *ψ* opidi *τ* 17 laudat tuta sui *Acidalius et Bentl. cf. mus. Rhen.* 1863, 271 ruri *A*1 ratis *λ pr. χ* rates *cett.* 20 dedie *ABλτψχ: sed, quaecumque huiusmodi in codicibus nobis occurrerunt, non descripsimus* 21 menbra *λψu*

stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.
multos castra iuuant et lituo tubae
permixtus sonitus bellaque matribus
detestata. manet sub Ioue frigido 25
uenator tenerae coniugis immemor,
seu uisa est catulis cerua fidelibus
seu rupit teretes Marsus aper plagas.
me doctarum hederae praemia frontium
dis miscent superis, me gelidum nemus 30
Nympharumque leues cum Satyris chori
secernunt populo, si neque tibias
Euterpe cohibet nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
quodsi me lyricis uatibus inseres, 35
sublimi feriam sidera uertice.

TESTIMONIA.

24 sq. 'Hor. carminum libro I: bellaque — detestata' Priscianus VIII 19 25 schol. Statii Theb. III 377 25 sq. 'manet — uenator' Seruius ad georg. I 418. Aen. VI 273. VIIII 670. schol. Stat. Theb. II 204 33 sq. 'nec — barbiton' Charisius 266

VARIA LECTIO.

22 *Stratus* τ lene caput sacrae] ///capud/// *u* lene τ 25 detestanda *y*(*Paris.* 8219) *sch.Stat.* 26 īmemor *B* inmemor πι *uu.* 27 *sq. del. Hanowius et Linkerus* 29 me] te *Hareus et Broukhusius. illud defend. Bernhardyus* (*Roman. litt. hist.*[4] 258) hedere *u* he///ſ *A* (dere) premia *F* *uu.* 30. 31 *del. Linkerus* *u.* 30 *del. Peerlk.* Diis *AF*λπcorr.τu te *Broukhusius* 31 Nimpharum τ Ninpharum *u* satiris *A* saturis *Acr.* 32 Secernent χ(μνι?) Sacer nc̄ *B* si] sic *nescio quis* 33 polyhymnia *A*'*V*'['*sic habent codd. Bland. uetustissimi*' *Cr.*] *sch.*φ *sch.*μ polyymnia *B* poliymnia *F* polihymnia λ polymnia τ*G* polinnia *u* polinia ·/ym π 34 Lesb: *refugit* t: *u* *uu.* 35 *sq. del. G. Hermannus et Linkerus* *u.* 35 *del. Peerlk.* at si me melicis *sch.*λφ memet τ liricis *A* inseris *F*λπuχ(βδϑσgnqsv *Orelli cd*) inseres *AB*τ*G*χ(αμhp) [2 *Bland.*] *Ac. comm. cf. Auson. idyll.* 8, 50 *sq.: Illum ego si cernam, tunc terque quaterque beatus, tunc ero bis consul, tunc tangam uertice caelum* 36 sublimis *Fea Porphyrionem se sequi affirmans* sydera τ

II

Iam satis terris niuis atque dirae
grandinis misit pater et rubente
dextera sacras iaculatus arces
terruit urbem,
terruit gentis, graue ne rediret 5
saeculum Pyrrhae noua monstra questae,
omne cum Proteus pecus egit altos
uisere montis,
piscium et summa genus haesit ulmo,
nota quae sedes fuerat columbis, 10
et superiecto pauidae natarunt
aequore dammae.

TESTIMONIA.

I 2. 1—4 Fortunat. 2680 sq. 2701 'secunda ode: iam — urbem' Victorin. de metr. Hor. 2610 1 sq. 'iam satis niuis misit pater' Eugraphius ad Terent. Andr. V 3, 32 1. 4 Mallius Theodorus 4, 11 sq. ed. Gaisf. 'secunda ode: iam — dirae; terruit urbem' Diomed. 519 '. . . in secunda ode cuius initium est: iam — dirae; terruit orbem.' Victorin. 2564 1 Caesius Bassus de metr. I 2 p. 302 Diomed. 508 Augustin. de mus. IIII 18 Fortunat. 2C84. 2699 Victorin. 2603. 2604 id. de metr. Hor. 2621 'secunda ode libri primi carminum cuius initium: iam — dirae' Victorin. d. m. H. 2620 4 Diomed. 506. 511. 512. 516 Victorin. 2564. 2618. 2619 de metr. Hor. 2621 Fortunat. 2691 Sergius in Donat. 36 7 sq. Seruius ad Aen. I 435 'Horatius carminum primo libro: omne — montes' Eutyches 2145 10 Victorin. 2605 11 sq. Seruius ad Aen. V 122 ad georg. III 539 'Hor. in I carminum: et — dammae' Prisc. V 7 'superiecto — dammae' Seru. ad ecl. 8, 28

VARIA LECTIO.

I 2. AD DIVVM AVGVSTVM *AB* PROSEVTICE TETRACOLOS AD AVGVSTVM *Fτ* (*sed in τ euanuerunt plurimae litterae*) PROSEVTICE TETRACOLOS AD DIVV̄ AVGVSTV̄ *λ* 1 terris] tetrae *Dan. Heinsius* dire *u* 4 urbes *Sergius* orbem *πuar. Diomedis unus codex p.* 511. 512. 516. 519 *Victorinus uu.* 5—12 *del. Peerlk.* 5 gentes *Fλπτu* 6 Seculum *Fλu* pyrrae *Fπ Porph.* pyrre *τ* phirre *B* pirrae *u* queste *A* (questa A_1?) qu///estae *φ* 7 amne *Seyffertus* proteus *π* protheus *cett. Ac. sch. Fλ* egit *F* 8 montes $uφ_2$ *uu.* 9—12 *del. Buttmannus* (*mythol.* II 364) *Hauptius Linkerus alii* 9 hesit *Aτu* ul///mo *τ* (ultimo $τ_1$?) 10 Notaq, *B* palumbis *Porph. y*(*mss. Horati apud Bentleium et Valartium*) *Fea* palumbis *π* columbis *cett. Victorin.* 11 super iacto *Fπτ* 12 dampmae *φ ante ras.*

uidimus flauom Tiberim retortis
litore Etrusco uiolenter undis
ire deiectum monimenta regis 15
templaque Vestae,
Iliae dum se nimium querenti
iactat ultorem, uagus et sinistra
labitur ripa Ioue non probante u-
xorius amnis. 20
audiet ciuis acuisse ferrum,
quo graues Persae melius perirent,
audiet pugnas uitio parentum
rara iuuentus.
quem uocet diuom populus ruentis 25
imperi rebus? prece qua fatigent
uirgines sanctae minus audientem
carmina Vestam?
cui dabit partis scelus expiandi
Iuppiter? tandem uenias precamur 30
nube candentis umeros amictus,
augur Apollo;

TESTIMONIA.

15 Victorin. 2605 20 Serv. ad Aen. I 273 26—28 'preceque fatigent — Vestam' schol. Statii Theb. II 244 III 633 26 sq. 'prece — audientem' schol. Pers. 2, 3 26 'qua prece fatigent' sch. Stat. Theb. VIIII 723

VARIA LECTIO.

13 tiberim rethortis flauum τ flauom $F\pi_1$ flauum *rell.* 14 Littore *A* 15 monimenta $F\lambda\pi u$ monumenta $AB\tau$ *Ac. Acr. Porph. sch.* $F\lambda$ *Victorinus uu.* 17—24 *del. Peerlk.* 17 quaerenti *A* 18 ultorem] uelorum $F\lambda$ ultorē π ultorum τ senistra *B* 19 *sq.* probante | Uxorius- $\Omega\varsigma\omega$ 20 annis *u* *uu.* 21—24 *del. Hauptius* 21 ciues $F\tau u$ 22 per se A_1 23 uicio $\lambda\tau$ 25 uoces *Pph. opp. Porph.* diuum Ω 26 Imperii $AB\tau u$ Imperi/// λ prece — *u.* 30 tandem *del. Peerlk.* prece *A* 27 sacrae *sch.Pers.* 29 partis $B\pi pr.\chi$ parti A_1 partes A_2 *rell.* expiandū τ 30 Iupiter $F\lambda$ 31 candentis $ABF\lambda\pi\tau\chi Ac.$ candenti $G\chi$(δισ *et aliquot codd. Feae*)ω *commentator Cruquii Acr.* (*interpr.* '*candidis nubibus uelatus*') candentes $u\chi$ [candenteis *omn. codd. Cr.*] umeros *A Ac.* u· *Pph.* humeros *cett.* 32 Augor ψ Agur τ

siue tu mauis, Erycina ridens,
quam Iocus circum uolat et Cupido;
siue neclectum genus et nepotes 35
respicis, auctor
heu nimis longo satiate ludo,
quem iuuat clamor galeaeque leues
acer et Mauri peditis cruentum
uoltus in hostem; 40
siue mutata iuuenem figura
ales in terris imitaris, almae
filius Maiae, patiens uocari
Caesaris ultor:
serus in caelum redeas diuque 45
laetus intersis populo Quirini,
neue te nostris uitiis inicum
ocior aura
tollat: hic magnos potius triumphos,
hic ames dici pater atque princeps, 50
neu sinas Medos equitare inultos
te duce, Caesar.

TESTIMONIA.

42 Victorin. 2604 45 Victorin. 2605 51 sq. Porphyrionis uita Horati post med.

VARIA LECTIO.

33 ericina *ABφu* ericida ψι *u.* 34 *del. Peerlk.* locus] iouis τ 35 neclectum *B* neglectum *cett. Ac. Porph.* 37 longuo *φpr.χ* saciate τφ *uu.* 38—40 *del. Peerlk. sed iam Silius It.* VIIII 555 *et Valerius Flaccus* III 85 *hunc locum uidentur imitati esse* 39 Mauri] Marsi *Tan. Faber et Bentl. sed cf. Vergil. Aen.* IIII 40: *Gaetulae urbes, genus insuperabile bello* peditis cruentum] peditem ruentis *Ferd. Hitzigius* cruentem λ 40 Voltus *F* Vultus *rell.* 44 Cesaris τu 45 celum λu 46 Letus *u* 47 uiciis τ iniquem ψ iniquum *rell.* 48 auro *B* 50 hic = hinc *B* 51 equitare *Aπ* 52 cesar *u*

III

Sic te diua potens Cypri,
sic fratres Helenae, lucida sidera,
uentorumque regat pater
obstrictis aliis praeter Iapyga,
nauis, quae tibi creditum 5
debes Vergilium, finibus Atticis
reddas incolumem precor
et serues animae dimidium meae.
illi robur et aes triplex
circa pectus erat, qui fragilem truci 10
commisit pelago ratem
primus, nec timuit praecipitem Africum
decertantem Aquilonibus,
nec tristis Hyadas, nec rabiem Noti,

TESTIMONIA.

I 3. 1 sq. Terentian. 2443 Plotius 8, 2 Fortunat. 2701 'tertia ode: sic — sidera' Diomed. 519 'tertia ode lyricorum asmatum: sic — sidera' Victorin. de metr. Hor. 2611 1 Caesius Bassus de metris I 3 p. 303 Diomed. 509. 512 Victorin. 2566. 2594. 2617. 2619 Donat. ad Ter. ad II 2, 22 Mallius Theodorus 4, 19 4 Seru. ad Aen. VIII 710 5—7 Seru. ad Aen. II 260 5 sq. 'nauis quem tibi — Vergilium' Porph. ad c. I 24, 11 6 sq. 'finibus — precor' Seru. ad Aen. VI 18 8 Acr. ad c. II 17, 5 schol. Pers. 5, 22 'bene quidam dixit de amico suo: dimidium animae meae' Augustin. confess. IIII 6

VARIA LECTIO.

I 3. AD NAVEM A_0 PROSPHONETICE (PROSPHENETICE λ) DICOLOS VIRGILII $F\lambda$, *add.* λ ALITER NAVEM PROSEQVITVR, QVA VIRGILIVS ATHENIS VEHEBATVR λ AD NAVEM, QVA VIRGILIVS ATHENAS NAVIGAVIT (NAVIGAVIT ATHENAS λ) ALIT̄ (*om.* τ) NAVEM PROSEQVITVR, QVA VIRGILIVS (VIRGILI λ) ATHENIS VEHEBAT̃ $\lambda\tau$; *sed* τ *haec uerba non ut inscriptionem uerum ut primos huius carminis uersus protulit. oden omisit B* 1 patens *Diomedis codd.* cipri $A\psi u$ 2 helene λu elenae τ sydera τ 3 pater regat τ 4 alis $\pi pr.\tau$ *idem pro uaria lectione exhibet sch.*φ preter F iapiga $A\tau u$ 6 uirgylium ψ uyrgilium φ uirgilium *rell.* (*sed* uergilio *Porph.*) ut finibus *Doederlinus sed cf. mus. Rhen.* 1863, 271 aticis ψ 7 Redas ψ incolumen λ 8 et] Vt χ 9 rubor $\psi pr.$ 10 fragile τ 12 precipitem ψ 14 tristes $F\pi\tau u$ hiadas $A\lambda\tau u$ nothi $F\pi\tau u A_2$

ac neque iam stabulis gaudet pecus aut arator igni,
nec prata canis albicant pruinis.
iam Cytherea choros ducit Venus imminente luna, 5
iunctaeque Nymphis Gratiae decentes
alterno terram quatiunt pede, dum grauis Cyclopum
Volcanus ardens uisit officinas.
nunc decet aut uiridi nitidum caput inpedire myrto,
aut flore, terrae quem ferunt solutae; 10
nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
seu poscat agna siue malit haedo.
pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas
regumque turris. o beate Sesti,

TESTIMONIA.

Mallius Theodorus 5, 4 cf. Plotius 5, 14 'machinae carinas' Diomed. 511. 515 4 'deriuatione quoque fiunt uerba, quae grammatici paragoga nominarunt, ut dicimus — campique ingentes ossibus albent, quod satis crispa inflexione Horatius albicent dixit' Martianus Capella V 51 p. 439 Kopp. Contra: 'albico, as, item Hor. carminum libro I: nec prata canis albicant pruinis' Eutych. 2169 'Hor. in I carminum: nec — pruinis' Prisc. VIII 30 'canis albicat ora pruinis' schol. Stat. Theb. I 512 5 cf. Plotius 11, 5: 'iam Cytherea choros Venus dat' 7 sq. Plotius 11, 7 11 sq. 'Faunus immolare siue malit se' Plot. 5, 6 12 'faciam uitula ait ut faciam ture, ut faciam agna Hor.: seu — haedo' Seru. ad ecl. 3, 77 'seu poscat agna seu malit' Plotius 9, 6 13 sq. 'pallida — turres' Vincentius Bellouacensis specul. VII 70 cf. 'pauperum tabernas regis o beate regumque turris' Plot. 8, 10 13 florilegium Parisinum 8069 Hildebertus moral. philosoph. p. 988 '... nam et carminum auctores: pallida — tabernas' Quintilianus instit. VIII 6, 27 'pallida — pede' schol. Pers. 3, 115 'pauperum tabernas' Plot. 5, 5

VARIA LECTIO.

Waddelius Ducunt *editio Ascensiana* 1519 sicas *λ* machine *A* (*uirgulam infra* e *euanuisse puto*) 4 albicent *Martianus* 5 citherea *A* chiterea *u* iminente *A* (*lineolam supra* i *euanuisse puto*) inminente *FΛπu* 6 Iuncteque *AFλ* nimphis *AFπpr.τu* ninphys *λ* 7 graues *Fτu* ciclopum *Aπu* cycoplum *ψι* 8 Vulcanus *Aλτu* uisit *Aλχ* (*hφuar.*) *praetulerunt Bentleius Oudendorpius alii* ussit *vuar.* ussit *uel* iussit *Ploti codd.* arsit *χ*(*p*) urit *FτuAuar.λuar.ς* u//r//it *π* 9 inpedire *λ* īpedire *τ* mirto *Aτφ* 11 in *om. F* inmolare *λ* 12 agna *AFλτuG Seruius Victorini codex* agnam *πpr.χ*(*αgnpv*) [2 *Bland.*] *Pph. Porph. i.t. Victorini cod.* hedo *Fπτu* hedos *χ*(*np*) haedos *y* haedum *y* 13 equo *Aψ* paup: tab:] p. et tabernas *Pph.* pauperum] omnium *florileg.* 14 turris *Aπ Plotius* turres *rell.*

uitae summa breuis spem nos uetat inchoare longam. 15
iam te premet nox * fabulaeque Manes
et domus exilis Plutonia: quo simul mearis,
nec regna uini sortiere talis,
nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet iuuentus
nunc omnis et mox uirgines tepebunt. 20

V

Quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
grato, Pyrrha, sub antro?
cui flauam religas comam,
simplex munditiis? heu quotiens fidem 5
mutatosque deos flebit et aspera
nigris aequora uentis
emirabitur insolens,
qui nunc te fruitur credulus aurea,
qui semper uacuam, semper amabilem 10

TESTIMONIA.

15 Hildebertus moral. philosoph. p. 990
I 5. 1—4 Fortunat. 2680 Terentianus 2445 'quinta ode... quis — comam' Victorin. 2613 'quis — comam. quinta ode' Fortunat. 2702
1. 3 sq. Victorin. 2600 'quinta ode: quis — rosa; grato — comam' Diomed. 519 sq. 3 sq. Augustin. de musica IIII 17, 35 3 Victorin. 2592 Fortunat. 2697 Mallius Theodorus 4, 18 4 Fortunat. 2697
5—9 Donatus ad Terent. eunuch. V 9, 8

VARIA LECTIO.

15 suma *A*ι incoare τ inchoare *rell.* (addere *Hildebertus*)
16 premet *A* fabulaeque et manes χ (ασn) fabuleq; manes (inanes) μ fabulam atque manes *Peerlk.; sed cf. anth. L.* 1703, 10 '*Fabulas manes ubi rex coercet.' Vt nos etiam Ω Ac. (manes Acr.) Pph.* fabuleque *u* 17 exilii *Heinsius* 19 lycidam φ lucidã *τpr.* licidam *Aλ* licidã ψuτcorr.
20 Nunc. oms (= omnes) *Fτ*
I 5. AD PIRRAM MERETRICEM *A* PROSPHONETICE TETRACOLOS AD PYRRAM *Fλ inscriptionem om. τ oden om. B* 1 Qui *y* (*expos. metr. codicis Franekerani*) *non improb. Peerlk.* 2 urguet χ 3 pyrrha λ pyrra *Fτu Diomedes* pirra *A* 5 mundiciis πτ quociens λ 7 equora πφu 8 Mirabitur χ ut mirabitur *Bentl.* 10 semper uacuam semper λ

sperat, nescius aurae
fallacis. miseri, quibus
intemptata nites. me tabula sacer
uotiua paries indicat uuida
suspendisse potenti 15
uestimenta maris deo.

VI

Scriberis Vario fortis et hostium
uictor Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox nauibus aut equis
miles te duce gesserit.
nos, Agrippa, neque haec dicere nec grauem 5
Pelidae stomachum cedere nescii,
nec cursus duplicis per mare Vlixei

TESTIMONIA.

11 sq. 'aurae fallacis' Acron ad c. II 8, 24

I 6. 1—4 Terentian. 2443 Fortunat. 2703 'sexta ode . . . scriberis — gesserit' Victorin. de metr. Hor. 2613 1. 4 'sexta ode: scriberis — hostium; miles — gesserit' Diomed. 520 1 sq. 'scriberis — uictor' Seru. ad ecl. 9, 35 1 Seru. ad georg. III 6 'In Horat. I carminum: scriberis — fortis' Probus 1415 'scriberis Vario' Seru. ad Aen. I 440 6 Charis. 271 Claudius Sacerdos I 114 Seru. ad Aen. XII 527 'pelidae stomachum' Diomed. 450 7 Acron ad epod. 16, 60 'Hor. in carminum primo: nec — Vlixei' Priscian. I 53. VI 92

VARIA LECTIO.

11. 12. 13 Sperat nescius aurae fallacis | Miseri quibus intemptata (interpretata τ) nites. me tabula sacer | Votiua *etc.* *Fπτu2* *u.* 13 *om.* *λ1u1* 14 uuida *Aλπ1τu V*[*codd. Bland.*] *Ac. bis Pph.* humida *Fχ(v)ω* *Porph. quod ex interpretationibus ortum esse iam Pulmannus uidit* 15 *sq.* Suspendisse potenti uestimenta | Maris deo *Fτ*

I 6. AD AGRIPPAM *A* YPOTETICE TETRACOLOS AD AGRIPPĀ EXCVSATIO CVR DE REBVS NON SCRIBAT *F* HYPOTHETICE TETRACOLOS AD AGRIPAM λ ADLOQVIT̄ VISPANIVM AGRIPPAM τ *oden om. B* 1 uario, *sed* i *in ras.*, *A* 2 meonii *Fλτ* aliti *Passeratius* alite *pro ablatiuo accipiunt Acr. Peerlk.* 3 qua rem *e codd.* (?) *Mureti Bentl. opp. Porph.* 4 gesseris *Peerlk. Gruppeus* 6 Pelide τ decedere nescit *Seruius Dan.* 7 duplicis *Fλ1πτGς(β1δθσghns* dupp: μ) *Porph. Acr. I ut puto* duplices *Au1χ Ac. Pph. Acron ad ep.* 16 *i. t. Priscianus* [dupliceis *omn. codd. Cr.*] reducis *Bentl.*

nec saeuam Pelopis domum
conamur tenues grandia, dum pudor
inbellisque lyrae Musa potens uetat 10
laudis egregii Caesaris et tuas
culpa deterere ingeni.
quis Martem tunica tectum adamantina
digne scripserit aut puluere Troico
nigrum Merionen aut ope Palladis 15
Tydiden superis parem?
nos conuiuia, nos proelia uirginum
sectis in iuuenes unguibus acrium
cantamus, uacui, siue quid urimur,
non praeter solitum leues. 20

VII

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mytilenen

TESTIMONIA.

13 sq. 'Hor. in I carminum: quis — scripserit' Prisc. XVIII 97 17 sq. 'non proelia — acrium' schol. Iuuenal. 6, 366

I 7. 1—4 Victorin. 2565 'talis carminibus Flacci reperitur epodos: laudabunt — Tempe' Terentian. 2430 1—3 'laudabunt — moenia' Fortunat. 2703 'septima ode: laudabunt — moenia' Victorin. de metr. H. 2614 1 sq. Victorin. 2621 'in primo carminum: laudabunt — Corinthi' Victorin. de m. H. 2619 'septima ode: laudabunt — Corinthi' Diomed. 520

VARIA LECTIO.

8 seuam *AFλπ* polopis *τ* 9 tenuis *Fπ* 10 Imbellis *Au* lirae *Aτφu* 11 Laudis *Apr.* cesaris *u* 12 deterrere *τ* ingenii *Aτψ Pph.* *uu.* 13—20 *del. Peerlk.* 13—16 *del. Linkerus* 14 Troio *Nic. Heinsius* 15 merionē *u* merionem *λιπτ* 16 Tididen *Aλπφ* Tidīden *ψ* Titidē *u* Titidem *τ* [Tydiden 3 *Bland.*] 17 nos] non *sch. Iuuen.* praelia *τψ* prelia *λ* p̄lia *u* 18 sectis] strictis *Bentl.* rectis *Hamacher opp. Ac. Acr. et cf. Propert.* IIII 7,6 '*et mea formosis unguibus ora nota*' 20 preter *Aλψn*

I 7. AD MVNATIVM PLANCVM *A* PARANETICE DICOLOS AD PLANCVM *F* PRIM' VERSVS EXAMET. EST SEQVENS VERO TETRAMET. ET FALSISCV APPELLAT EO Ψ EX IIII. PEDIB. VLTIMIS CTAT PARANETICE DICOLOS PLANCO *λ* *inscriptionem om. τ oden om. B*
1 rodon *τu* mitylenen *grammatici* mitilenen *Fλ corr. Acr. exp. metr.* mitilenē *τu* mitilenen *A* mytilenen *πχ* MITVLENEN *λι*

aut Ephesum, bimarisue Corinthi
moenia, uel Baccho Thebas uel Apolline Delphos
insignis aut Thessala Tempe;
sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem 5
carmine perpetuo celebrare et
undique decerptam fronti praeponere oliuam;
plurimus in Iunonis honore
aptum dicet equis Argos ditisque Mycenas:
me nec tam patiens Lacedaemon 10
nec tam Larissae percussit campus opimae,
quam domus Albuneae resonantis
et praeceps Anio ac Tiburni lucus et uda
mobilibus pomaria riuis.

TESTIMONIA.

2 Victorin. 2615 Fortunat. 2683 Mallius Theodorus 4, 14 2 sq. 'bimarisue — moenia' sch. Stat. Theb. VII 420 9 Seru. ad Aen. I 24 XI 246 'Hor. — posuit aptum equis Argos' sch. Stat. Theb. IIII 672 10 'nec me tam patiens Lacedaemon agon' sch. Stat. Theb. VIII 432 13 'Hor. in I carm. et praeceps — lucus' Prisc. VI 16

VARIA LECTIO.

2 epheson *Fπ2χ Victorinus* 2614. 2619 *non Ac.* chorinthi *π* chorinti *Fu* 3 Maenia *Au* Menia *τ* bacho *Aλ* 4 Insignis *Aπχ Victorinus* 2565 Insignes *rell.* tessala *ψ* 5 *incipit cod. γ sed huius carminis lectiones pristinae cum passim paene euanuissent, litteras altero atramento ductas esse apparet* est opus *φ* intacte *A1* urbem] arces *uy Bentl.* arcem *y opp. Acr. et sch.γ* *uu.* 6 *sq. del. Peerlk.* 6 caelebrare *Aπ* 6. 7 et undique] indeque *Bouhierus* 7 decerptae frondi *Erasmus* [Vndique decerptam frondi praeponere oliuam *codd. Cr.*] decertam *γλ1* deceptā *τ1* preponere *Aγ* oleam *Fπcorr.* oletam *λuar.* 8 Plurimis *ψpr.* Plurimus *τ* honore *Oudendorpius Hauptius Peerlk. cuius adnotat. uid.* honorem *Ω Acr. et sch.γ sch.λ* 9 dicet *λπτφuG Seru.D. ad Aen.* I *item γ2* (*γ1 euanuit*) dicit *Aψ Ac. Pph. Seru. alt. l.* ditis *Ac.* dites *Ω* micenas *AFγπτu* 10 nec me *sch. Stat.* paciens *A* lacedemon *Fγτu Ac.* 11 larisse *A1* ['percussit. *sic legitur in omnibus scriptis cod.*' *Cr.*] opime *Aτ* 12 albunee *u* resonantes *Fπpr.* 13 *lectio pristina erasa in ψ* Ac tiburtini (tiburni *π*) lucus et preceps (p̄ceps *π*) anio et uda *πτ* et praeceps] Epreceps *γ2*, *γ1 euanuit* Et] Ac *F opp. Ac.* preceps *Aτ* preces *λ* ac] et *Fχ* *tiburi lucus* et *φ* tiburni *AF1γλuG V* [4 *Bland.*] *χ Acr. Porph. sch.F Prisc.* tiburtini *τπcorr.χ(g)sch.λ(natum ex sch.Fλ)* tiburti *ψ2χ(αβϑhn* tyb: *p)* 14 pomeria *τuπ2φ2χ(μv)y* *sed* pomaria

VII[b]

Albus ut obscuro detergit nubila caelo 15
saepe Notus neque parturit imbres
perpetuo, sic tu sapiens finire memento
tristitiam, uitaeque labores
molli, Plance, mero, seu te fulgentia signis
castra tenent seu densa tenebit 20
Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque
cum fugeret, tamen uda Lyaeo
tempora populea fertur uinxisse corona,
sic tristis affatus amicos:
'quo nos cumque feret melior fortuna parente, 25
ibimus, o socii comitesque.

TESTIMONIA.

I 7[b]. 15—17 'albus — perpetuos' Seru. ad georg. I 460 21 sq. 'Teucer — fugeret' Seru. ad ecl. 1, 4 24 Fortunat. 2703 24. 26 sq. 30 sq. 'qui iuxta Oracium in carmine lirico de labore prelii lassos et tristes affatur amicos: ibimus — desperandum! o fortes — mecum sepe uiri' Iohannes Victoriensis I 6 p. 293 ed. Böhmer

---

VARIA LECTIO.

etiam Pph. et cf. Symmachi epist. VII 18: '*Nunc ego scire postulo, quid in Tiburtibus pomariis litterarum operis exerceas?*'

I 7[b]. *Nouum carmen incipiunt AFγλπτυς(αβδσghnpsv) opp. expos. metr. Porphyr. Diomed. Victorin.* HORTATVR PLANCVM AD VOLVPTATEM *A Ac. opp. Acr. ad u.* 1 AD PLANCVM HORTATIO BENE VIVENDI *Fuχ(μ)* AD PLANCVM NVMATIVM (NVMANTIVM *α*) ORATIO BENE VIVENDI *γχ(α)* AD PLANCVM HORTATIO (HORATIO *δλ*) AD BENE VIVENDVM *λπχ(βδ)* '*Hanc oden quidam putant aliam esse*' *Porph. sch. λφ, idem censent Buttmannus* (*Muetzellii ann. gymn.* XIIII 843) *et Doederlinus* 15 detergit *γ1χ(μn)y*[*cod. Mart.*] *Ac. Aldina* 1509 detergẹt, *corr. ead. manu A* deterget *rell.* [*omn. Bland.*] *Pph.* celo *u* 16 nothus *γπτuA2* nec *γτ* ne[q] *π* 17 Perpetuos *Aχ(hsβ2) Seruius Peerlk. opp.* [3 *Bland.*] *Bentl. cf. Paldamus mus. Rh. n. s.* VI 632 sĩtu *A* 18 Tristiciam *τψu* Tristitiam *π* 19 seu] se *τ* molli] *sunt qui hoc pro imperatiuo accipiendum esse censeant, opp. Acr. et sch.γ sch.λ cf. Iuuen.* 1, 69: '*molle Calenum*' 22 tamen] ter *Fγπτχ* lyeo *τ* lieo *γu* 23 Timpora *τφ2* T///mpora *λ* populeae *A1* populua *γ* 24 tristis *Aγ1 πχ Fortunatianus* tristes *rell.* 25 parentes *F* 26 sotii *πψ*

nil desperandum Teucro duce et auspice Teucri:
certus enim promisit Apollo
ambiguam tellure noua Salamina futuram.
o fortes peioraque passi 30
mecum saepe uiri, nunc uino pellite curas:
cras ingens iterabimus aequor.'

VIII

Lydia, dic, per omnis
hoc deos oro, Sybarin cur properes amando

— — — —

TESTIMONIA.

27 sq. Victorin. 2563 30 Acron ad serm. II 5, 21 31 'et uino pellite curam' Acr. ad epod. 9, 38 'ut in Horatio primo carminum: cras — aequor' Prob. 1419

I 8. 1 sq. 'Lydia dic per omnes te deos oros Sybarim cur properas amando . . . Lydia dic per omnes . . . Hor. primum choriambum durissimum fecit; pro iambo spondeum infarciendo sic: te deos oro Sybarim. nam si secutus esset Alcaeum, sic ordinasset: hoc dea uere. error tamen illius habet excusationem, quod in ea perseuerauerit lege, quam ipse sibi aliquo casu fecerat, usque ad ultimam partem non mutando' Fortunat. 2683 'Lydia dic per omnes te deos oro Sybarim cur properas amando . . . in hoc etiam recessit ab Alcaeo, quod primum choriambum durum fecit, secundum pro iambo spondeum ponendo. nam si secutus fuisset Alcaeum, sic ordinasset: hoc dea uere Sybarim cur properas amando . . . ex hoc hendecasyllabum Sapphicum facies sic: quaesò Lydia dic deos per omnes. de secunda hexametrum sic: hocne deos uere Sybarim cur quaeris amando' Fortunat. 2703 'octaua ode: Lydia — hoc deos uere Sybarin cur properes amando' Diomed. 520 Victorin. de metr. Hor. 2614 'Lydia — hoc deos oro . . . cur properas amando' Victorin. 2533 'Lydia — hoc deos ue . . .' Victorin. 2622 1. 3 'Lydia dic perdere cur . . .' Victorin. 2497. 2532. 2591 1 Diomed. 509 Priscian. partit. duodec. uers. Aen. 1, 2 'Hor. in I carminum: Lydia — omnes' Prisc. VII 5 'Lydia dic' Victorin. 2592 2 'in Horatio: hoc deos uere Sybarin quid properas amando' Diomed. 508 'hoc deos ue . . . re Sybarin cur properes — amando' Victorin. 2621 'cur pro-

— — — —

VARIA LECTIO.

27 teucri *A*ι*γ*ι*υλ*2*χ*(*μσ*ι*hρ*ι*ν*) *y*(*codd. Lambini Feae Peerlkampi*) *Ac. Acr. et sch.γ* (*'Apollinem dicit' Acr. et sch.γ '. . . fautorem uel sponsorem' sch.γ*) *Victorini cod. Paris. Peerlk.* teucro *F*λ1*πτA*2*γ*2*χ*(*αβgμuar. σ*2*p*2 teuchro *δθ*) Phoebo *Bentl.* auspice; Teucro certus enim *Wadeus*
28 *Certus enim* prom: *φ* 31 sepe *A*

I 8. AD LIDIAM MERETRICEM *AB* EROTICE DICOLOS AD LYDIAM (*LIDIAM ψ* LIDIAM λ) *Fλ* EROTICE DICOLOS AD LIDIAM MERETRICEM *γ* *inscriptionem om. τ* 1 Lidia *ψu* per *om. B*ι omnis *Aχ Ac.pr.* omnes *rell. Ac.corr.* 2 Hoc (Hoc *τ*) deos oro *γπ*ι

perdere, cur apricum
oderit campum, patiens pulueris atque solis.
cur neque militaris 5
inter aequalis equitat, Gallica nec lupatis
temperat ora frenis?
cur timet flauom Tiberim tangere? cur oliuom
sanguine uiperino
cautius uitat neque iam liuida gestat armis 10
bracchia, saepe disco,
saepe trans finem iaculo nobilis expedito?
quid latet, ut marinae
filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troiae
funera, ne uirilis 15
cultus in caedem et Lycias proriperet cateruas?

TESTIMONIA.

peres amando' Diomed. 509 3 sq. 'Hor. in I carminum: cur apricum — solis' Prisc. XVIII 94 'Hor. in I carminum . . . cur — campum' Prisc. XVII 49 'cur — campum' Seru. ad Aen. II 202

VARIA LECTIO.

τGφτχ(δs) *expos. metr. sch.γ*, *Acronis Guelf. Victorinus* 2533 Hoc deos uere (uerę *A*) *ABχ(h) sch.λ alt. l. Diomed. Fortunatiani archetypus* (*cf.* 2683 '*hoc dea uere*') Te deos oro *Fλuπτς(αβϑμnpv) Pph. sch. λalt.l. Fortunat.* *O////*deos oro σ (O d: o: *g*) sybarin *Fπ* sibarin *u* sybarim *λ* sibarim *AγτG* sybarī *B* quid properas *Diomed.* 508, *sed idem* cur properas 509. 520 cur properas *πχ(φτμn) Fortunat.* 2703 *Victorin.* 2533 *opp.* 2614. 2621 *et cf.* 2497: Lydia dic perdere cur hunc cupias? cur properes *cett. expos. metr. sch.γ* propere///s *u* 4 canpum *u* 5 ['*cod. Maldeg. habet* militares' *Cr.*] 6 equales *Ayu om.* τι equitat *γπχ(δμg)* aequitat *τ* equitet *cett.* 7 temperat *πτχ(δg) sch.γ* ('*domat*') temperet *cett.* 8 flauum *Ω Ac.* tyberim *γ* oliuum *Ω* 8—10 Cur timet flauum . . . | Cur oliuum sanguine . . . | Cautius uitat *Fτ*
9 uipereno *A* 10 armi *B* 11 Bracchia *AB* Brachia *cett. Ac.* sepe *ABγu* 12 Sepe *Byu* nobilis ille expedito *Fπ* (*sed* 'ille' *supra uersum scr.*) 13 marine *γ* 14 Troiae] trans *B* 15 uiriles *Fπ*(e *in ras.?*)τ ['*V*' *habet expresse supra notatum*, uirileis *esse accusatiui casus*] 16 cedem *λτu* licias *AFλτu*

VIIII

Vides ut alta stet niue candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
siluae laborantes, geluque
flumina constiterint acuto.
dissolue frigus ligna super foco 5
large reponens atque benignius
deprome quadrimum Sabina,
o Thaliarche, merum diota.
permitte diuis cetera, qui simul
strauere uentos aequore feruido 10
deproeliantes, nec cupressi
nec ueteres agitantur orni.
quid sit futurum cras fuge quaerere, et

TESTIMONIA.

I 9. 1—4 Caesius Bassus de metris I 5 p. 303 sq. Fortunat. 2681 sq. 2704 Victorin. 2621 Augustin. de musica IIII 17, 36 'nona ode . . . uides — acuto' Victorin. de metr. Hor. 2615 1. 3 sq. 'nona ode: uides (sed u. 1 in nostris libris deest) — acuto' Diomed. 520 1 sq. 'uides — Soracte' Seru. ad Aen. VII 696 'hoc Soracte, huius Soractis, Hor. in I carm.: uides — candidum Soracte' Prisc. VI 11 'de montibus (sc. incerti generis inueniuntur) ut . . . uides — candidum Soracte' Consentius 2027 1 Diomed. 509 Mallius Theodorus 4, 9 Plotius 9, 7 'niue candidum' Plot. 9, 2 3 sq. Augustin. de musica IIII 14, 20 3 Prisc. partit. XII uers. Aen. 1, 4 5 sq. 'ligna — reponens' Diomed. 411 Acr. ad c. III 1, 17 7 'deprome bonum quadrimum uinum celer auitum' Plot. 9, 10 10 Plotius 9, 7 12 Fortunat. 2683 13 'quid — quaerere (querere floril.)' sch. Stat. Theb. III 562 florilegium Parisinum 8069 item Hildebertus moral. philosoph. p. 990 sed om. 'cras'

VARIA LECTIO.

I 9. AD TALIARCVM DE VOLVNTATIBVS *A* PARANETICE AD THALIARCHVM (TALIARCHVM φ) PVERVM SPECIOSVM (SPETIOSVM φ) *F* PARANETICE TETRACOLOS AD THALIARCVM PVERVM γ PARANETICE TETRACOLOS AD TALIARCV̄ PVERV̄ SPETIOSVM DE VOLVNTATIBVS λ *inscriptionem om.* τ, *oden B* 1 candidus *Mallius Theodorus, opp.* Ω *exp. metr. Ac. bis sch.*γλφ *Porph.* 2 Sorate γ1 Soractae τ nec iam] *n*etiam τ honus *u* 3 Silue *A*1 5 ligna] luna *Fτπuar.* 6 Larg*e reponens* τ Largiri potis *Fπ*1τ1 large repones φ*uar.* ('Large reponens] largiri potis *alii codices habent' sch.*λφ) 7 Depone *Fγ*1πτ 8 thaliarce *Fγ*λτ *uu.* 9—12 *del. Gruppeus Meinekius Linkerus* 9 caetera *Fγ* 11 Depraeliantes *A* Depl̄: π 13 querere *Aγ*λπτ

quem fors dierum cumque dabit, lucro
appone, nec dulcis amores 15
sperne puer neque tu choreas:
donec uirenti canities abest
morosa, nunc et campus et areae
lenesque sub noctem susurri
composita repetantur hora, 20
nunc et latentis proditor intumo
gratus puellae risus ab angulo
pignusque dereptum lacertis
aut digito male pertinaci.

X

Mercuri, facunde nepos Atlantis,
qui feros cultus hominum recentum
uoce formasti catus et decorae
more palaestrae,
te canam, magni Iouis et deorum 5

TESTIMONIA.

17 sq. 'donec — morosa' Donat. ad Ter. hecyr. III 5, 28 21 sq. Seru. ad ecl. 3, 65

I 10. 1. 4 'decima ode: Mercuri — Atlantis; more palaestrae' Diomed. 521 1 Seru. ad Aen. I 520 Plotius 7, 10, 1 'decima ode... Mercuri — Atlantis' Victorin. de metr. Hor. 2616 'Hor. in I carm. Mercuri — Atlantis' Prisc. VII 18 'Mercuri facunde' Seru. ad Aen. IIII 558 2 'qui — hominum' Porph. ad serm. II 2, 66 3 sq. 'catus — palaestrae' Seru. ad Aen. IIII 559 'et — palaestrae' schol. Stat. Theb. VI 830

VARIA LECTIO.

14 sors *ω Fea* 15 Adpone *Fπχ Porph.* dulcis *Pph.* dulces *Ω* 16 tu *om. u* 17 canicies *τ* 20 Conposita *u Pph. sch.λ uu.* 21—24 *del. Prienius et Hitzigius* 21 intimo *Aγπpr.τu sch.γ i. t.* 22 puelle *A1* direptum *γλτuς sch.γ* dereptum *AFGχ*[2 *Bland.*] ('dereptum *pro direptum' sch.φ*)

I 10. AD MERCVRIVM *AB* HYMNVS (HYMNOS *F* YMNVS *γ*) MERCVRIO TETRACOLOS *Fγλ inscriptionem om. τ* 1 atlantis *Pph.* at *B* athalantis *u* adlantis *γ2 γ1 non liquet* athlantis *rell. Ac. exp. metr.* 2 feros *A* 3 cautus *ψ* decore *A1π1* 4 palestrae *BFγπτu* palestre *A*

nuntium curuaeque lyrae parentem,
callidum quicquid placuit iocoso
condere furto.
te, boues olim nisi reddidisses
per dolum amotas, puerum minaci 10
uoce dum terret, uiduus pharetra
risit Apollo.
quin et Atridas duce te superbos
Ilio diues Priamus relicto
Thessalosque ignes et iniqua Troiae 15
castra fefellit.
tu pias laetis animas reponis
sedibus uirgaque leuem coerces
aurea turbam, superis deorum
gratus et imis. 20

XI

Tu ne quaesieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi

TESTIMONIA.

7 sq. Porph. ad c. I 12, 11. 24, 17 10—12 'Hor. in carminum libro I: puerum — Apollo' Prisc. XVIII 31 11 sq. '... Hor. abusiue et satis incongrue in genere masculino posuit dicens: uiduus — Apollo' Seru. ad Aen. VIII 571

I 11. 1 sq. cf. 'scire nefas quem mihi finem aut tibi dii dedere' Plotius 7, 11 1 Terentian. 2443 Victorin. 2598 Fortunat. 2675. 2700

VARIA LECTIO.

6 Nuncium *λ* curue *A*1 lirae *Aγτu* 7 quicquic *γ* 9 boes *B* olym *φ* reddidiss& *ψ*1 *uu.* 13—16 *del. Prienius* (*mus. Rhen. nou. ser.* XIII 338) *et Lehrsius* 13 attridas *A*1 *u.* 14 *om. B* priami *ψpr.* 15 Thesalos *τ* Tessalos *πu* 17 letis *Au* animas laetis *Fγλπτχ* 18 uirgā *B* coherces *Auς* 18—20 Sedibus uirgaque leuem coerces aurea turbam | Superis deorum gratus et imis *F* 19 *sq.* Superis (Sŭperis *π*) deorum gratus et imis | Aurea (Aŭrea *π*) turbam *πτ*

I 11. AD LEVCONOEN *A* PRACMATICE AD LEVCONOĒ MERETRICEM GENESIM (GENESĪ *ψ*) PER MATHEMATHICĀ REQVIRENTEM *F* PRACMATICE MONOCOLOS AD LEVCONOEN (LEVCONOEM, *cett. om.* *λ*) SVADENS MATHEMATICĀ OMITENDĀ *γλ* *inscript. om. τ*, *oden B* 1 Tu] u *γ* quesieris *Aπτψu* quęsieris scire, nefas. *γ* [*item codd. Bland.*] nephas *φ* michi *φ*

finem di dederint, Leuconoe, nec Babylonios
temptaris numeros. ut melius quicquid erit pati,
seu plures hiemes seu tribuit Iuppiter ultimam,
quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare 5
Tyrrhenum. sapias: uina liques et spatio breui
spem longam reseces. dum loquimur, fugerit inuida
aetas: carpe diem, quam minimum credula postero.

XII

Quem uirum aut heroa lyra uel acri
tibia sumis celebrare, Clio,

TESTIMONIA.

bis. 2704 Plotius 7, 17 'undecima ode lyricorum asmatum: tu — tibi' Victorin. de metr. Hor. 2616 'undecima ode: tu — mihi', om. quem tibi Diomed. 521 'quaesieris scire' Plot. 7, 2 2 sq. cf. 'nec Babylones numeros ut melius quidquid erit geremus' Plot. 7, 14 6 'Hor. in I carminum: sapias — liques' Prisc. XVIII 89 7 sq. 'dum — aetas' schol. Pers. 5, 153 .8 'carpe diem quam minimum' Plot. 7, 9

I 12. 1 'duodecima ode (. . . cuius initium add. Victorin.) quem — acri' Diomed. 521 Victorin. de metr. Hor. 2616 1 sq. 'Hor. (sc. dixit) acrem tibiam' Quintilian. instit. VIII 2, 9

VARIA LECTIO.

2 didederint *A* dii *FluA*2 dederunt *ψ*1*u*1*y* babilonios *Alπτψu* 3—6 ['ut melius quicquid erit pati, *iudicaui pertinere ad uerbum* sapias; *ita ut intermedia scribantur parenthesi, quae sic scripta inueni in 'V'' Cr.*] 3 quidquid *Porph.* 4 hyemes *γ* hiemis *π*1 tribuet *y* iupiter *πψ* 5 Que *u* Qui *τpr.V* [*codd. Bland.*]*πuar.χ*(*δs*1) Quae *rell. Pph. cons. Porph. interpretat. neque aliud est* debilitat *quam frangit* ἀποθρύπτει. *hanc autem lectionem a grammaticis quibusdam perperam intellectam esse efficitur sch.γ:* 'Quae] *sc. res. licet cognoueris quae res commoueat mare, necesse est ut bibendo hanc reseces curam'* debilitat pumicibus oppositis mare *u* 6 Tirrhenum *A* Tyrrenum *γπ* Thyrrenū *τ* Tirrenum *u* spacio *τ* *u.* 7 *om.* *λ*1 7 fuget *γ* fugit *τcorr.χ*(*σs*)*sch. Pers.* diffugit *y*

I 12. DE (SAPHICVM DE *B*) LAVDIBVS DEORVM ATQVE HOMINVM *AB* PROSPHONETICE TETRACOLOS HYMNOS *F* PROSPHONETICE TETRACOLOS YMN' DE LAVDIBVS DEORV̄ ET HOMINV̄ *γ* PROSPHONETICE TETRACOLOS. HYMNOS DE LAVDIBVS DEORVM ATQ. HOMINVM *λ* *inscr. om. τ* 1 . uem *γ* lira *u* 2 Tibias *B* sumis *ABγπuG*[3 *Bland.*] *sch.γ quater* sumes *Fλ'V'*1*χ*(*δg*)*sch.λφ* caelebrare *F* Clio] caelo *Fπ*1 celo *λ*1

quem deum? cuius recinet iocosa
nomen imago
aut in umbrosis Heliconis oris 5
aut super Pindo gelidoue in Haemo:
unde uocalem temere insecutae
Orphea siluae
arte materna rapidos morantem
fluminum lapsus celerisque uentos, 10
blandum et auritas fidibus canoris
ducere quercus?
quid prius dicam solitis parentis
laudibus? qui res hominum ac deorum,
qui mare ac terras uariisque mundum 15
temperat horis:
unde nil maius generatur ipso,
nec uiget quicquam simile aut secundum?
proximos illi tamen occupauit
Pallas honores. 20
proeliis audax, neque te silebo,

TESTIMONIA.

11 'doctum et auritas — quercus' Seru. ad georg. I 308 13 sq. 'quid — laudibus' schol. Stat. Theb. I 41 20 Prob. 1394

VARIA LECTIO.

3 [dium 2 *Bland.*] recinet $A_1BλG$'V'χ *sch.γ* retinet $τA_2\chi(\mu p)$ recinit *FγuAuar.*$\chi(\delta\sigma gh_2s)$ *recinit* π recinat *Erasmus* 5 horis *u* iris *B* 6 hemo *ABFγπu* 7 insecute *u* 9 rabidos λ 10 lapsos A_1B celeres *u* 11 blandum] doctum *Seruius D. opp. Ac. Acr. et sch.γ Porph.* fid///ibus *A* 13 *inde ab h. u. usque ad finem carminis responsionem Clionis esse coniecit Bernaysius* (*mus. Rhen. nou. ser.* XI 627) *sed cf. mus. Rh.* 1863, 272 quid] Quē A_2 quid prius? [*omn. Bland.*] *sch.γ* ('Quid] *sc. dicam*') parentis $A_1Bλτ$'V'$\chi(\beta p)$ *sch. Stat.* parentes *Pph.* parentem *G*(*Acron teste Fea*) parentum *Fγπu* A_2'V'*uar.*ς[3 *Bland.*] *sch.λφ cons.sch.γ* 15 ac terras $ABλτu_1\chi(\alpha\vartheta)$ aut terram *Fγπχ*(*μg*) et terras $\chi(\beta\sigma np_1s)$ ac terram *ucorr.*$\chi(\delta hv)$ et terram *y cf. Vergil. Aen.* IIII 269 17 nihil *γψPph.* nichil *φ* 18 Ne *τ* aut] et *y* 19 occupabit *Rob. Stephanus et Fea* 20 *sq.* Pallas honores proeliis audax. neque *Bentl. Haupt. alii. ut nos disting. Burmannus* (*ad Valer. Flacc.* V 498) *Peerlk. alii* 21 Pliis *B* Preliis *λu*

Liber, et saeuis inimica uirgo
beluis, nec te, metuende certa
Phoebe sagitta.
dicam et Alciden puerosque Ledae, 25
hunc equis, illum superare pugnis
nobilem; quorum simul alba nautis
stella refulsit,
defluit saxis agitatus umor,
concidunt uenti fugiuntque nubes, 30
et minax, quod sic uoluere, ponto
unda recumbit.
Romulum post hos prius an quietum
Pompili regnum memorem, an superbos
Tarquini fasces, dubito, an Catonis 35
nobile letum.
Regulum et Scauros animaeque magnae
prodigum Paulum superante Poeno
gratus insigni referam camena
Fabriciumque. 40

TESTIMONIA.

25 Donat. ad Ter. Andr. II 3, 26 'puerosque Ledae' Seru. ad Aen. II 598. IIII 94 37 sq. 'Hor. carminum I: Regulum — Paulum' Prisc. XVIII 19 'animaeque prodigum Paulum' schol. Stat. Theb. III 603. VIII 406 40 sq. Quintilian. instit. VIIII 3, 18

VARIA LECTIO.

22 seuis *γu* 23 metunde *A*1 metuenda *γ* 24 Phębe *A* Phebe *γτu* 25 alcidem *u* lede *A* lædę *τ* 26 *h. u. om. λ*1*πpr.* Nunc *B* æquis *τ* 28 Sidera fulgent *yω* refulxit *φ* refulget *χ*(*s*)*y*(*Feae Ch. A.*) *Fea* 29 Defuit *A*1*B* Defluit *γ* Refluit *χ* umor *Pph.* humos *τ* humor *rell.* 31 minas *τ* sic Di *edit. Venet. Ascens. Muret.* di sic *y*(*Feae Chis. B.*) dii sic *y*(*Dorvilliensis* 2) quod *τy*[*cod. Diuaei*] *Porph. I. Porphyr. Guelferbyt. Aldus Gruppeus* quia *AFγλπu V* [*omn. Bland.*] ς(ϕ *g*) *Pph. Porph. Monacensis per errorem* qui. *B* qua *Oudendorpius Peerlk.* nam *G* quam *Seyffertus* quis *Doederlinus* quom *Kreussler* sic̄ (= sicut) *B* *uu.* 33—48 *del. Peerlk.* 33 prius *om. γ*1 34 Pompilii *γu* Pomphili *ψ* an] ac *Hamacher* superbos *τ* 35 Tarquinii *γφu* an catenis nobilitatum *Hamacher* an Catonis] anne Curti *Bentl.* 36 loetum *Aλτ* lętum *u* lectum *Fγ*1*π*1 *lętum γ* 37 magne *A*1 38 poeno superante paulum *y* 39 gratus] Stratum *B* ł graccos *φ*2 *ad marg.* (*a manu docta saec. XV*) 40 Fabritium *γ* Fabricum *φ*1

hunc et incomptis Curium capillis
utilem bello tulit et Camillum
saeua paupertas et auitus apto
cum lare fundus.
crescit occulto uelut arbor aeuo 45
fama Marcelli; micat inter omnis
Iulium sidus uelut inter ignis
luna minores.
gentis humanae pater atque custos,
orte Saturno, tibi cura magni 50
Caesaris fatis data: tu secundo
Caesare regnes.
ille seu Parthos Latio imminentis
egerit iusto domitos triumpho,
siue subiectos Orientis orae 55
Seras et Indos,
te minor laetum reget aequos orbem:

TESTIMONIA.

41 Charis. 104 'hic et inc: — capillis' Seru. ad Aen. XII 100 51 sq. 'tu — regnes' schol. Stat. Theb. IIII 841

VARIA LECTIO.

uu. 41—44 *del. Bernaysius* 41 Nunc *Fχ* Hic *Seruius* intonsis *Quintilianus* incomptis *Ω Seruius Charisius sch.γ et cf. Martial.* I 24 '*aspicis incomptis illum Deciane capillis, cuius et ipse times triste supercilium, qui loquitur Curios assertoresque Camillos?*' 42 camilū *τ* 43 Seua *γλτu sch.γ* sancta *Bentl.* casta *Withofius* dura *Peerlk.* saeua *test. Ac. Acr.* apto] arto *edit. Mediol.* 1477 *Bentl. opp. Ω Ac. Porph. sch.γ* 44 fundis *B* 45 euo *u1* aruo *N. Heinsius* 46 Marcellis *Peerlk. opp. Ac. Acr. et sch.γ Porph. cf. mus. Rhen.* 1863, 273 om̃s *Bγτu* 47 ignes *ABFγλπu* (ignès *B falso test. Orellio et Rittero*) 50 saturne *B* 51 Cesaris *A* fatis *om. Fπpr.* date *B* 53 ceu *τpr.* imminentis *γ* iminentis *A* inminentis *λ* inminentes *F* imminentes *Bπτu* 54 domitor *Galeus opp. sch.γ* 55 seu superiectos *Haupt.* subiectȝ *B* = subiectus horę *u* ḥorae *B* [orae *omn. Bland.*] 56 Sera s̄ Indos *B* Seras *A* Saerus *τ* 57 laetum *BτGχ(v)y Muretus Fea* letum *A1 sch.γχ(μ, uar.* laciū) latum *FγλπuA2ς Bentl.* regit *Fπ* regat *χ(σ)ω Fea* reget *u* eqs̊ *B* equus *τu* aequus *rell.*

tu graui curru quaties Olympum,
tu parum castis inimica mittes
fulmina lucis. 60

XIII

Cum tu, Lydia, Telephi
ceruicem roseam, cerea Telephi
laudas bracchia, uae meum
feruens difficili bile tumet iecur.
tum nec mens mihi nec color 5
certa sede manet, umor et in genas
furtim labitur, arguens
quam lentis penitus macerer ignibus.
uror, seu tibi candidos
turparunt umeros immodicae mero 10
rixae, siue puer furens
impressit memorem dente labris notam.

TESTIMONIA.

I 13. 'tertia decima ode (libri primi add. Victorin.): cum — Telephi' Diomed. 521 Victorin. 2617 2 sq. 'cerea pruna: aut cerei coloris aut mollia. Hor. cerea — laudat brachia' Seru. ad ecl. 2, 53 'lactea candida sunt, ut lactea laudat brachia dicit Hor.' Flauius Caper 2242

VARIA LECTIO.

58 quatiens *A* quotiens *πpr.* quatiens *πcorr.* olimpum *Αγτu* 59 mites *F*

I 13. AD LYDIAM (LIDIAM *B*) *AB* EROTICE DICOLOS AD LYDIAM *F* EROTICE DICOLOS AD LIDIAM DE THELEPHO *γ* EROTICE DYCOLOS ALLOQVITT LIDIAM MERETRICE AITOS TORMENTVM EE CV TELEPHY FORMA LAVDAET *λ* *inscr. om.* *τ* 1 . um *γ* lidia *ABλu* thelephi *γbis* 2 cerea *τ* lactea *Flauius Caper opp. Ac. Acr. et sch.γ Pph. Seruius* 3 brachia ue *γπτuχ* brachiaue *F* brachia uae *cett.* 4 Ferfens *ψ* difficibile *τ* dificile *ψ1* difficile *φ1* *Porph. opp. Ac.* iecor *τ* 5 Tunc *ABuγuar.χ* michi *φ* 6 manet *Bu1 Gyω Bentl. cf. Madvigi gramm. Lat.* § 213[b] *annal. philol.* VII 424 manent *rell. sch.γi.t.* umor *Ac. Pph.* humor *Ω Porph.* 8 penitus *om.* *γ1* 10 humeros *Ω Ac.* inmodicae *γ Ac.* inmodice *τ* īmodicae *BA2* īmodice *A1* immodicae *Flπu* 11 feruens *γ* 12 Inpressit *Fτ Ac. Pph.* īpssit *B* notan *λ*

non, si me satis audias,
speres perpetuum dulcia barbare
laedentem oscula, quae Venus 15
quinta parte sui nectaris imbuit.
felices ter et amplius,
quos inrupta tenet copula nec malis
diuolsus querimoniis
suprema citius soluet amor die. 20

XIIII

O nauis, referent in mare te noui
fluctus. o quid agis? fortiter occupa
portum. nonne uides ut
nudum remigio latus,
et malus celeri saucius Africo 5
antemnaeque gemant, ac sine funibus

TESTIMONIA.

I 14. 1—3 '*ἀλληγορία* quam inuersionem interpretantur, aut aliud uerbis, aliud sensu ostendit, aut etiam interim contrarium. prius ut: o nauis referent — portum totusque ille Horatii locus, quo nauem pro republica, fluctus et tempestates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dicit' Quintil. inst. VIII 6, 44 1 sq. 'o — fluctus' sch. Stat. Theb. I 193 1 'quarta decima ode: o — noui' Diomed. 521 5 Seru. ad Aen. V 487 6—9 'ac — aequor' Seru. ad Aen. VIII 577

VARIA LECTIO.

13 audies *γτ* 15 Ledentem *AFγλτu* que *τ* 16 Quanta *y* multa *Paldamus* inbuit *u* 18 irrupta *ABγπ corr.* 19 Diuolsusque prementibus *πι sch.λuar. sch.φuar.* *χ*(*δ Graeuianus sim. cod. Peerlkampi*) Diuulsus *ABτu* Diuolsos *Muretus et Bentl.* [diuolsus *codd. Bland.*] querimoniis *τ* queremoniis *λιφψ2* cerimoniis *B* 20 Suppma *u* soluit *γ prob. Peerlk.*

AD REMPVBLICAM TETRACOLOS *AB* PARANETICE TETRACOLOS AD BRVTVM *Fλ* AD NAVEM MARCI BRVTI REPARANTĒ BELLVM CIVILE *γ* *inscr. om. τ* 1 referunt *y* (*Feae An. A*) referent *in ras. π* (*test. Ac.*) 5 et] nec *Seruius* saucius Africo] africo saucius *λ* actus africo *Fγπιχ* fractus ab Africo *Broukhusius* affrico *τu* 6 Antem neque *φ* Antem neque *λψι* Antēneq. *Bτ* Antempneq: *u* gemunt *πzy* (*complures mss. apud Ianium et Combeum*) *ω Fea* ac] iam *edit. Florentina* 1482 *Fea* finibus *B*

uix durare carinae
possint imperiosius
aequor? non tibi sunt integra lintea,
non di quos iterum pressa uoces malo. 10
quamuis Pontica pinus,
siluae filia nobilis,
iactes et genus et nomen inutile:
nil pictis timidus nauita puppibus
fidit. tu nisi uentis 15
debes ludibrium, caue.
nuper sollicitum quae mihi taedium,
nunc desiderium curaque non leuis,
interfusa nitentis
uites aequora Cycladas. 20

XV

Pastor cum traheret per freta nauibus
Idaeis Helenen perfidus hospitam,

TESTIMONIA.

7—9 'uix durare possunt imperiosius aequor' Seru. ad Aen. I 207
17 Prob. 1420
I 15. 'quinta decima ode: pastor — nauibus' Diomed. 521

VARIA LECTIO.

8 sq. Possint imp: aeq: | Non tibi s: i: l: *Fγπ* Possunt *uχ(αμhpv et aliquot codd. Feae Ianii Combei) Seruius* Possint *cett. haud scio an melius scripsissem:* 'nonne uides ut — gemant ac — possunt imp: ae:?' *cf. quae mus. Rhen.* 1863, 279 *adnotauimus ad c.* III 19, 1 10 Nec *y* dii *AFγπa.r.τu* uoces p̄ssa malo *u* 13 nomen: inutile! *Paulyus* nomen] nō *B* 14 tumidus *γy* nauta A_2 *Pph.* pupibus *Bγτ'* 16 Debes *B* ludibria *γ* *uu.* 17—20 *del. Peerlk.* 17 michi *ψ* tedium *AFγλπτu* 18 non] nec *χ(δσ2)* 19 Inter fusa *Fλ* nitentes *Bγφιuπcorr.* nitens $ψ_1$ 20 equora *π* cicladas *u* cyclades *Fγλ*

I 14. AD ALEXANDRVM (ALAXANDRVM *B*) PARIDEM *AB* YPOTETICE TETRACOLOS AD ALEXANDRVM *Fλ* YPOTHETICE TETRACOLOS AD PARIDEM ALEXANDRVM SVB CVIVS PERSONA EXPONIT IMMINENTIA ILIO *γ* *inscr. om.* *τ* 1 . astor *γ* 2 Ideis *Fγπτu* elenen *F* elemen $λ_1$ helenam *uπ2'V'χ(ag)y* (*et hac maxime forma solebant uti qui scholia scripserunt*) *non G* [3 *Bland.*]

ingrato celeris obruit otio
uentos ut caneret fera
Nereus fata: 'mala ducis aui domum, 5
quam multo repetet Graecia milite,
coniurata tuas rumpere nuptias
et regnum Priami uetus.
heu heu, quantus equis, quantus adest uiris
sudor! quanta moues funera Dardanae 10
genti! iam galeam Pallas et aegida
currusque et rabiem parat.
nequiquam Veneris praesidio ferox
pectes caesariem grataque feminis
inbelli cithara carmina diuides; 15
nequiquam thalamo grauis
hastas et calami spicula Gnosii
uitabis, strepitumque et celerem sequi
Aiacem: tamen heu serus adulteros
crines puluere collines. 20

TESTIMONIA.

4 sq. cf. 'Nereus ut caneret fera' Victorin. 2592 5 sq. 'Hor. in I carm. Nereus — milite' Prisc. VII 67 18 sq. 'Hor. in I carminum: et — Aiacem' Prisc. XVIII 44

VARIA LECTIO.

3 celeres *τ* celeres *Fλu* otio *in loco raso τ* 4 fera *in loco raso τ* 5 Ne reus *A* Proteum *pro Nereo legunt Porphyrion et sch. Stat.* (*item Nestor in uoce* 'auis') *opp.* Ω *sch.γ Prisciano Victorino* fata] fama *Prisciani codd. plerique* 6 grecia *Fγτu* ḡcia *B* 9 Heu heu *ABτG* Eheu *FγλuAc.* Heheu *π* quamtus e: quamtus *λ* 10 quamta *λ* dardane *π* 11 egida *γπτu* 12 et] ad *y* (*Vanderbourgi cod. T*) 13 Nequicquam *Aiu Ac. Pph.*1 Nequicquam *φ* presidio *Fγλ* foerox *τ* 14 cesariem *AFτu* 15 Imbelli *Bλ* cythara *Fλπτ* diues *ψ*1 16 Nequicquam *A*1 Necquicquam *u* in thalamo *Seyffertus* graues *Au* 19 seros *B* *uu.* 20—32 *om. B* 20 Crines *Aλτuγuar.πcorr.G'V'* [*et* 1 *Bland.*] ς(αβθgpσuar.vuar.) *sch.λ alt. l. i. t. Peerlk.* Cultus *Fγπpr.χ*(δμσhnv Vultus *s*) [2 *Bland.*] *sch.λ alt. l. et sch. φ* (*interpr.* '*ornamenta*') c. *Ac.* *Vtram lectionem Acr. et schol.γ aut solam ante oculos habuerint aut certe praetulerint, id quidem haud satis perspectum habeo, suspicor tamen priorem. interpretantur enim*

non Laertiaden, exitium tuae
gentis, non Pylium Nestora respicis?
urgent inpauidi te Salaminius
Teucer, te Sthenelus sciens
pugnae, siue opus est imperitare equis, 25
non auriga piger. Merionen quoque
nosces. ecce furit te reperire atrox
Tydides melior patre:
quem tu, ceruos uti uallis in altera
uisum parte lupum graminis immemor, 30
sublimi fugies mollis anhelitu,
non hoc pollicitus tuae.
iracunda diem proferet Ilio
matronisque Phrygum classis Achillei;
post certas hiemes uret Achaicus 35
ignis * Pergameas domos.'

TESTIMONIA.

22 'Nestora Pylium' schol. Stat. Theb. VII 129 24 sq. 'iungunturinterim schemata: Sthenelus sciens pugnae; est enim scitus Sth: pugnandi' Quintil. inst. VIIII 3

VARIA LECTIO.

ita: 'Puluere conlines] *h. e. procuratam capillorum pulchritudinem puluere inquinabis ut et: "Foedare in puluere crines." Praeterea hic Horatius sine dubio imitatus est Homerum, qui cecinit Iliad. Γ* 54 *sq.:* '*Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης, ἥ τε κόμη τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης*'. cōlines *Ac.* collines *π* 21 non] Nam non *γ* Num *y* laertiadem *λ*1 lertiaden *AF* lerciaden *γ Ac.pr.* lartiaden *τ* lertiadem *u* excidium *γχ(δ)y* (exitiales [exic: *sch.λ*] duces *Acr. et sch.γ i. t. sch.λ*) 22 Gentis *ΑλπτG*ς[1 *Bland.*] Genti *Fγuχ* [3 *Bland.*] pilium *Απpr.* pelium *Fu* peleum *πcorr.* 24 Teucer te sthenelus *AFλ*[3 *Bland.*] *Ac.* Teucer (Theucer *τ*) et sthenelus (stenelus *τ* [1 *Bland.*] stelenus *γ*) *γτG* Teucer stenelusque *u* Teucer ste*len*us$^{q'}$ *π* Teucerque et sthenelus *yω Bentl.* 25 Pugne *A*1 merionem *λφ* merion*em γ* merionē *τu* 27 Nosses *π*1 atrox *om. u* 28 Tidides *Fγτ* Titides *u* [Tydides *Bland.*] 29 ceruus *Ω* 30 inmemor *λπ sch.γ* imem*or A* *uu.* 33—36 *del. Peerlk. et Linkerus* 33 Iracunda// *Fλ* illio *ψ* 34 frygum *B* frigum *Fτu* clasis *φ* 35 hyemes *γ* 36 Pergameas] illiacas *F* iliacas *rell.* Pergameas *Glareanus et editio*

XVI

O matre pulchra filia pulchrior,
quem criminosis cumque uoles modum
pones iambis, siue flamma
siue mari libet Hadriano.
non Dindymene, non adyti quatit 5
mentem sacerdotum incola Pythius,
non Liber aeque, non acuta
si geminant Corybantes aera,
tristes ut irae, quas neque Noricus
deterret ensis nec mare naufragum, 10
nec saeuos ignis nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu.
fertur Prometheus addere principi
limo coactus particulam undique

TERTIMONIA.

I 16. 1 'sexta decima ode: o — pulchrior' Diomed. 521 3 Diomed. 510 7 sq. 'acuta — aera' Acr. ad c. I 34, 15

VARIA LECTIO.

Petri van Os Zwollis 1500; *Glareanus se hanc lectionem e codd. hausisse affirmat; barbaricas uel Dardanias alii: aut tota stropha Horatio abiudicanda aut uox Iliacas uidetur esse corrigenda cf. mus. Rhen.* 1863, 277

I 15. AD TINDARIDEN *A* AD TYNDARIDĒ *B* PALINODIA GRATIDIAE (GRATIDIAE *λ*) VEL TINDARIDIS *Fλ* PALINODIA GRATIDIE *γ* AD TINDARIDEN FACIENS IAMBOB POTESTĒ *τ* 1 pulcra *Aτψu Pph* pulcrior *ψu Pph.* 2 cūq;///oles *π* 3 Pones *A* Ponis *Fγτpr.* iambis] iam *codd. Diomedis* flammam *γ* flammam *Fλ* 4 adriano *Fγu Acr.* *u.* 5 *om. u*1 dindimene *γ* dindymenę *φ* dindimenę *ψ* dyndymene *λ* dyndimenae *A* disidimene *B* dimdimene *u* Liber aeque *Sanadonus Peerlk. Hauptius* adytis *γ* aditis *ABFλπτu* adyti *Hemsterhusius et Hauptius* quatis *B* 6 mentis *Dorvillius* pithyus *F* pithius *γπτu* 7 liber eque *Fu* liber eque *B* Dindymene *Sanadonus Peerlk. Hauptius* 8 Si *πpr. Bentl. Fea Peerlk. Hauptius alii* Sic *πcorr. cett.* coribantes *u* choribantes *Fγ* 9 Tristes *B* dirae *B* ire *τ* Irae *Vnger* quas] que *π*1 coricus *A* 11 seuos *π* seuus *AFγλu* saeuus *Bτ* 12 Iupiter *ψ* *uu.* 13—16 *del. Peerlk.* 14 coactam *Bentl.* undiq, rł *B*

desectam et insani leonis 15
uim stomacho apposuisse nostro.
irae Thyesten exitio graui
strauere, et altis urbibus ultimae
stetere causae, cur perirent
funditus imprimeretque muris 20
hostile aratrum exercitus insolens.
compesce mentem: me quoque pectoris
temptauit in dulci iuuenta
feruor et in celeres iambos
misit furentem; nunc ego mitibus 25
mutare quaero tristia, dum mihi
fias recantatis amica
opprobriis animumque reddas.

XVII

Velox amoenum saepe Lucretilem
mutat Lycaeo Faunus et igneam

TESTIMONIA.

18—20 'idem in eodem (= Hor. in I carm.): et altis — funditus' Prisc. XVII 49 20 sq. 'imprimeretque — aratrum' Seru. ad Aen. IIII 212 Isidorus orig. XV 2, 4 21 'exercitus insolens' Acr. ad c. II 4, 2

I 17. 1 'septima decima ode: uelox — Lucretilem' Diomed. 522 1 sq. 'Hor. in I carminum: saepe — Lycaeo' Prisc. XVIII 188 2—4 'et igneam — meis' Seru. ad ecl. 7, 47

VARIA LECTIO.

uu. 15—28 *om. B* 16 sthomacho *F* adposuisse *F Porph.* aposuisse *τ* apposuere *u* 17 *altera manus incipit in A cf. c.* II 2 Ire *τ* Ire *γπ* thiesten *AFγλτ* thyestem *u* exicio *τ* 18 ultime *γιτ* 20 inprimeret *Fλπu Ac.* imprimet *Seruius* 21 aratrum *om. Apr.* 22 Conpesce *Aτu Ac.* 23 inpulsi *Seyffertus* 24 in *om. γ* 25 nun *γι* ergo *ψ* 26 quero *ψu* michi *πφ* 28 Opprobriis *Aγ* Oprobris *F* O//probri//s *π* Obprobriis *cett.*

I 16. AD EANDEM MERETRICEM (MERITRICEM *B*) *Bτ* PARANETICE (TINDARIDI *add. γ*) AGRI SABINI LAVS ET MONTIS LVCRETILIS *Fγλ omisit titulos usque ad c.* XXVIII *A* 1 amenum *τu* sepe *τu* 2 lyceo *Aλ* licaeo *Bφ* liceo *τψu*

defendit aestatem capellis
usque meis pluuiosque uentos.
impune tutum per nemus arbutos 5
quaerunt latentis et thyma deuiae
olentis uxores mariti,
nec uiridis metuunt colubras
nec Martialis Haediliae lupos,
utcumque dulci, Tyndari, fistula 10
ualles et Vsticae cubantis
leuia personuere saxa.
di me tuentur, dis pietas mea
et musa cordi est. hinc tibi copia
manabit ad plenum benigno 15
ruris honorum opulenta cornu.
hic in reducta ualle caniculae
uitabis aestus et fide Teia
dices laborantis in uno
Penelopen uitreamque Circen. 20

TESTIMONIA.

4 Diomed. 510 7 'et olentis uxores mariti' Seru. ad ecl. 7, 7 11 'hanc uallem in car. libro I Vrticam appellat' schol. *γ* in epist. I 16, 6 13 sq. 'dis pietas — est' Acron ad serm. II 6, 32 18 sq. 'et fide — in unum' schol. Pers. 6, 4

VARIA LECTIO.

3 Descendit *A*1 (*ut uidetur*) estatem *u* capillis *B* 5 Inpune *Fπu Ac.* totum *y* (*libri Lambiniani*) *Bentl.* 6 Querunt *Fγu* latentis *λ* latentes *cett.* thima *Aλ* tyma *u* 7 uxoris *Bpr.* 8 nec] hic *sch. Stat.* uirides *Fπu* metuunt *τ* colubres *λ*1 colubros *λ*2 *χ*(*ϑ*1*hnacorr.*)*y opp. Pph.* [4 *Bland.*] 9 martiales *Fλ* marciales *u* haediliae *Bφ*1 hediliae *λψ* hedilie *u* aediliae *Porph.* ediliae *π* haedilia *Aτ* hedilia// *γ* hedilia *Ac.* ('septa hedorum' *Acr. et sch.γ*) [hoediliae 2 *Bland.* hoeuliae 2 *Bland.*] hoedulei *Auratus* lupus *τpr.* 10 tindari *u* dindari *τ sed prior* i *in* y *mutata est* 11 ustice *u* 13 Dii *Aγλτu* displetas *B* diis *Aγτu* 14 hic *πτχ*(*α*)*y Ac.* hinc *cett. Acr. et sch.γ* (*interpr.* '*de hoc Sabino fundo*') *pr*educta *π* *uu.* 15 *sq. om. B* 15 Manebit *A*1 manauit *Pph. opp. Porph.* 18 estus *u* et fide teia *add. A*2, *om. A*1 tegia *u* taeia *λpr.* 19 Disces *Bχ*(*μsuar.*) laborantis *Bλ Ac. Pph.* laborantes *cett.* unum *χ sch. Pers. Ac. opp. Acr. et sch.γ Porph.* 20 Penelopem *λ* Penelopē *u* uitreamque] uitrea. *λ* cir-

hic innocentis pocula Lesbii
duces sub umbra, nec Semeleius
cum Marte confundet Thyoneus
proelia, nec metues proteruom
suspecta Cyrum, ne male dispari 25
incontinentis iniciat manus
et scindat haerentem coronam
crinibus inmeritamque uestem.

XVIII

Nullam, Vare, sacra uite prius seueris arborem
circa mite solum Tiburis et moenia Catili:
siccis omnia nam dura deus proposuit, neque
mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

TESTIMONIA.

22 sq. 'nec — Thyoneus' Seru. ad georg. II 455 (nec se Mars melius cum Marte confundet Thyoneus edit. Dan. et cod. Paris. 7959, nisi quod hic exhibet tyoneus; nec semel melius cum Marte confudit Chioneus cod. Vatic. 3317 nec semel melius cum matre confundit Chioneus Guelferbyt. I)

I 18. 1 Diomed. 510 Victorin. 2598 de metr. Hor. 2615 Terentian. 2443 Plotius 8, 8 ter 'octaua decima ode: nullam — arborem' Diomed. 522

VARIA LECTIO.

cem *F* chircen *u* 22 semel eius *Fγ* semelius *B corr.* 23 confundat *B a. corr.* tyoneus *F* thioneus *γπτu Ac.* 24 Praelia *Aλ* P̄lia *Bu* 24 metuens *γ* metuas *χ* metuis *Pph. opp. Porph.* proteruum *Ω* 25 circum *γφu* nec *Bπa.r.τχ* 26 Incontinentes *Fu* initiat *Fγu* 27 scindit *B* herentem *γτu* choronam *ψ* 28 imeritam *B* immeritam *γλτ*

I 18. AD VARVM QVINTILIVM *Bλ* PARANETICE MONOCOLOS AD VARVM *F, add.* QVINTILIV̄ *λ* PARANETICE MONOCOLOS QVINTILIO VARO SVMMAM DICENS VINI SED CVM MODO VOLVPTATEM *γ* ALLOQVIT̄ VARV̄ QVINTILIV̄ DE VITIBVS SVMMĀ DICENS VIN SI CV̄ MODO VOLVPTATEM *τ* 1 Nulla *Ac.* 2 mitae *λpr.* menia *u* cathilli *λ* catthilli *B* catilli *u* cathilli *AFγπτ* ['*omnes scripti codices habent* Catilli, *per* l *geminatum*' *Cr.*] 4 difugiunt *A*

quis post uina grauem militiam aut pauperiem crepat? 5
quis non te potius, Bacche pater, teque, decens Venus?
at ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
debellata, monet Sithoniis non leuis Euhius,
cum fas atque nefas exiguo fine libidinum 10
discernunt auidi. non ego te, candide Bassareu,
inuitum quatiam nec uariis opsita frondibus
sub dium rapiam. saeua tene cum Berecyntio
cornu tympana, quae subsequitur caecus amor sui
et tollens uacuum plus nimio gloria uerticem 15
arcanique fides prodiga, perlucidior uitro.

TESTIMONIA.

5 Seru. ad Aen. I 738 'Oratius carminum lib. I: quis — grauem molliciem aut pauperiem crepat?' Nonius s. u. crepare p. 174 6 'te posui Bacche — Venus' Plot. 7, 15 8 Acr. ad c. II 12, 4 11 sq. 'non — quatiam' Seru. ad Aen. IIII 301 schol. Pers. I 101

VARIA LECTIO.

5 miliciam *A* crepat *ABγλτG V*[4 *Bland.*]χ(μσgnp) *Ac. Acr. I Nonius* crepet *Seruius* increpat *Fuπ in ras.*ς(αβδϑhv) *Acr. et sch.γ interpolat.* increpet ω (*Aldinae*) put& *s*2 *in ras.* 6 bacce ψ bacchae τ 7 Ac *ABFγλπς Pph. Bentl.* Aut τ At *uγuar.y commentator Cruquii Haupt. Peerlk.* transsileat *B* 8 mouet χ(p) *Ac. Acr. ad c.* II 12 monet Ω *Acr. i. t.* (*et Ac. ad u.* 9) lapitis *Bψ* lapithis φ lapithis π laphitis *λu* rixa *om. A*1, *add. alt. m.* moro *A*1 9 monet *etiam Pph.* sythoniis γτ euhyus *Bλτ* hehuius *u* /ˈeuius π 10 tum *Doederlinus* libinum *Apr.* 11 discernunt] discurrunt *y* [2 *Bland.*] candidi *B* basareu *B* basse reu τ 12 quaciam γ opposita *B* obsita *cett.* 13 dium ω dion ω diuum Ω *Ac.* rapiam rapiam φ seua *AFτu* berecynthio *Acorr.* λ benecynthio τ bereciuthio *Apr.* *Byπψ* bre///cinthio φ berechintio *u* berecintio *Ac.* 14 *Cornu tyn*pana *A* timpana ψ*u Acr.* tymphana πφ1 que *A*1ψ cecus *A*1*u om. B* *uu.* 15 — XXIII 5 *desunt γ* 15 Ettollens τπ2 (Extollens σ) Extollens *Fλ*2χ(αβδϑμuar.hp)*y* Attollens π1*u Seruius opp. Pph.* [*omn. Bland.*] nimia *A*1*B* 16 fides *A* ultro *B*

XVIIII

Mater saeua Cupidinum
  Thebanaeque iubet me Semelae puer
et lasciua Licentia
  finitis animum reddere amoribus.
urit me Glycerae nitor 5
  splendentis Pario marmore purius;
urit grata proteruitas
  et uoltus nimium lubricus aspici.
in me tota ruens Venus
  Cyprum deseruit nec patitur Scythas 10
et uersis animosum equis
  Parthum dicere nec quae nihil attinent.
hic uiuom mihi caespitem, hic
  uerbenas, pueri, ponite turaque
bimi cum patera meri: 15
  mactata ueniet lenior hostia.

TESTIMONIA.

I 19. 1 Victorin. 2567 Fortunat. 2675 'nona decima ode: mater — cupidinum' Diomed. 522 7 Seru. ad ecl. 2, 14

VARIA LECTIO.

I 19. AD PVERĪ SVV̄ DE GLYCERE̊A MERITRICE *B* EROTICE DICOLOS GLYCERE̊ (GLYCERE λψι) *Fλ* AD PVERV̄ SVV̄ DE GLICERAE AMORE τ 1 seua *Fu* 2 Thebane *u* iubent *Bλy*[5 *codd. Cr.*] iubem& ψι semele τχ[5 *codd. Cr.*] semel ea *B* semeles *y* o puer *B* 3 libentia *Bentl.* 5 glycere̊ φ glicerae *u* Clicere *Ac.* 8 uultus Ω 10 Ciprum *u* scytas *Fτ* scithas *u* *uu.* 11—13 *om. B* Et uersis *Flπτu Pph.* e. u. *Ac. ad u.* 10 Auersis *Ay Ac. ad u.* 11 *et ibidem Acr. i. t.* Nec uersis χ(μρ2) Ac uersis χ(s) ['et uersis ani. *tres Bland. habent*, auersis' *Cr.*] 11. 12 equis partum | Dicere nec *F* 12 Parthym *A* nec quae] neque *Aιλι* nichil φu attinet *F*[1 *Bland.*] adtinent *Porph.* 13 uiuum Ω *Ac.* cespitem *Fτu Acr.* *u.* 15 *om. B* 16 Bim[1] φ Bi*ni* *A*

XX

Vile potabis modicis Sabinum
cantharis, Graeca quod ego ipse testa
conditum leui, datus in theatro
cum tibi plausus,
care Maecenas eques, ut paterni 5
fluminis ripae simul et iocosa
redderet laudes tibi Vaticani
montis imago.
Caecubum et prelo domitam Caleno
tum bibes uuam: mea nec Falernae 10
temperant uites neque Formiani
pocula colles.

XXI

Dianam tenerae dicite uirgines,

TESTIMONIA.

I 20. 1 Victorin. 2605 Fortunat. 2680 'uicesima ode: uile — Sabinum' Diomed. 522 9—11 'Caecubum — uites' Porph. ad serm. II 2, 48 9 sq. 'Caecubum — uuam' Seru. ad georg. II 59

I 21. 1 sq. Acr. ad c. II 12, 17 1 Seru. ad ecl. 5, 1 praemisso: 'uicesima prima ode' Diomed. 522

VARIA LECTIO.

I 20. SAPHICV̄ AD MAECENATEM *B* PROSPHONETICE AD MECENATEM INVITANS EVM AD VINVM *Fλ* *inscr. om.* τ *abiudicant hoc carmen Horatio Peerlk. Paldamus alii sed cf. mus. Rh.* 1863, *p.* 273 *sq.* 1 Vile] Dulce *Medenbachius* 2 Cantaris *BFπu* greca *AFπτu* ḡca *B* 3 leui *ABτς*(αβδμgnpsv) *Acr. ad u.* 1 *Ac. ad h. u.* eleui *Fχ*(ϑh //leui ϱσ) *Pph.* *r*eleui *λπu* teatro ψ teathro *B* 5 Kare *Aχ*(αv) Clare *y Bentl.* mecaenas *Fπ* mecenas *λτu* 6 primus ripe > iocosa. simul. *B* ripe φι 9 Cecubum *u* Caecubam *y* proelo *uχ* proelio *B* 10 tum *Porph. I ad serm.* II 2, 48 *Doederlinus* Tu Ω *Pph. ad h. l.* non *Schwenius* bibis *y* (*cod. Vossianus*) *Pph.* uiuis *Pph. Seruii codd. aliquot* bides *λ* bibes *cett. Porph. ad serm.* II 2, 48 uiuã *B* falne *Aι* falerne *u* falerno *Porph. ad serm.* 11 foronani τ 12 calles *B*

I 21. AD CHOR̄ VIRGINV̄ ET PVEROR̄ *B* HYMNOS (YMNOS *λ*) AD CHORVM IN DIANAM ET APOLLINEM *Fλ* LAVDES AD CHORVM VIRḠ AD PVERV̄ (*corrige:* ET PVERORVM) τ 1 uirgenes *A*

intonsum, pueri, dicite Cynthium
Latonamque supremo
dilectam penitus Ioui.
uos laetam fluuiis et nemorum coma, 5
quaecumque aut gelido prominet Algido,
nigris aut Erymanthi
siluis aut uiridis Gragi.
uos Tempe totidem tollite laudibus
natalemque, mares, Delon Apollinis, 10
insignemque pharetra
fraternaque umerum lyra.
hic bellum lacrimosum, hic miseram famem
pestemque a populo et principe Caesare in
Persas atque Britannos 15
uestra motus aget prece.

XXII

Integer uitae scelerisque purus

TESTIMONIA.

10 Seru. ad Aen. VIIII 641 12 Seru. ad Aen. IIII 242

I 22. 1—8 '... Flaccus tantam esse dixit innocentiae uim, ut ad tutelam sui non egeat nec armis nec uiribus, quacumque iter fecerit. integer — Hydaspes' Lactantius instit. diu. V 17 1 Acr. ad c. III 2, 30

VARIA LECTIO.

2 cinthium *BFu* 3 suppremo λ subpremo *F* 4 Delectam *upr.* 5 letam τψ1*u* coma *AλπuG*ς(αβδϑρσ(2?)*h*(2?)*nv*) *comment. Hemsterhusius Peerlk.* comam *BFτV* [4 *Bland.*]χ(*ps*) 6 Quęcūq. *A* alcido *uπ2χ* 7 eyymanthy φ eyymanti ψ erimanthy *B* herimanthi *u* erymanthy π 8 au *A*1, t *add. alt. m.* gagi *u* gragi π 10 delona *a*pollinis *A* appollinis λ 11 faretra *Fπpr.τ* 12 umerum *A*1 *Ac. Porph.* χ humerum *A*2 *cett.* lira ψ 13 Hiuc bellum *Bπpr.* haec bellum *Duhamelius et Bentl.* hiąc mis: π miseram famem] miserabilem famē *A*, ~ *ab alt. m.* 14 Pestemqu//e *A* et] et a *u. om. edit. Petri van Os, Ios. Scaliger, alii* principe] misero *B* in *om. Aτχ* 14 *sq.* caesare | In persas *Fλπu* cesare *A* 15 britanos ψ1 brittannos πφ 16 agit *B*

I 22. AD FVSCVM *Bτ* AD AMARISTIVM (*corrige:* M. ARISTIVM *ut exhibet δ*) FVSCVM (TVSCVM *F*) LAVS INNOCENTIAE (INNOCĒCIE λ) *Fλ hanc oden om. Diomedes* 1 uite *A*1

non eget Mauri iaculis nec arcu
nec uenenatis grauida sagittis,
Fusce, pharetra,
siue per Syrtis iter aestuosas, 5
siue facturus per inhospitalem
Caucasum uel quae loca fabulosus
lambit Hydaspes.
namque me silua lupus in Sabina,
dum meam canto Lalagen et ultra 10
terminum curis uagor expeditus,
fugit inermem.
quale portentum neque militaris
Daunias latis alit aesculetis,
nec Iubae tellus generat, leonum 15
arida nutrix.
pone me pigris ubi nulla campis
arbor aestiua recreatur aura,
quod latus mundi nebulae malusque
Iuppiter urget; 20
pone sub curru nimium propinqui

TESTIMONIA.

17 sq. Victorin. 2604

VARIA LECTIO.

2 mauri *uA2πp.r.χ(vμcorr.)ω, praef. Burmann. ad Claudian.* I *Rufin.* 226 mauris *ABFλπa.r.τV*[4 *Bland*]*ς sch.λ* nec *Aτ* neque *BFλπu* arc*u ψ* 4 *F*usce *ψ* Tusce *ψ*1 5 sirtis *A* sirtes *Bu* iter *A* estuosas *Fu* estuosa*s A* 6 siue] Sū *B* 7 fabulosa *Lactantius opp. Acr. Porph.* 8 hidaspes *τ* ydaspes *Fπ Ac.* idaspes *u* 9 me *om. ψ*1 sapina *Apr. corr. ab eod.* 10 lalagem *λ* 11 expeditus *uπ2φ2χ(ϑμvuar.)ω sch.λφ comment. Bentl. Peerlk.* expeditis *cett. V*[4 *Bland.*] *Porph.* 12 inermen *A* inhermem *u* *uu.* 13—16 *del. Peerlk.* 13 militares *B* 14 Daunias *ABFτG V*[4 *Bland.*]*ς(αδμσ gpspr.v*1) *Ac. Pph.* Daunia *λ*1*πι*1*uχ(βρ*1*hnscorr.v*2) *Porph.* Dauniae *λ*2*χ(ϑ)* Daunia in *ω* alita esculentis *A*1 esculetis *u* 15 Nec *A* iuba *Fλ*1*πι*1*χ* iube *τ* 17 pigri sub ī ulla *B* 18 aestua *φ*1 aura] umbra *Victorinus* 19 nebule *ψ* 20 Iupiter *ψ Ac.* urgu& *π opp. Ac.* 21 curro *A*1 *Pph.*

solis in terra domibus negata:
dulce ridentem Lalagen amabo,
dulce loquentem.

XXIII

Vitas inuleo me similis, Chloe,
quaerenti pauidam montibus auiis
matrem non sine uano
aurarum et siluae metu.
nam seu mobilibus *uepris inhorruit 5
ad uentum foliis, seu uirides rubum
dimouere lacertae,
et corde et genibus tremit.
atqui non ego te tigris ut aspera
Gaetulusue leo frangere persequor: 10
tandem desine matrem
tempestiua sequi uiro.

TESTIMONIA.

1. 23. 1 praem. 'uicesima secunda ode' Diomed. 522 11—12 'desine—uiro' schol. Stat. Theb. VIIII 825

VARIA LECTIO.

22 interea *A* 23 ridemptem *λ* lalagem *λ* 24 loquemtem *λ*

I 23. AD CLOEN *B* LERKE (*natum ni fallor ex* LOEDORIKE = *λοιδορική*) AD CLOEM MERETRICEM FVGIENTEM SE *Fλ* (*in λ non* inuectio *sed* inueccio *superscr.*) AD CHLOEN QVAM AD MATR̄ (MATRIMONIVM) HORT̄ (HORTATVR) *τ* 1 Vitas *πu*1(*erasa littera* s)*χ*(*nsv*) *expos. metr. comment. Cr.y* Vitat *cett. u*2*Ac. Acr. Porph. Diomed.* hinuleo *Gχ* cloe *Fu* 2 Querenti *τu* auis *τ*1*ψ*1 4 siluc *φ* 5 *sq.* uepris inhorruit ad uentum] ueris inhorruit Aduentus *ΩV* [*omn. Bland.*] *Acr. et sch.y* (Veris inh. a. *Ac.*) 5 uepris *Gogavius Salmasius Bentl. Hauptius alii* uitis *Muretus* 6 *redit y* ad uentum *Muretus Bentl. alii* uiridis *B* 7 lacerte *τ* 9 tygris *Fτ* ~~prospera~~ aspera *B* 10 Gętulusue *ψ* Goetulusue *A* Getulusue *cett.*

XXIIII

Quis desiderio sit pudor aut modus
tam cari capitis? praecipe lugubris
cantus, Melpomene, cui liquidam pater
vocem cum cithara dedit.
ergo Quintilium perpetuus sopor 5
urget? cui Pudor et Iustitiae soror,
incorrupta Fides, nudaque Veritas
quando ullum inueniet parem?
multis ille bonis flebilis occidit,
nulli flebilior, quam tibi, Vergili. 10
tu frustra pius heu non ita creditum
poscis Quintilium deos.
quid si Threicio blandius Orpheo
auditam moderere arboribus fidem,
num uanae redeat sanguis imagini, 15
quam uirga semel horrida
non lenis precibus fata recludere
nigro compulerit Mercurius gregi?

TESTIMONIA.

I 24. 1 praem. 'uicesima tertia ode' Diomed. 522 5 sq. 'ergo-urget' Seru. ad ecl. 5, 20 9 sq. 'Hor. in eodem (= I carm.): multis — Vergili' Prisc. VII 18

VARIA LECTIO.

I 24. AD (*om. B*) VIRGILIVM MARONEM *B Acr.* THRENVS (TRENVS λψ) IN QVINTILIVM MORTVVM *F*λ TRENOS IN QVINTILIVM A VIRGILIO AMATVM λ ALLOQVITVR VIRGILIVM τ *uu.* 1—4 *del. Peerlk. et Prienius* 2 kari χ(*v*) precipe *F* lugubres *u* [*genetiuus* lugubris *in 'V' et cett. Bland.*] 3 melphomene *AB* liquida τ 4 Voces *B* cythara πτφψ2 cytara ψ1 5 quimtilium λ 6 iusticiae *A*τψ 8 Quamdo λ illum *A*1 illi χ(σ) 9 bonis] quidem ω [bonis *omn. Bland.*] 10 uergili *Bpr. F*λπ1χ(*v uar.*) *Prisciani unus cod.* uirgili *cett. Bcorr.* 11 heunita *A*1 13 Quodsi χ(αθισιμ *uar. s corr.*) ω Quid sit γ Quid si *sch.* γ [4 *Bland.*] treicio *F*π 14 moderare *B* moderere sepe φ moderere sepe ψ 15 num] Non χ(*μuar.*) ω *opp. Pph. sch.* γ [4 *Bland.*] uane γ imageni *A* 18 conpulerit γu *Pph.* cōpulerit τ *Ac.*

durum: sed leuius fit patientia
quicquid corrigere est nefas. 20

XXV

Parcius iunctas quatiunt fenestras
iactibus crebris iuuenes proterui
nec tibi somnos adimunt, amatque
ianua limen,
quae prius multum facilis mouebat 5
cardines; audis minus et minus iam:
'me tuo longas pereunte noctes,
Lydia, dormis?'
inuicem moechos anus arrogantis
flebis in solo leuis angiportu, 10
Thracio bacchante magis sub inter-
lunia uento,
cum tibi flagrans amor et libido,
quae solet matres furiare equorum,

TESTIMONIA.

19 sq. Donat. ad Terent. hecyr. IIII 2, 27 'nam leuius fit — corrigere non est fas' Gilberti Foliot abbatis Glocestriae epist. 79 (Gilb. ep. ed. Giles I p. 99) 'nam leuius — nefas' Hildeb. mor. phil. 980
I 25. 14 'apud Hor.: furiare, sic fortunare, sic siderare' Seru. ad Aen. II 407

VARIA LECTIO.

19 durum sed leuius fit patientia *Hitzigius*, *om. colo post* durum, *opp. sch.γ* s& *γ* pacientia *φ*

I 25. AD LIDIAM *B* EXPROBRATIO IN MERETRICEM LYDIAM LIDIAM *λ*) *Fλ* EXPROBRATIO IN MERETRICEM LIDIAM DE SVPERBIA IPSIVS *γ* AD LIDIAM DE SVPERBIA IPSIVS *τ* 1 Partius *Fπτu* uinctas *y* 2 Ictibus *χ*(*ahnscorr.*) *ω opp. Ac.* [*omn. Bland.*] crebis *Aλ* 3 somnes *τ* sonnos *u* amaatque *γψ* 5 faciles *Fπς Porph. opp. Ac. sch.γ* [*codd. Bland.*] 6 Kardines *Aγ* Cardinis *πpr.* Cardines *π corr. cett.* 7 Metu o *τ* longa pereunte nocte *τ* longam per: noctem *Bentl.* 8 Lidia *BFγλu* 9 moecho sanus *A*1 moechos an *φ*1 mechos *u* adrogantis *Aπ*1 arrogantes *Fτu* 10 Flebilis *A*1 11 Thrachio *A* Traicio *γ* Tracio *Bπ* Thratio *u* bachante *ττ* baccante *φ* ł libido bacante *ψ* bacchata *Bentl.* 13 fraglans *π* libido] cupido *u* cupido *B* 14 aequorū *F*

saeuiet circa iecur ulcerosum, 15
non sine questu,
laeta quod pubes hedera uirenti
gaudeat pulla magis atque myrto,
aridas frondes hiemis sodali
dedicet Hebro. 20

XXVI

Musis amicus tristitiam et metus
tradam proteruis in mare Creticum
portare uentis, quis sub Arcto
rex gelidae metuatur orae,
quid Tiridaten terreat, unice 5
securus. o quae fontibus integris
gaudes, apricos necte flores,
necte meo Lamiae coronam,
*Pimplea dulcis. nil sine te mei
prosunt honores: hunc fidibus nouis, 10
hunc Lesbio sacrare plectro
teque tuasque decet sorores.

TESTIMONIA.

17 Victorin. 2605
I 26. 1 praem. 'uicesima quarta ode' Diomed. 522

VARIA LECTIO.

15 Seuiet *BF* uicerosum *B* 16 quęstu *A* 17 Leta *γ* edera *AFγ* hedera *π* uirente *Fπυχ*(δριβ *teste Baitero gv*) uirenti *cett. Ac. Victorini cod. Paris.* 18 mirto *λψ* 19 frondis *χ*(*δ*) *fort. melius* sodalis *B* 20 Dedecet *B* hebro *Ω Acr. et sch.γ Porph. sch.λφ Fea* Euro *Aldus Rutgersius Bentl. Peerlk. Haupt. alii*

I 26. AD MVSAS DE CAELIO (CELIO *B*) LAMIA *Bτ* AD MVSAS DE LAMIA AELIO *Fλ* AD MVSAS DE HELIO LAMIA *γ* 1 tristiciam *Aτ* tristiam *B* 3 quis *om. A*ι qui *F* arço *A*ι acrto *u* 4 gelide *π* horę *u* ore *γ* orae et *Ascensius* 5 *sq. om. B* 5 tiridaden *γ* tiri claten *A*ι tyridaten *φ* tyridatem *λ* 6 o] et *u* 7 Gauges *B* 9 Piplea *Ω Ac. Acr. et sch.γ Porph. sch.λ* Pimplei *Nic. Heinsius Bentl. alii* Pimplea *Peerlk.* nihil *Αγπτψι* nichil *φ* 10 Possunt *y* (*codd. Lambini*) *Ac.* (*opp. Acr. et sch.γ*) *Muretus Bentl.* 11 elesbio *A* sacrarecplectro *A*ι

XXVII

Natis in usum laetitiae scyphis
pugnare Thracum est: tollite barbarum
morem uerecundumque Bacchum
sanguineis prohibete rixis.
uino et lucernis Medus acinaces 5
immane quantum discrepat: impium
lenite clamorem, sodales,
et cubito remanete presso.
uoltis seueri me quoque sumere
partem Falerni? dicat Opuntiae 10
frater Megillae, quo beatus
uolnere, qua pereat sagitta.
cessat uoluntas? non alia bibam
mercede. quae te cumque domat Venus,
non erubescendis adurit 15
ignibus, ingenuoque semper
amore peccas: quicquid habes, age

TESTIMONIA.

I 27. 1 sq. 'natis — est' schol. Stat. Theb. II 85 1 praem. 'uicesima quinta ode' Diomed. 522 8 Porph. ad serm. II 4, 39 14—16 'quemcumque — ignibus' floril. Paris. 8069

VARIA LECTIO.

I 27. AD SODALES *AB* (*in A titulus ad marg. adscriptus est*) AD CONVIVAS SODALES SVOS DE HILARITATE *Fγλ* AD SODALES SVOS *τ* 1 laeticiae *A* leticiae *ψu* letitiae *φ* sciphis *Fu* tracum *Aγ* trachū *ψu* dracū *τ* 3 uerecudumque *F* inuerecundumque *Bentl. opp. Acr. et sch.γ* baccum *τψ* 4 proibete *ψ* *uu.* 5—8 *del. Peerlk.* *u.* 5 *om. F*1 acinaces *Fπ*1*χ Pph.* acinacis *ABγλτuς Ac.* 6 Inmane *γτ Ac.* ĩmane *B* discrepet *B* inpium *λ om. τ* 8 cupito *λpr.τ*1 culpito *γ* remante *B* 9 Vŏltis *B* Vultis *cett.* seuere *B* seueri *F* 11 megyllae *ABγλ* megillae *Fπu Acr. sch.γ* megylle *τ* 12 Vulnere *Ω* Volnere *Ac.* qua *om. u*1 13 uoluntas *AγG ex sil. Pulmanni χ*(*βnp*) *comment. item Acron legisse putandus est* ('*sc. confessionis*' *Acr.* '*h. e. conf.*' *sch.γ* 'uoluptas] *h. e. confessionis bibendi*' *sch.λ*) uoluptas *BFλπτuς*(*αδϑρσghv*) *Ac. Porph. sch.λφbis* (*s*1 *non liquet*) aliam *γ* 14 que *A*1 te *om. Fπχ* 15 erubescentis *τ* 16 ingenioque *Bπ* ingenuamq. *τ* ingenuo *u* genioq. *F* 17 quid habes *γ*1

depone tutis auribus. a miser,
quanta laborabas Charybdi,
digne puer meliore flamma! 20
quae saga, quis te soluere Thessalis
magus uenenis, quis poterit deus?
uix inligatum te triformi
Pegasus expediet Chimaera.

XXVIII

Te maris et terrae numeroque carentis harenae
mensorem cohibent, Archyta,
pulueris exigui prope latum parua Matinum
munera, nec quicquam tibi prodest
aerias temptasse domos animoque rotundum 5
percurrisse polum, morituro.

TESTIMONIA.

I 28. 1 sq. praem. 'in primo carminum' Victorin. de metr. Hor. 2619 1 praem. 'uicesima sexta ode' Diomed. 522 2 Victorinus 2519

VARIA LECTIO.

18 a. *ABγλπτ Ac.* ha^{h}· *φ* ḥah. *ψ* ha. *uχ*[3 *Bland.*] ah *sch.λφ* [1 *Bland. non sine litura*] 19 laboras *τy*[2 *Bland. ut uid.*] *Porph. i. t.* laborabas *cett. G'V'* [*et alius Bland.*] *Ac. Pph.* laboras in *y Aldus Bentl.* laborabis *Paldamus* laboras ab *G. Wolffius philol.* XVIII 728 charibdi *ABλτ* charrybdi *γ* carybdi *Fπ* caribdi *u* 21 quic te *τ* thesalis *A* thessal*is* *τ* 22 Magis *B*1 23 illigatum *Bu* tetri formi *ABγλψ* 24 chimera *BFγπτu Acr.* Chimaerae *Aldus*

I 28. AD ARCHYTA TARENTINVM *B* AD ARCHITEN (ARCHITEM *λ*) GEOMETREN (GEOMETREM *λ*) DE NAVFRAGIO EXPVLSVM *Fλ* AD ARCHITĀ PHILOSOPHVM GENERE TARENTINVM ARTE GEOMETRĒ EXPVLSVM NAVFRAGIO *γ* AD ARCHITEN GENERE TARENTINVM ART GEOMETREN *τ* *inscr. om. A* *Hoc carmen Horatio abiud. Maehlyus* (*mus. Rhen.* X 127) 1 arenae *Fπ* a. *Ac.bis* 2 Messorem *τ*1 cohibent *ψ* archita *BγτuAcr.* architha *F* arcytha *π* 3 latum *A*1*Bγτ G Ac. schol.γ* (*interpr.* '*amplum*' *cons. ut mihi uid. sch.λφ*) litus *Fλ uA*2*ς* l////t' *π cf. Mannertus* (*geogr. Graec. et Roman.* VIIII 2, 70) 4 ne quicquam tibi pr: *Aψ* nequi quam tibi pr: *Ac.* nec tibi quicquam pr: *Bλχ* 5 Aereas *B* Aerias *π* aetherias *Meinekius* 6 Percusisse *γ*

occidit et Pelopis genitor, conuiua deorum,
Tithonusque remotus in auras,
et Iouis arcanis Minos admissus, habentque
Tartara Panthoiden iterum Orco 10
demissum, quamuis clipeo Troiana refixo
tempora testatus nihil ultra
neruos atque cutem morti concesserat atrae,
iudice te non sordidus auctor
naturae uerique. sed omnis una manet nox 15
et calcanda semel uia leti.
dant alios Furiae toruo spectacula Marti,
exitio est auidum mare nautis;
mixta senum ac iuuenum densentur funera, nullum
saeua caput Proserpina fugit. 20
me quoque deuexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.
at tu, nauta, uagae ne parce malignus harenae

TESTIMONIA.

15 sq. 'omnes — loeti' florileg. Paris. 8069 15 'et omnes una manet mors' floril. Paris. 8818ᵃ 'omnibus manet una mors' Vincentius Bellouacensis VII 70

VARIA LECTIO.

8 Thitonus *τu* 9 archanis *AFu* admisus *B* habenque *A*ı 10 panthoidem *λ* panthoidē *u Ac.* pantoiden *πτ* *orco A* (*A*ı *euanuit*) orcho *F* 11 quamuis] qui *u*ı clypeo *λτ* 12 nil *Bu opp. Porph.* 14 iudice me *nescio quis opp. Acr. et sch.γ* sordibus *A*ı*F*ı 15 omnis *π* omnes *cett.* *nox A* (*A*ı *euanuit*) mors *τGλuar.χ* (*αμρquar.*) *Vincentius floril. Paris.* 8818ᵃ (*opp. floril. alt.*) ('*h. e.* [*i. e. sch.γφ*] *mors*' *Acr. et sch.γλφ*) 16 loeti *ABγλπτ* laeti *ψ* lēti *φ* leti *Acr.* loeti est *χ*(*μ*)*y* 18 auidis *ω* pauidis *y opp. Acr. et sch.γ sch. λφ*[4 *Bland.*] *cf.* III 29, 61: '*auaro — mari*' *et Boeth. consol. philos.* II 8 *u.* 9: '. . . *auidum mare*' *u.* 19 *om. A*ı, *add. manus antiqua ante u.* 18 ac] et *Fπχ*(*μσv*) *opp. Ac.* densantur *A* [densentur 4 *Bland.*] *nullum A* (*A*ı *euanuit*) 20 Seua *AFγu* capud *u* 21 me] te *N. Heinsius* rabidus *y opp. Ac.* 22 Illirycis *A* Illiricis *γψu* Yllyricis *λπ* nothus *FγuAπcorr.* obruat *Weilius* 23 tu] ta *B* uage *AF* harene *π*

ossibus et capiti inhumato
particulam dare: sic, quodcumque minabitur Eurus 25
fluctibus Hesperiis, Venusinae
plectantur siluae te sospite, multaque merces
unde potest tibi defluat aequo
ab Ioue Neptunoque sacri custode Tarenti.
neclegis immeritis nocituram 30
postmodo tę natis fraudem committere? forset
debita iura uicesque superbae
te maneant ipsum: precibus non linquar inultis,
teque piacula nulla resoluent.
quamquam festinas, non est mora longa; licebit 35
iniecto ter puluere curras.

TESTIMONIA.

26 sq. 'Venusinae plectantur siluae' sch. γ epist. I 2, 14 29 sq. 'damna reipublicae . . . ex maiorum uitiis descendisse confirmat Horatius: negligis immeritis nocituram postmodo natis te fraudem committere' Seru. ad georg. I 502 35 sq. 'non — curras' Seru. ad Aen. VI 176

VARIA LECTIO.

24 inumato λ nec humato *nescio quis* intumulato *Peerlk. et Axtius. sed cf. mus. Rhen.* 1863, 274 25 si// τ sit λ ('*etiamsi, al* sic *ut sit* [*sic sch.γ*] *aduerbium adiuratiuum*...' *sch.γ*) minabit reur3 *B* (reur̄3 *fort. B*1) 27 Plectentur *B* Flectantur ψ (*sed* F *minio picta*; μ) ('*flectat' Acr.i.t. et sch.γi.t. alt. l. opp. sch.γ alt. l.*) 30 Necglegis λ Negligis *uγcorr.πcorr.* Neglegis γιπιcett. ['Negligis cōmittere?' *codd. Bland.*] īmeritis *B* immeritis γ nociturnā τ 31 Postmodo *A*, ⊼ *ab alt. m.* Postmo ψι conmittere *uχ Ac.* cōmittere φ comitere ψ Forset *Fγλιπτ G V*[*omn.Bland*]ς(αβδμρσghιnps)*Priscianus Pph.* forsan *A* (*A*1 *euanuit*) forsit *Pulmannus* forsan *Byuar.*χ(ϑv) forset *u cf. Seru. ad Aen.* XI 50 *Handi Tursellinus* II *p.* 711 'forset] *pro* (Fors *pro sch.*φ) *forsan* (*forsam sch.*λ) *uel pro forsitan* (*forsita*^{m} *sch.*λ)' *sch.*λφ *cons. sch.*π 32 superbę *A*ι (*sed uirgula propemodum euanuit*) superbe *Ac.* superbo *Passeratius* supremae *Burgessius* 33 inultis] multis *B* 36 Iniectū τ curas *Bγ*ψι

XXVIIII

Icci, beatis nunc Arabum inuides
gazis et acrem militiam paras
non ante deuictis Sabaeae
regibus horribilique Medo
nectis catenas. quae tibi uirginum 5
sponso necato barbara seruiet?
puer quis ex aula capillis
ad cyathum statuetur unctis,
doctus sagittas tendere Sericas
arcu paterno? quis neget arduis 10
pronos relabi posse riuos
montibus et Tiberim reuerti,
cum tu coemptos undique nobilis
libros Panaeti Socraticam et domum
mutare loricis Hiberis, 15
pollicitus meliora, tendis?

XXX

O Venus regina Gnidi Paphique,

TESTIMONIA.

I 29. 1 sq. 'Icci — gazis' Acron ad epist. I 12, 1 1 'uicesima septima ode: Icci — uides' Diomed. 522 7 sq. Charis. 104

I 30. 1 Acr. ad c. II 5, 20 praem. 'uicesima octaua ode' Dio-

VARIA LECTIO.

I 29. AD ICCIVM *ABτ* AD ICCIVM LOQVITVR *Fλς* HICCIVM ALLOQVITVR A PHILOSOPHIA AD MILITIAM CONVERSVM *γ* 1 Hicci *γ* inuidus *τ* uides *exp. metr. Diomedes* 2 Gaztis *F* miliciam *A* 3 sabeae *BFγπ(sed in ras.)u* 4 horribilis *Bentl.* modo *γ* 5 que *τ uu.* 7—16 *om. B* 8 cyatum *γλτπp.r.* chyatū *πa.r.* ciatum *φu* sciatum *ψ* stit *tuetur φι* 10 negat *Pph. opp. Acr. et sch.γ* 11 posse riuos] post seruos *φι* 12 tyberim *πτ* 13 coemptus *τι* nobilis *Aγτχ(si)sch.γ* nobiles *Fλπuς Ac.* 14 paneti *uς* 15 locis *γι* hiberis *γι*

I 30. AD VENEREM *ABτ* EVTICE AD VENEREM (VEREM *λ*) PRO GLICERA *Fλ* EVTICE AD VENEREM PRO GLICERA MERETRICE *γ* *Hoc carmen abiudicat Horatio Peerlk.* 1 cnidi *BFπχ(δh) Porph. Diomed.*

sperne dilectam Cypron et uocantis
ture te multo Glycerae decoram
transfer in aedem.
feruidus tecum puer et solutis 5
Gratiae zonis properentque Nymphae
et parum comis sine te Iuuentas
Mercuriusque.

— — ———

XXXI

Quid dedicatum poscit Apollinem,
uates? quid orat de patera nouum
fundens liquorem? non opimae
Sardiniae segetes feraces,
non aestuosae grata Calabriae 5
armenta, non aurum aut ebur Indicum,
non rura quae Liris quieta
mordet aqua taciturnus amnis.
premant Calena falce quibus dedit

TESTIMONIA.

med. 522 sq. 2 'Hor. in primo carminum· sperne — Cypron' Prob. 1398 sq.

I 31. 1 praem. 'uicesima nona ode' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

opp. Acr. et sch. γ *expos. metr. Diomedis cod. A* phaphi///que ψ paphiq. τ 2 Spernere γ cyprum *u* cyprŏm *B* 3 Thure *u* multu γ1 glicerae *B*γτψ*u* glycere λ1 glicere π 4 Transfert *B* edem *u* 5 Feuidus ψ et lutis λ1 6 nodis π1χ(*suar.*) (zonis π2) numphae *A*1 nimphae γλψ*u* 7 *comis u* te *iu*uentas τ Mercuriusquae *A*

I 31. AD APOLLINEM (APPOLLINEM *A*) *AB*τ EVTICE AD APOLLINEM IPSI SACRIFICANS (SACRICANS φ) VITAE (VITE λ) PRAESENTIS (PRESENTIS λφ) STATVM *F*λ EVTICE AD APOLLINEM γ 2 noum *A*1 nouum *A*2 *cett.* 3 *sq.* opimas—feracis *Cruquiana* 5 estuosae γ*u* aestiuosae *B* prata Calabriae aut *Scheibeus et Vrlichsius* laeta Calabriae *Paldamus* lata C: *Meinekius totam stropham del. Schwenckius* (*mus. Rhen.* XV 240) *sed cf. Silius Ital.* IIII 350. 224 6 ebor τ 7 lyris *F*τ lir///is γ 8 annis *u* *uu.* 9—12 *quos iam Seneca imitatus est Hippol.* 518 *sq.* '*Sollicito bibant auro superbi e. q. s.*' *Horatio abiudic. Peerlk. Linkerus alii* 9 Praemant *F*τ Calenam *Bentl.*

Fortuna uitem, diues et aureis 10
mercator exsiccet culullis
uina Syra reparata merce,
dis carus ipsis, quippe ter et quater
anno reuisens aequor Atlanticum
impune: me pascunt oliuae, 15
me cichorea leuesque maluae.
frui paratis et ualido mihi,
Latoe, dones, at precor integra
cum mente, nec turpem senectam
degere nec cithara carentem. 20

XXXII

Poscimur. si quid uacui sub umbra

TESTIMONIA.

10—12 'diues et — merce' Acron ad art. poet. 434

I 32. 1 sq. 'poscimur — tecum' Seru. ad ecl. 1, 10 1 'tricesima ode: poscimus — umbra' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

10 et *Aγπ(superscr.* ut *π)ς(αβδμgnpsv)sch.γ* ut *BFλuιχ(ϑρσh) Pph. Bentl.* 11 Mecator *τ* exsicc& *ψ* culillis *Aγτ Acr. sch.γχ (αρghpsι)* (culili *sch.λ*) cui illis *B* cululis *Fπu Pph. χ(βv)* (culule *sch.φ*) culullis *λχ(δϑμσnscorr.)sch.δ* (culile *Porph.i.t.*) 12 sira *γ* *uu.* 13—16 *del. Peerlk. Prienius Linkerus* 13 Diis *AFγλτ* q̇ p·τ̄· *B* 14 equor *γu* athlanticum *AFγλτ Ac. sch.γ* athanticum *u athlan*ticum *π* atlantidum *y* [1 *Bland.*] 15 Inpune *F* pascant *y* (*cod. regiae societatis*) *Faber Bentl.* *u.* 16 *om. πpr.* 16 Leticoreae *ψι* cichorea *Ayu* cicorea *Bψcorr.* cycorea *λ* cichoreae *πAιχ Pph.* cicorae/// *φ* (cicoraeae *φι*) cichorae *τ* 17 michi *F* 18 Latoe *γ* Laetoe *Fχ* Letoe *y* at *ΩG* (*ex sil. Pulm.*) *comment. sch.γς* ad *λpr.* ac *χ(βcorr.)y Bentl.* ['ac precor integra. *sic legendum est, ut habent cod. . . . quidam scripti habent* atque' *Cr.*] *sed cf. Theogn.* 789 *sqq. et mus. Rhen.* 1863, 275 et *ω* atque *y* praecor *φ* 20 cythara *Fλπτς*

I 32. AD TESTVDINEM *A* AD LIRAM *B* PROSPHONETICE AD LYRAM *Fλ* PROSPHONETICE (*om. τ*) AD LIRAM DE CARMINIBVS SVIS *γτ* 1 Poscimur *FλπuAcorr.ead.m.V ut uid.*[3 *Bland.*]*χ(βιδριgh aut pr. aut corr.vs) expos. metr. Acr. et sch.γ Pph. sch.λφ Seruii Paris.* 7959 *Regin.* 1495 Poscimus *Apr.Byτχ*[1 *Bland.*] *Diomedes Bentl.* umbra] antro *y Bentl. opp. Ac. Pph. sch.λ*

lusimus tecum, quod et hunc in annum
uiuat et pluris, age dic Latinum,
barbite, carmen,
Lesbio primum modulate ciui, 5
qui, ferox bello, tamen inter arma,
siue iactatam religarat udo
litore nauim,
Liberum et Musas Veneremque et illi
semper haerentem puerum canebat, 10
et Lycum nigris oculis nigroque
crine decorum.
o decus Phoebi et dapibus supremi
grata testudo Iouis, o laborum
dulce lenimen, mihi cumque salue 15
rite uocanti.

XXXIII

Albi, ne doleas plus nimio memor
immitis Glycerae, neu miserabilis

TESTIMONIA.

I 33. 1 praem. 'tricesima prima ode' Diomed. 523 2—4 'idem in eodem (i. e. Hor. in I carm.): neu — fide' Prisc. XVII 49 cf. XVIII 130 2 sq. 'Hor. . . . ad Albium Tibullum elegiarum auctorem scribens ab ea, quam diximus miseratione elegos miserabiles dicit hoc modo: neu — elegos' Diomed. 485

VARIA LECTIO.

2 in] per χ(ϑ) *opp. Pph.* 3 pluris *Pph.* plures Ω age *om.* A_1, *add. alt. m.* 7 religaret ψ*pr.* 8 nauim *Bτλcorr.*(*an λpr.?*)χ(ϑ*ιhnps*) nauem *cett.* 9 Librum $ψ_1$ 10 herentem *Fγπτu* 11 licum *Apr. BFu* occulis ψ 12 phebi *Aπτu* suppremi γ 15 lenimem *u* mihi (michi φ) cumque Ω *Acr. et sch.γ Porph. sch.λφ* mihi cuique *Bentl.* medicumque *Lachmannus* mihi tuque *Peerlk. sed Horatius ueterum poetarum usum uidetur secutus esse cf. Lucret.* II 114. V 312

I 33. AD TIBVLLVM *A* PARANETICE TETRACOLOS (*om.* γ) AD ALBIVM TIBVLLVM (BVLLVM *Fλ*) CONSOLATVR DOLENTEM QVOD NEGLEGATVR (NEGLIGATVR λ) A SCORTO *Fγλ* AD ALBINVM τ *carmen om. B* 1 Albine doleas *Fγλ₁u* 2 Inmitis γτ glycere γτ glicerae τψ*u* glicere A_1 miserabilis π *Pph.* miserabiles Ω *Ac.*

decantes elegos, cur tibi iunior
laesa praeniteat fide.
insignem tenui fronte Lycorida 5
Cyri torret amor, Cyrus in asperam
declinat Pholoen: sed prius Apulis
iungentur capreae lupis,
quam turpi Pholoe peccet adultero.
sic uisum Veneri, cui placet imparis 10
formas atque animos sub iuga aenea
saeuo mittere cum ioco.
ipsum me melior cum peteret Venus,
grata detinuit compede Myrtale
libertina, fretis acrior Hadriae 15
curuantis Calabros sinus.

XXXIIII

Parcus deorum cultor et infrequens

TESTIMONIA.

10 'quotiescumque ratio non apparet, sic uisum interponitur, ut Hor.: sic — Veneri, cum amorem ostenderet non esse pulchritudinis' Seru. ad Aen. III 2 'sic — Veneri' mythographus III tract. 11, 25 ap. Mai. auct. class. III 266 14 'grata continuit compede Horatius dicit' Placidi glossae ap. Mai. auct. class. III 439

I 34. 1 praem. 'tricesima secunda ode' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

4 Lesa *Au* pretineat A_1 preniteat γA_2 p̄miteat τ 5 licorida *Au* 6 Cyri te torret $F\pi_1$ Ciri *u* cirus *Au* 7 Declinet τ pholoem λ_1 philoen γ 8 caprehae *A* *uu.* 9. 10 *om.* λ peccet — cui *om.* $\pi pr.$ 10 inparis γ impares $Fu\pi_2$ 11 [aenea *omn. Bland*] 12 Seuo $A\lambda u$ Ioco *Fea* 13 petere π_1 14 continuit ω (*Lips.* 1498) *Placidus* cōpede $A\tau$ conpede *sch.*γ *opp. Porph.* mirtale $F\tau u$ myr*thile A* 15 adriae $Fu\pi p.r.$

I 34. AD SE PHILOSOPHANTEM DEOS INTELLIGIT PRAESENTES (PRESENTES λ) QVOS PHILOSOPHANDO NEGAVIT $F\lambda$ AD SE PHILOSOPHANTĒ ET DICIT QVOS PHILOSOPHANDO DEOS NEGAVIT PRESENTES INTELLEGI γ AD FORTVNAM ET SE IPSVM τ *inscr. om. A oden B*

insanientis dum sapientiae
consultus erro, nunc retrorsum
uela dare atque iterare cursus
cogor relictos: namque Diespiter, 5
igni corusco nubila diuidens
plerumque, per purum tonantis
egit equos uolucremque currum,
quo bruta tellus et uaga flumina,
quo Styx et inuisi horrida Taenari 10
sedes Atlanteusque finis
concutitur. ualet ima summis
mutare et insignem attenuat deus,
obscura promens; hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto 15
sustulit, hic posuisse gaudet.

XXXV

O diua, gratum quae regis Antium,
praesens uel imo tollere de gradu

TESTIMONIA.

3—5 '... primo carminum: nunc — relictos' Eutych. 2182 5. 7 sq. 'Hor.: namque Diespiter plerumque — equos' Seru. ad Aen. VIIII 572 9 'Hor.: et bruta tellus' Seru. ad Aen. X 102 14. 16 'sicut supra dictum est: hinc a: r: (rapace γ) sust:, hic p: g:' sch. λφ ad c. II 1, 3

VARIA LECTIO.

2 sapienciae λ 3 retrorsus γ *opp. Ac.* 4 iterarare *puncta pos. alt. m. A* 5 relictos Ω *Pph. Peerlk.* (*quem uide*) relectos *Nic. Heinsius Bentl. Hauptius* 6 corrusco *A*, *punctum alt. m. appos.* chorusco πu 7 tonantes *Fγu* 8 aequos φ 10 stix γτφu st//ix ψ tenari *Fγπ Porph.* trenari u 11 atlanteusq. π ahtlanteusq. τ athlante usque *F* athlanteusque *cett. Ac.* 12 una τ sumis ψ 13 insigne *Bentl.* 14 ρmens u 15 stridore φ accuto ψ1 acuto π 16 Sustolit *A*1 hinc *A*1χ(αρ) *Pph.*

I 35. AD FORTVNAM *ABτ* PROSEVTICE FORTVNAM INVOCAT QVAE (QVE λψ) COLITVR ANTII (ANCII γ) *Fγλ omisit hanc oden Diomedes aut coniunxit cum antecedenti, opp. expos. metr.*

mortale corpus uel superbos
uertere funeribus triumphos:
te pauper ambit sollicita prece 5
ruris colonus, te dominam aequoris
quicumque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.
te Dacus asper, te profugi Scythae,
urbesque gentesque et Latium ferox, 10
regumque matres barbarorum et
purpurei metuunt tyranni,
iniurioso ne pede proruas
stantem columnam, neu populus frequens
ad arma cessantis, ad arma 15
concitet imperiumque frangat.
te semper anteit saeua Necessitas,
clauos trabalis et cuneos manu
gestans aena, nec seuerus

TESTIMONIA.

I 35. 9 'et Dacus asper' sch. λφ c. II 20, 18 12 cf. 'ut est hoc: purpureus tyrannus' Seru. centimetr. p. 1822 13 sq. 'iniurioso — columnam' Donat. ad Terent. Phorm. II 1, 57

VARIA LECTIO.

2 Presens *Aλτu* 3 corpus] sursus *Lachmannus* *uu.* 5—28 *del. Gruppeus* 6 ruris, colonus *distinxerunt Marklandus et F. A. Wolfius* colonis *B* colunus *γ* dominum *A*1 7 bithina *Aφuψ*2 bithinia *ψ*1 bythyna *λ* 8 Carpatium *Bπ* Carpathyū *τ* 9 scithae *ABu* scitae *Fγ* schite *π* 10 Vrbesq: *φ* laceum *A*1 11 Reguntque *A*1 matres, barbarorum et p: m: t: *editores aliquot* 12 mutuunt *A*1 (*an* muniunt?) tiranni *u* 13 ne pede tuo proruas *u* 14 colunnā *u* fremens *Bentl.* 15 arma] aruas *A*1 cessantis *B* cessantes *cett.* cursantes *Bentl.* *uu.* 17—28 *del. Linkerus* *uu.* 17—20 *del. Peerlk.* 17 saeua *FGχ*(*δh, ex Bentleianis omnes melioris notae libri*) *sch.λφ interpr.* '*dura*' *nec diss. ut puto Acr.I* seua *λπuA*2ς(*αβϑμρσιnpsv*) serua *A*1*B γι V* [4 *Bland.*]*χ*(*g*) *Acr. et sch.γ Porph. et haec quidem uaria lectio ex interpretis cuiusdam adnotatione: 'praecedit quasi sit Necessitas comes et ministra Fortunae'* (*Acr.*) *orta esse apparet.* 18 traualis *B* trabilis *pro* trabalis *Pph.* trauales *π*1 trabales *cett.* 19 aena *ABλπτφ*1*ψcorr. Vχ comment.* aenā *γχ*(*μ*) aenea *ψpr.uφ*2*χ*(*αδhnsv* en: *ϑ*) *Ac.* ['aena. *sic*

uncus abest liquidumque plumbum. 20
te Spes et albo rara Fides colit
uelata panno, nec comitem abnegat,
utcumque mutata potentis
ueste domos inimica linquis.
at uolgus infidum et meretrix retro 25
periura cedit, diffugiunt cadis
cum faece siccatis amici,
ferre iugum pariter dolosi.
serues iturum Caesarem in ultimos
orbis Britannos et iuuenum recens 30
examen Eois timendum
partibus Oceanoque rubro.
eheu cicatricum et sceleris pudet
fratrumque. quid nos dura refugimus
aetas, quid intactum nefasti 35
liquimus? unde manum iuuentus
metu deorum continuit, quibus

TESTIMONIA.

21 sq. 'canam . . . fidem dixit . . . quod ei albo panno inuoluta manu sacrificabatur . . . unde Hor.: et — panno' Seru. ad Aen. I 292 cons. Cynthius Cretensis in eundem Vergili locum ap. Mai. auct. class. VII 344

VARIA LECTIO.

Bland.' Cr.] nec τ seuerus *F* 20 liquidum '*V*' 21 alborata *A*1 albora *ψpr.* colitur *Seruius et Cynthius* 22 nec] ne *A*1τ1 abnegas *nescio quis uu.* 23. 24 *inuerso ordine exhibentur in u* 23 potentis *Bπ Pph.* potentes *cett.* 24 linquis] uertis *Bentl.* 25 Ad *A*1*φpr.* tum *Bentl.* uulgus *Bλu* meritrix *B* 26 Per iura *Aτ* cedit *γ* diffugiunt] fugiunt *Fπ* 27 fece *Flπτu Acr.* siccitas *A*1 29 *huc transponebat G. Wolffius (philol.* XVIII 728) *stropham quartam, uu.* 29—32 *uero ultimos huius carminis esse suspicatur* ultimi *Cuninghamus* 30 orbis] oro *Bentl. opp. Pph.* brittannos *γπ* regens *B* 32 oceanoque *ψ* 33 Heu heu *Bπχ(ϑn)y(Pulmanni E)Ac.* Heu *AγGV*[*omn. Bland.*]*χ(αρσ)Pph.* Heheu *λψy* Eheu *τφuχ* 34 dure fugimus *A*1 (*alt. m.* e *in* a *mutauit*) durare fugimus *B* refugimus, *om.* dura τ 35 intantum, *sed* n *non satis liquet A*1 36 Linquimus *Buχ(ϑσpncorr.) opp. Acr. et sch. γ Pph.* manus *yω* [manum *omn. Bland.*]

pepercit aris? o utinam noua
incude diffingas retunsum in
Massagetas Arabasque ferrum. 40

XXXVI

Et ture et fidibus iuuat
placare et uituli sanguine debito
custodes Numidae deos,
qui nunc Hesperia sospes ab ultima
caris multa sodalibus, 5
nulli plura tamen diuidit oscula
quam dulci Lamiae, memor
actae non alio rege puertiae
mutataeque simul togae.
Cressa ne careat pulchra dies nota, 10
neu promptae modus amphorae,
neu morem in Salium sit requies pedum,
neu multi Damalis meri

TESTIMONIA.

I 36. 1 praem. 'tricesima tertia ode' Diomed. 523 4 Seru. ad Aen. I 530 8 Charis. 266 10 schol. Pers. 2, 1

VARIA LECTIO.

39 diffingas *AγφGu2ς*[3 *Bland.*] *Acr. et sch.γ* diffingas *τ* diffigas *u1* diffindas *πχ* deffingas *λpr.* defingas *Bψλp.r.χ(p1)y Bentl. Fea* retunsum *Pph. Porph. de qua forma cf. Vergil. georg.* II 301 retusum *Ω* [2 *Bland.*] *Ac.* recusum *y*[1 *Bland.*] *Aldus* recoctum *Bentl.* refusum *Seyffertus*

I 36. AD NVMIDĀ *B* EVCARISTICE AD NVMIDAM AMICVM LAMIAE (LAMIE *λ*) REDEVNTEM *Fλ* EVCHARISTICE LAMIAE NVMIDAE AMICO LOQVITĪ REDEVNTI *γ* AD LAMIAM *τ* *inscr. om. A* 1 turae *φ, ψ1 non liquet* iuuat (inuat *A1*) placare | Et uituli *Aτ* 5 Karis *χ(μρν)* 6 plura] pulcra *u* 8 Acte *τ* pueritiae *τπ2V*[*omn.Bland.*] 9 Mutate *γ* 10 Thressa *Iacobus a cruce et Erasmus* pulcra *Bψu* pulcrha *γ* 11 Nec *Fπuχ(δμρσghnsv) Pph.* (ne *Porph.*) prompte *γλφ* promte *ψχ* 12 Nec *A* Nec *Fπuχ* saltū *B* 13 Nec *Apr. Fπuχ opp. Pph.* demalis *λpr.*

Bassum Threicia uincat amystide,
neu desint epulis rosae 15
neu uiuax apium neu breue lilium.
omnes in Damalin putres
deponent oculos, nec Damalis nouo
diuelletur adultero,
lasciuis hederis ambitiosior. 20

XXXVII

Nunc est bibendum, nunc pede libero
pulsanda tellus, nunc Saliaribus
ornare puluinar deorum
tempus erat dapibus, sodales.
antehac nefas depromere Caecubum 5
cellis auitis, dum Capitolio
regina dementis ruinas
funus et imperio parabat
contaminato cum grege turpium

TESTIMONIA.

14 'haec amystis huius amystidis, nomen lectum in Horatio' Prob. cath. 1474 P. itemque Claudius Sacerdos II 52 16 'et — lilium' Acr. ad c. II 4, 29. 14, 24

I 37. 1 praem. 'tricesima quarta ode' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

14 trheitia *u* amystede *B* amistide *γu* amistidae *λψ* 15 Nec̄ *A* dēs ī tepulis *B* desinit *τ* æpulis *τ* *uu.* 17—20 *del. Gruppeus* 17 demalim A_1 damalim *γλu*A_2*ς* damalī *Bτ* 18 Deponent *τ* Deponunt *χ(h)* Deponent *cett. sch. λφ* nec malis A_1 neu *Pph. opp. Ac. Porph.* nouo *π* 19 Diuellitur *π* 20 ederis *π* ambiciosior *Aγλς*

I 37. AD SODALES *B* PROSPHONETICE AD SODALES AVGVSTI CAESARIS (CESARIS *γλ*) VICTORIAM ALEXANDRINAM DESCRIBIT *Fγλ* IN VICTORIA AVGVSTI *τ* *inscr. om. A* 2 nunc] nun *A* 4 erit *γω* ('erat] *pro est' Acr. et sch.γ*) dapidus *τpr.* 5 Antehac *Fλu.r.πa.r.χ(ριp) Pph.* deprome *u₁* deponere *B* cecubum *u* 7 dementis *Bπ* dementes *rell.* ruinas *A*

morbo uirorum, quidlibet impotens 10
sperare fortunaque dulci
ebria. sed minuit furorem
uix una sospes nauis ab ignibus,
mentemque lymphatam Mareotico
redegit in ueros timores 15
Caesar, ab Italia uolantem
remis adurgens, accipiter uelut
mollis columbas, aut leporem citus
uenator in campis niualis
Haemoniae, daret ut catenis 20
fatale monstrum. quae generosius
perire quaerens nec muliebriter
expauit ensem nec latentis
* classe cita reparauit oras;
ausa et iacentem uisere regiam 25
uoltu sereno, fortis et asperas
tractare serpentes, ut atrum
corpore combiberet uenenum,
deliberata morte ferocior:

TESTIMONIA.

22 sq. 'Hor. in I carm.: nec muliebriter — enses' Prisc. XVIII 128

VARIA LECTIO.

10 morbo uirorum] Semiuirorum *y*(*cod. Peerlkampi*) opprobriorum *Bentl. alii alia opp. sch.γ* inpotens *πψA2 Acr. om. A1* 12 minuet *Ac. opp. sch.γ* furem *ψ1* 13 nauis *om. π1* 14 lymfatam *B* limphatam *ψu* linphatam *γ* 15 in] ad *Bentl.* seros *Bouhierus* 17 Remissa turgens *B* adurguens *γπχ*(*μρ*) uelud *γ* 18 Molles *Fγλu* 20 Hemoniae *γτu* 21 mostrum *γ* que *u* 22 querens *Aγ λψu* . 23 latentes *ψu* 24 reparauit *Ω Porph. sch.λφ sch. γ ut uid.* (*interpr.* '*non collegit denuo exercitum ex intimis partibus sibi fauentibus*') r. *Ac.* repetiuit *Feae* '*Vr. A. a2. m.*' *alii alia coniecerunt:* repedauit, perarauit, trepidauit, penetrauit, remeauit, reserauit, properauit, peragrauit, citare parauit, ire parauit, agitare parauit, rapere iuit, sollicitare parauit, clade iterare p: horas *u* h. *Ac.* 25 iacemtem *λ* tacentem *y Bentl.* 26 Voltu *Fγπ* Vŏltu *A* Vult *B* Vultu *rell.* fortes *B* 27 artum *A1* 28 Pectore *y* conbiberet *λτuχ* cŏmbiberet (v *erasa*) *A* cūbiberet *B*

saeuis Liburnis scilicet inuidens 30
priuata deduci superbo
non humilis mulier triumpho.

XXXVIII

Persicos odi, puer, apparatus;
displicent nexae philyra coronae:
mitte sectari, rosa quo locorum
sera moretur.
simplici myrto nihil adlabores 5
sedulus, curo: neque te ministrum
dedecet myrtus neque me sub arta
uite bibentem.

TESTIMONIA.

I 38. 1 'tricesima quinta ode: Persicos — apparatus. Expl. lib. primus incipit liber secundus' Diomed. 523 'Persico socii' schol. Iuuen. 3, 221 3 'ut . . . e carminibus Flacci exempla proferamus, sit nobis ille uersus, qui est primus apud eundem in ultima ode: mitte — locorum' Victorin. 2604

VARIA LECTIO.

30 Seuis *Aγτu* lyburnis *F* libyrni *Porph. i. t.* 31 superbo/// *A*

I 38. AD PVERVM MINISTRVM *Bτ* PROSPHONETICE AD PVERVM (PVERVM SVVM *γ*) PRO SIMPLICI APPARATV CONVIVII (CONVII *γψι*) *Fγλ* *inscr. om. A* 1 Per siccos *u* 2 phylira *ψ* phylyra *π* phyllira *τφ* phillira *u* 3 locorum *A* (*A*ι loquorum? *ut exhibet ϱ*) 4 Saera *Fτ* 5 mirto *Aπφu* nichil *u* 6 curo *u* cura *Bentl. et u*ι? curae *y*(*cod. Bodleianus*) curo *etiam Porph.* adlabores. sedulum curae neque *Peerlk.* 7 *De*Decet *A* Dec& *π* mirtus *γψu* neque te *τ* arcta *u* [arta *sine* c *codd. Bland. ubique*] 8 libentem *A*ι

EXPLICIT LIB. CARMINV PRIMVS. INCIPIT. LIBER. SECVNDVS *A* CARMINVM LIBER ·I· EXPLICIT (EXPLICITVS *φ*) INCIPIT LIBER II· FELICITER *Fλ* Q. HORATII FLACCI CARMINV LIBER PMVS EXPLIC. || INCIPIT LIB SECDS *γ* HORATII FLACCI CARMINV LIB I· FINIT || INCIPIT LIBER II· *τ* (FINIVNT SAPHICA DE LIBRO PRIMO CARMINVM. INCIPIVNT DE LIBRO SECVNDO SAPHICA *B* *sed idem fol.* 176[b] CARMINV LIB· I· EXPT || INCIP LIB·II· *B*)

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM

LIBER SECVNDVS

I

Motum ex Metello consule ciuicum,
bellique causas et uitia et modos,
ludumque Fortunae grauisque
principum amicitias et arma
nondum expiatis uncta cruoribus, 5
periculosae plenum opus aleae,
tractas et incedis per ignes

TESTIMONIA.

II 1. 1 Seru. ad Aen. VI 772 praem. 'prima ode' Diomed. 523 3 sq. 'grauesque — amicitias' Acr. ad c. II 19, 8 3 Plot. 9, 7 6—10 'blanditur iam Pollioni patrono quem tragoediarum et historiarum scriptorem Hor. fuisse testatur. nam in secundo carminum dicit de historiis: periculosum — doloso. item paulo post: paulum — theatris' Seru. ad ecl. 3, 84 7 sq. 'incedis — doloso' Seru. ad Aen. VIII 409

VARIA LECTIO.

II 1. AD ASINIVM POLLIONEM *B* LOQVITVR ASINIO POLLIONI (POLLONI λ POLLINI ψι) VIRO CONSVLARI QVI INTERMISSIS TRAGOEDIIS BELLI CIVILIS HISTORIÃ DESCRIBIT *F*λ AD ASINIV̄ POLLIONĒ C̄SVLARĒ VIRV̄. PRACMATICE TETRACOLOS γ AD ASINIVM POLLIONEM CONSVLAREM VIRVM τ *inscr. om. A* 1 metællo τ consŏle λ 3 graues *u* 4 Principłum *A* amititias *u* 5 tincta *Bentl. sed cf. mus. Rhen.* 1863, 275 6 Periculosse λ Pericolosae *B* alaeae *A* 7 incędis πφ

suppositos cineri doloso.
paulum seuerae Musa tragoediae
desit theatris: mox, ubi publicas 10
res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes coturno,
insigne maestis praesidium reis
et consulenti, Pollio, curiae,
cui laurus aeternos honores 15
Delmatico peperit triumpho.
iam nunc minaci murmure cornuum
perstringis aures, iam litui strepunt,
iam fulgor armorum fugacis
terret equos equitumque uoltus. 20
audire magnos iam uideor duces
non indecoro puluere sordidos
et cuncta terrarum subacta
praeter atrocem animum Catonis.
Iuno et deorum quisquis amicior 25
Afris inulta cesserat impotens
tellure uictorum nepotes

TESTIMONIA.

15 sq. Seru. ad ecl. 3, 88

VARIA LECTIO.

8 Subpositos *Αλτψpr.u* positos *Seruius ad Verg. Aen.* VIII 409 Suppositos *cett. Ac.* doloso? *Botheus* *uu.* 9—12 *del. Peerlk. Ritschelius* (*mus. Rh.* XI 634) *Gruppeus alii* 9 tragediae *u* tragoedię *π* 10 puplicas *u* 12 Cycropio *A* 13 mestis *Fπτu* presidium *γu* regis *A₁πa.r.* 14 consulent *B* 16 Delmatico *A₁Bγ* Dalmatico *cett. A₂* triumfo *B* 17 cornum *A₁* 18 Perstringes *B* aureis *φ*(*cf. Corssenus de pronuntiatione e.q.s.* I 229) auras *γpr.* auræs *γcorr.* litui *π₂* halitus *π₁* 19 fulgur *χ*(*σ*)*y opp. sch.γ* fugaces *uς* 20 æquitū *τ* uoltus *Fπ* uultus *cett.* 21 uidere magnos iam uideor *Beroaldus et Bentl.* anteire magnos iam uideo *Hanowius et Bernaysius opp. Acr. et sch.γ Porph. sch.λφ* 24 Preter *Fγλu* *uu.* 25—36 *del. Gruppeus* *uu.* 25—28 *post u.* 36 *pon. Scheibeus del. Peerlk. Ritschelius Prienius: ceterum cf. Silius* II 365 *et Lucanus* IIII 788 25 quisquis deorum *u* amitior *ψ* amicitior *u* 26 Affris *u* cessærat *τ* inpotens *Fλ Porph.* īpotens *B* *u.* 27 *om. A₁τ*

rettulit inferias Iugurthae.
quis non Latino sanguine pinguior
campus sepulchris impia proelia 30
testatur auditumque Medis
Hesperiae sonitum ruinae?
qui gurges aut quae flumina lugubris
ignara belli? quod mare Dauniae
non decolorauere caedes? 35
quae caret ora cruore nostro?
sed ne relictis, Musa procax, iocis
Ceae retractes munera neniae:
mecum Dionaeo sub antro
quaere modos leuiore plectro. 40

II

Nullus argento color est auaris

TESTIMONIA.

II 2. 1 'secunda ode' Diomed. 523, sed nullus — auaris om. codd.

VARIA LECTIO.

28 Retulit *lu V*[*omn. Bland.*] *A*2 *Pph. opp. Ac. sch.γ cf. inscr. Neapol.* 2624 (196 *p. Chr.*) RETTVLERVNT iugurthe *ψ* iu///gurte *π* *uu.* 29—32 *del. Prienius et Gruppeus* 30 sepulcris *BFλu Acr. Porph.* inpia *λ* praelia *γλ* plia *Bπ* prelia *u* 31 aditum *λ* 32 Haesperiae *F* Hæsperie *π* ruginae *γ* *uu.* 33—36 *del. Ritschelius Prienius Gruppeus Linkerus; sed cf. Ouid. tr.* IIII 2, 42 *et Sidon. ep.* I 5 '*Metaurus, cuius ita in longum felicitas uno die parta porrigitur, ac si etiam nunc Dalmatico salo cadauera sanguinolenta decoloratis gurgitibus inferret ...*' 33 Quis *χ*(*σp*2) *non Porph. Ac.* que *γ* 35 decolorabere *A*1 decolorauere *u* cedes *u* caedis *φpr.* 36 hora *ψ*1*u* 38 Caeae *Fπu* [Ceae *omn. Bland.*] 39 dioneo *Ω* 40 Quere *Aγu*

II 2. AD SALLVSTIVM CRISPVM ENCOMIASTICE TETRACOLOS *AB* DICANE (DICANICE *δ*) AD SALLVSTIVM (SALVSTIVM *φ*) CRISPVM QVOD (*om. π*) IVS (VIS *λ*) LIBERALITATIS EXTOLLIT GRATIA (GRACIA 1) *Flπ* PROSPHONETICE TETRACOLOS SALVSTIO CRISPO IVS LIBERTATIS EXTOLLENTI *γ* AD CRISPVM SALLVSTIVM *τ* *prior manus redit in A cf.* I 16, 17

abdito terris, inimice lamnae
Crispe Sallusti, nisi temperato
splendeat usu.
uiuet extento Proculeius aeuo, 5
notus in fratres animi paterni;
illum aget pinna metuente solui
Fama superstes.
latius regnes auidum domando
spiritum, quam si Libyam remotis 10
Gadibus iungas et uterque Poenus
seruiat uni.
crescit indulgens sibi dirus hydrops,
nec sitim pellit, nisi causa morbi
fugerit uenis et aquosus albo 15
corpore languor.
redditum Cyri solio Phrahaten
dissidens plebis numero beatorum

TESTIMONIA.

3 Victorinus de metr. Hor. p. 225 Gaisf. 9—12 Hildebertus moral. philosoph. 986 'idemque (sc. Hor.) in carmine lyrico ad reprimendam dominandi libidinem ita cecinit: latius — uni' Augustin. de ciuit. V 13 9—11 'Oratium . . . qui dicit in lyricis: latius — si Lybiam — iungas' Iohannes Victoriensis I 5 p. 292 Boehm. 13 Porph. ad epist. II 2, 146 17—19 'Hor. in II carminum: redditum — uirtus' Prisc. XVIII 130 17 '. . . in lyricis: redditum — Prahaten' Porph. ad epist. I 12, 27

VARIA LECTIO.

2 inimice *BFπτ* lame *A* lammae *τu opp. Acr. Porph.* 3 salusti *γλuς* 4 Sleudeat *π* 5 Viuet *φ* Viuat *A2χ(ρ)* Viuit *πφ1χ(n) Pph.bis Porph. opp. Ac.* ς euo *u* 7 agit *Fλχ(δρσhnp) Pph. Porph. sch.λφ non cett. G Acr. et sch.γ* agit *π* pinna *A1Bγ Acr. Pph. Porph.* penna *cett.* 8 Flamma *A1, corr. alt. m.* 9 Letius *Apr.* Lacius *λ* Latium *τ* sylybiam *φ* libiam *ABγλu* lybiam *Fτ* lybyam *π* 11 (ungas *Hildebertus*) paenus *γπτ* penus *u* Phoebus *Peerlk.* Pontus *Schrader* finis *Meinekius opp. Acr. et sch.γ cf. mus. Rhen.* 1863, 275 *sq.*

12 Seruiat *π* *uu.* 13—16 *om.* *ψ1* 13 durus *u* [1 *Bland.*] hidrops *Aγ* ydrops *πu Ac.* 16 languor *ABπτφu Porph.* langor *cett.*

17 ciri *Au* phrahaten *γV*[*omn.Bland.*]*φ2χ(hs1)* prahaten *BFπτς (βδμρσgp) Ac. Acr. et sch.γ Porph.* prahatem *λχ(αθv)* phrahatem *u* phraaten *A* phraatem *χ(ns2) Prisc.* 18 blebi *γ1* plebis *πa.r.τV*[*codd.*

eximit Virtus populumque falsis
dedocet uti 20
uocibus, regnum et diadema tutum
deferens uni propriamque laurum,
quisquis ingentis oculo inretorto
spectat aceruos.

III

Aequam memento rebus in arduis
seruare mentem, non secus in bonis
ab insolenti temperatam
laetitia, moriture Delli,
seu maestus omni tempore uixeris, 5
seu te in remoto gramine per dies
festos reclinatum bearis
interiore nota Falerni.
quo pinus ingens albaque populus
umbram hospitalem consociare amant 10

TESTIMONIA.

19—21 'Hor. carminum II: dedocet uti falsis uocibus' (falsis u: del. Hertzius) Prisc. XVIII 46

II 3. 1—4 'aequam — laetitia' Hildebertus moral. philosoph. p. 979 1 sq. 'equam — mentem' Vincentius Bell. VII 70 florileg. Paris. 8818[a] 1 Diomed. 523 (om. 'tertia ode')

VARIA LECTIO.

Bland.]*ω et in confusa interpretatione Porph.* plebi *cett. G Prisc. Acr. et sch.γ Pph. sch.λφ* beatum *Aιφιγω Fea opp. sch.λφ sch.γ i.t.*

u. 19 *om.* τι 20 Dedoce*t* π 23 ingentes γτu 24 acerbos ψ

II 3. AD DELLIVM *Bτ* AD DELIVM *Aχ*(σι) PARANETICE IMMO SYMBOLEVTICE (SIMBOLEVTICE γ) DELLIO *Fγ* PARANETICE SYMBOLEVTICE DELLIO. DELLIVM ALLOQVITVR ADQ. COHORTATVR EVM AD EQVITATEM ANIMI ET VOLVPTATEM Q̃M MORS SEQVVTVRA OBNVBET OMNES λ [AD GELLIVM '*V*'ι *ut uid.* AD BELLIVM 1 *Bland.*] DELLIVM *test. Ac. Acr. et sch.γ Porph.* 2 in bonis] ac bonis *y*(*codd. Lambini, Berol.*ι) *Hildebertus Bentl. Peerlk.* 4 Lętititia *B* Letitia *γφu* Leticia λ 5 Saeu π mestus *BFπτu* 9 qua *y*(*codd. Lambini*) *Lambinus et Bentl.* quor *Lachmannus. sed* quo = *ubi, ut quo locorum* 138, 3 10 Vmbra γι consotiare ψu

ramis, * quo et obliquo laborat
lympha fugax trepidare riuo:
huc uina et unguenta et nimium breuis
flores amoenae ferre iube rosae,
dum res et aetas et sororum 15
fila trium patiuntur atra.
cedes coemptis saltibus et domo
uillaque flauos quam Tiberis lauit,
cedes, et extructis in altum
diuitiis potietur heres. 20
diuesne prisco natus ab Inacho,
nil interest, an pauper et infima
de gente sub diuo moreris,
uictima nil miserantis Orci:

TESTIMONIA.

15 'dum res et aetas et sororum *νήματα πορφύρεα πλέκονται*' Ausonius epist. XII 44 sq. 18 'Hor. carmin. lib. II 'uillaque — lauit' Eutych. 2186 21—27 'diuesne — exitura' Hildebertus moral. philos. p. 988 22 sq. 'nichil — sub diuo morieris' Vincentius Bellou. VII 70 23 sq. 'bene dixit de Iunone diuam, respiciens etymologiam. nam in Hor. legimus: sub diuo moreris uictima nihil miserantis Orci i. e. sub aere, quem constat esse Iunonem' Seru. ad Aen. XII 139

VARIA LECTIO.

11 quo et *y*(*cod. Bentlei*) quod *τ Ac.* quo *γυλιφρίζω Pph. ut uid.* ('quo] *ubi' sch.γ 'ad quem locum' sch.λ 'in illo loco' sch.φ*) quid *A a.r.BFλ*1?*πG'V'*[*et* 1 *al. Bland.*] *Porph. sch.λφ alt.l.* (*interpr.* '*sc. si ea non utimur*') quoque *χ*(*v*)*y* quia *Ap.r.* qua et *Cuninghamus* ramosque et *Bentl.* ramisque et *Hauptius* ramis, et *Fea et Peerlk.* cannisque et *G. Hermannus cf. mus. Rhen.* 1863, 276 12 Lymfa *B* Limpha *πτu* Nympha (N *minio picta*) *ψ* fugas *τ* 13 Hunc *πa.r.ψ* ungenta *Bπu Acr.corr.* breuis *ABγτχ*(*αps*ι) *Acr. et sch.γ* ('*genitiuus est' interpr.*) breues *Fλπuς* 14 amenae *u* amaenae *γτ* amoenos *πι ut uid.* amoenæ *πι* 16 paciuntur *τ* patientur *χ*(*θ*) *opp. Ac. uu.* 17—28 *del. Gruppeus uu.* 17. 18 *om.γιπιτιχ*(*ρι*) 17 Caedes *F* 18 flauos *B* flaŭs *ψ* flauus *cett.* lauat *ABτzy uid. Kirchneri nou. quaest. p.* 56 laū *πι* ('lauit] *antique posuit' sch.λφ*) 19 exstructis *Ac.* 20 Diuiciis *τ* pocietur *τ* 21 *sqq.* Diuesne prisco et natus ab Inacho, nil interest, an pauper et infima de gente: sub diuo moraris uictima nil miserantis Orci *Peerlk. itemque distinxerat Wakefieldus* 22 Nihil *πτ* Nichil *Fu* 23 dio *A*1*Bλω Acr. Hildebertus* diuo *cett. A*2 *Pph. sch.γ* 24 nihil *πa.r.ψ* nichil *φ* orci *γ* orci *π*

omnes eodem cogimur, omnium 25
uersatur urna serius ocius
sors exitura et nos in aeternum
exilium impositura cumbae.

IIII

Ne sit ancillae tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu: prius insolentem
serua Briseis niueo colore
mouit Achillem;
mouit Aiacem Telamone natum 5
forma captiuae dominum Tecmessae;
arsit Atrides medio in triumpho
uirgine rapta,
barbarae postquam cecidere turmae
Thessalo uictore et ademptus Hector 10
tradidit fessis leuiora tolli
Pergama Grais.

TESTIMONIA.

25—27 'unde Hor. omnium uersatur urna serius ociusue sors excitatur' mythographus III tract. 9, 12 ap. Mai auct. class. III 240

II 4. 1 'quarta ode: ne — pudori' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

26 Versat. *B* serius et o: *u* otius *γψu* 28 Exitium *FπuG* *Aιχ*(*βμρσhν*) Exicium *λχ*(*np*) (Auxilium *per errorem sch.γ*) inpositura *Fπu Pph.* cumbae *A*ι*BFχ Ac.* cymbae *γλπ*(ȳ *in ras.* π) *Aιχ Pph.*2 cimbae *τuχ* cimbe *sch.γ i.t.*

II 4. ANCILLAM AMARE CRIMEN NON ESSE *AB* PROSPHONETICE ALLOQVITVR SODALEM SVVM FOCEVM MONENS NE DESERAT CONCVBINAM SVAM PHILLIDEM APPETENS TALEM QVALIS FVIT XANTHIA *Fλ* PROSPHONETICE AD XANTHIĀ SODALĒ GENERE FOCEVM ANCILLĀ AMARE CRIM̄ N̄ ĒĒ *γ* AD XANCHIAM TRALIPTAM. ANCILLAM AMARE CRIMEN NON ĒĒ PROTREPTICE TETRACOLOS *τ* 2 Xancthia *τ* Xantia *ψu* foceu *AB* 3 breseis *Fπ* brisaeis *λ* 6 domino *Apr.* tecmessae *ABγτ* tegmessae *Fλπ* temessae *y*[1*cod.Bland.*] *Acr.* themesse *u* 7 mediū ī triūpho *B* 8 rapta] capta *Ac.ω* *uu.* 9—12 *del. Peerlk. et Schwenckius* 9 Barbare *Fγτ* 10 adeptus *ψ*1 adtemptus *B* haector *Fπ* ~~equor~~ hector *A* 11 fesis *γ*1 12 graiis *BAcorr.* gragis *γ* gais *ψ*1

nescias, an te generum beati
Phyllidis flauae decorent parentes;
regium certe genus et penatis 15
maeret iniquos.
crede non illam tibi de scelesta
plebe dilectam, neque sic fidelem,
sic lucro auersam potuisse nasci
matre pudenda. 20
bracchia et uoltum teretisque suras
integer laudo: fuge suspicari
cuius octauom trepidauit aetas
claudere lustrum.

V

Nondum subacta ferre iugum ualet
ceruice, nondum munia comparis
aequare nec tauri ruentis

TESTIMONIA.

13 sq. Acron uolgatus ad epod. 8, 11 om. Acr. et sch. *γ* 21 sq. 'brachia — laudo' Seru. ad Aen. VI 207

II 5. 1 'quinta (sexta codd.) ode: nondum — ualet' Diomed. 523 3 sq. 'nec — pondus' Acron uolgatus ad c. II 8, 21 non Acr. et sch. *γ*

VARIA LECTIO.

13 ante *Bγ* 14 Philli difflauae *F* Phillidis *γτu* flaue *γ* 14 decorant *τ* 15 Regum *ψ* genus certe *τ* penates *γτψu* poenates *φ* 16 Meret *AFλπτu* 17 illam *τ* scelesta *φ* 18 dilectam *ABFλuϛGV* [*omn. Bland.*] delectam *γτχ(αϑιϛρ)* 19 aduersam *χ(ϑ)Ac.pr. opp. Acr. et sch.γ* [*omn. Bland.*] 20 pudanda *λ* 21 Brachia *Ω* uultum *ABγτu* teretes *Fγπυτ2* 22 *fuge suspicari u, om. u1* 23 Cui *F* octauum *Ω* etas *A* 24 condere lustrum *Bentl.*

II 5. NON ESSE PROPERANDVM AD VIRGINIS OSCVLVM *ABτ*, *τ add.* ODE TETRACOLOS *AD GABINIVM τ* EVTICE AD SODALEM PER ALLEGORIAM VERO DICIT OMNIA AD LALAGEN VIRGINEM *F* ODE TETRACOLOS PER ALLEGORIAM N̄ ĒĒ PROPERANDV̄ AD VIRGINIS OSCVLV̄ VERO *OMNIA* AD LALAGEN DICIT *γ* EVTICE AD SODALEM PER ALLEGORIAM DICIT OMNIA NON ESSE PROPERANDVM AD VIRGINIS OSCVLVM *λ* 1 iugūt *Apr.* 2 conparis *u* cōparis *ABπτ* 3 Equare *u*

in uenerem tolerare pondus.
circa uirentis est animus tuae 5
campos iuuencae, nunc fluuiis grauem
solantis aestum, nunc in udo
ludere cum uitulis salicto
praegestientis. tolle cupidinem
immitis uuae: iam tibi liuidos 10
distinguet autumnus racemos
purpureo uarius colore.
iam te sequetur: currit enim ferox
aetas, et illi, quos tibi dempserit,
apponet annos: iam proterua 15
fronte petet Lalage maritum,
dilecta quantum non Pholoe fugax,
non Chloris albo sic umero nitens,
ut pura nocturno renidet
luna mari Gnidiusue Gyges: 20
quem si puellarum insereres choro,
mire sagacis falleret hospites

TESTIMONIA.

8 sq. 'Hor. in II (I libri) carminum: ludere — praegestientis' Prisc. XIIII 46 14 sq. 'et — apponet' schol. Pers. 2, 2 22 sq. 'sagaces — obscurum' schol. Iuuen. 15, 137

VARIA LECTIO.

4 tollerare *B* tollorare *γ* 5 uirentes *λυτcorr.ς* 7 estum *u* 9 Pregestientis *Aλτ* 10 Inmitis *Fπ Pph.* īmitis *B* 11 Distinget *Aλ non Ac. Pph.* autunnus *u* 12 Purpu*reo* uario colore *u* uarios *yω Bentl.* uarious *Ald.* 1481 13 sequitur *Fγπτ* curret *Fλa.c.πιχ(δhsv) non Pph.* foerox *τ* fugax *Wakefieldus* 14 *sq.* quod . . . annus *uel* quot . . . annos *Bentl.* 14 demserit *πpr.ψι* 15 Adponet *Fλπ Porph.* 16 petit *γτ*(tit *in rasura*)*χ* pet *λι* 17 non *om. F* foloe *γ* phole *B Ac.pr.* fugax] ferox *Wakefieldus* 18 cloris *u* doris *χ(v)* sic renitens humero *uι* umero *A Pph.* omero *B* 19 para *γι* puro *τ* nocturna *τ* renitet *FuχAcorr.Buar.πcorr.* 20 cnidiusue *Bπ Pph.* gnidiusque *λuχ* gnidius*q*, *τ* gnidiusue *rell. Ac.* gyges *Bλuχ* guges *Pph.* giges *Aγτπcorr.χ Ac.* gies *Fπpr.χ(σhspr.)* *uu.* 21—24 *del. Peerlk.* 21 īserere *B* 22 sag*aces f*alleret *u* sagacis *Aγ Porph.* sagaces *cett.*

discrimen obscurum solutis
crinibus ambiguoque uoltu.

VI

Septimi, Gadis aditure mecum et
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra et
barbaras Syrtis, ubi Maura semper
aestuat unda:
Tibur Argeo positum colono 5
sit meae sedes utinam senectae,
sit modus lasso maris et uiarum
militiaeque.
unde si Parcae prohibent iniquae,
dulce pellitis ouibus Galaesi 10
flumen et regnata petam Laconi
rura Phalantho.
ille terrarum mihi praeter omnis
angulus ridet, ubi non Hymetto

TESTIMONIA.

II 6. 1 'sexta (quinta libri) ode . . . Septimi — et' Diomed. 523 'Septimi — mecum' Acron ad epist. I 9, 1 3 sq. 'sic de Syrtibus Hor.: ubi — unda' Serv. ad Aen. V 192 5 'Hor. carminum libro III (sic codd.) Tibur — colono' Prisc. II 48 13 sq. 'ille — ridet' Serv. ad ecl. 7, 55

VARIA LECTIO.

24 uoltu *FπG* uultu *cett.*

II 6. AD SEPTIMIVM (SEPTIMVM *A*) *AB* PROSPHONETICE SEPTIMIO *F* AD SEPTIMIVM (SEPTIMVM *τ*) PROSPHONETICE (PROSPENETICE *τ*) TETRACOLOS *γτχ*(*α*) 1 gadis *B Porph. i. t. Acr. ad* I 9, 1 cadis *Diomedis cod.* gades *cett.* et *om. Eπuιχ* 3 sirtis *γ* syrtes *λψ* syrthes *φ* sirtes *u* 4 Estuat. *γu* 5 Tybur *u* argę *B* argaeo *γ* argiuo *G 'V'uar. sed cf. Ouid. amor.* III 6, 46 golono *B* 6 maeæ *φ* 7 modus] domus *Peerlk. opp. Acr. et sch. γ Porph. sch. λ et cf. Auieni descr. orb.* 100 9 parce *γψ* iniquc *γψ* iniq̄ *π* 10 galaesi *Aχ* galesi *cett.* ς Galaesum *nescio quis* 11 lacono *B* 12 phalantho *A1Bλτ cum Strabone et Pausania* palantho *γφψp.ras.Ap.r.Acr.* pallantho *ψpr.* palanto *uπcorr.* falanto *πpr.* 13 preter *γu* omnis *π* omnes *cett.* 14 hymeto *Fu* himeto *γτ Ac.*

mella decedunt uiridique certat 15
baca Venafro,
uer ubi longum tepidasque praebet
Iuppiter brumas et amicus Aulon
fertilis Baccho minimum Falernis
inuidet uuis. 20
ille te mecum locus et beatae
postulant arces; ibi tu calentem
debita sparges lacrima fauillam
uatis amici.

VII

O saepe mecum tempus in ultimum
deducte Bruto militiae duce,
quis te redonauit Quiritem
dis patriis Italoque caelo,

TESTIMONIA.

17 sq. 'uer—Iuppiter umbras' Seru. ad georg. II 149 18 sq. 'et amicus Aulon fertilis Baccho' Seru. ad Aen. III 553
II 7. 1 praem. 'septima ode' Diomed. 524 3 'qui te—Quiritem' Sergius in Donat. 1843 cf. 'qui te Quirites donauit' Probus p. 195 K. 'Quiritem' Cledonius 1898

TESTIMONIA.

15 certa *A* 16 Bacca *γλψpr. Ac. non Porph.* Baccha *u* uenastro *τ* uen3 afro *B* 17 Verbi *Apr.* prebet *ψ* 18 Iupiter *γ* amicus *om. π1 add. alt. m.* amictus *Nic. Heinsius* apricus *Bentl.* (*cf. Flor.* I 16 '*amici* [*sed uar. lect.* '*amicti*'] *uitibus montes*') alcon *u* 19 Fertili *A1BγπτuG V*[*omn. Bland. ut uid.*]*χ* Fertilis *FλA2χ*(*βδθp*) *Seruius Bentl.* bacho *Aτ* bacco *λψ* minimum *A1Bγλπτu2ς Acr. et sch.γ Porph. sch.λφ* nimium *Fu1A2χBuar. Pph.* 22 ubi *Fuχ opp. sch.γ* 23 fauilā *τ* 24 '*Legitur et uatis Orati* (*oratii sch.λφ*)' *sch.λπφ cons. Porph.*

II 7. AD POMPEIVM (PONPIVM *A*) VARVM *AB*, *sed* E *erasa* PRAGMATICE AD HORATIVM (HORACIVM *λ*) POMPILIVM CŌMILITONĒ BRVTIANV QVĒ RECEPTV IN PATRIA INVITAT *Fλ* PRACMATICE VEL PROSPHONETICE TETRACOLOS AD ORATIVM POMPIVM CONSODALEM *γ* AD PŌPIV VARVM. PPONETICE TETRACOLOS *τ* 1 sepe *Aτ* 2 Deductę *B* 3 Quiritum *Heinsius opp. Ac. Acr. et sch.γ* 4 Dis *u* Diis *cett.* celo *u*

*Pompei, meorum prime sodalium, 5
cum quo morantem saepe diem mero
fregi coronatus nitentis
malobathro Syrio capillos?
tecum Philippos et celerem fugam
sensi relicta non bene parmula, 10
cum fracta uirtus et minaces
turpe solum tetigere mento.
sed me per hostis Mercurius celer
denso pauentem sustulit aere;
te rursus in bellum resorbens 15
unda fretis tulit aestuosis.
ergo obligatam redde Ioui dapem,
longaque fessum militia latus
depone sub lauru mea nec
parce cadis tibi destinatis. 20
obliuioso leuia Massico
ciboria exple; funde capacibus

TESTIMONIA.

10 cf. 'domnus Bruno quoque parmula non bene relicta... turpiter fugit' Adalbodi uita Heinrici II imp. c. 26 Pertz monum. Germ. VI p. 690 13 sq. 'in carminum libris ait, Mercurii se ope seruatum cum Mercurius illum pauentem sustulit in aerem' Acron ad serm. II 6, 15 17 'Hor.... in II carminum: ergo — dapem' Prisc. VII 41 19 'licet Hor. dixerit: depone sub lauru mea: melius tamen est iuxta secundam formam inflectere' Seru. ad ecl. 2, 54

VARIA LECTIO.

5 Pomp*ilim*eorum *A* Pompim eorum *A*1 Pompi *Bγλτχ Ac. Acr. et sch.γ* Pompili *Fπuχ Porph. sch.λφ* 6 sepe *Aλ* 7 Fregi *nite*ntes coronatus *u* coronatus] comptus *Fπ* nitentes *Bψu* 8 Malobatro *γu* Malo bartho *τ* Malo brathro *ψ*1 (*priore* r *erasa*) sirio *u* 11 freta *Pph. non diss. Porph.* fracta *Ω sch.γ Ac. sch.φ* ('fracta uirtus *sc. est, ad nihilum redacta' sch.γ*) 12 Turpe! solum *G. Fabricius Bentl. Peerlk. opp. sch.λφ* mentes *Hamacher* 13 hostes *Fu* 14 sustulit ab aere *Fπ*1 15 rurs*us*in *γ* 16 estuosis *Au* 17 dape *ψ*1 *uu.* 19—28 *om. B* 19 lauro *G* laurů *μ opp. Seru.* (*Laurus secundae et quart(a)e declinat. habetur sicut et pinus* (*pirrus sch.λ*) *teste Prisciano* (*priscianus sch.φ*) *sch.λφ*) 22 capacius *legisse uidetur Acron*

unguenta de conchis. quis udo
deproperare apio coronas
curatue myrto? quem Venus arbitrum 25
dicet bibendi? non ego sanius
bacchabor Edonis: recepto
dulce mihi furere est amico.

VIII

Vlla si iuris tibi peierati
poena, Barine, nocuisset umquam,
dente si nigro fieres uel uno
turpior ungui,
crederem: sed tu simul obligasti 5
perfidum uotis caput, enitescis
pulchrior multo iuuenumque prodis
publica cura.
expedit matris cineres opertos

TESTIMONIA.

23—25 'quis — curatque myrto' Porph. ad c. II 11, 18 25 sq. 'quem — dicit bibendi pro designat' schol. Vergil. georg. III 125

II 8. 1 'octaua ode: ulla — perierati' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

23 Vngenta $\lambda\tau$ 24 choronas φ 25 mirto *AFγu* arbitrium τ 26 sa//n//us τ 27 Bachabor $\pi\tau$ Baccabor *F* edonis π edoniis *cett. Ac. Pph.* 28 michi φ

II 8. AD BARINEN (VARINEN *ABuar.*) *ABτ* PROSAGOREVTICE IVLLAE (IVLIAE $\lambda\pi$) BARINAE (BARINE $\lambda\varphi$ DARINAE π) IN MERETRICEM RAPACEM AC PERIVRAM *Fλπ* (*Iullae nomen ex prima carminis uoce* 'Vlla' *natum esse uidit Ritterus*) PROSAGOREVTICE IVLLIE VARINE IN MERETRICEM RAPACEM AC PERIVRAM γ [AD IVLIAM BARINEN *codd. Bland.*] 1 perierati *B Diomed.* 2 Pena *u* Pene γ barine *Bλπτψu* φ*corr.*ς(βδθμσnsv) *Acr. alt. l. Pulmannus* barinae φ1*A*2χ(*hp*) *sch.*$\lambda\varphi$ (*sed corrigenda*) b. *Pph.* uarine γ*Buar.*χ(α)*y Acr. alt. l. et sch.*γ (*ceterum idem sch.*γ 'uarina' *i. t.*) *Porph.* uarine *A*1. *alii alia coniecerunt:* Barcine (*Peerlk.*) Larine (*Bentl.*) Carine Earine Nerine Barrine 5 Crederent ψ*pr.* 6 capud *u* nitescis *B* 7 Pulcrior ψu multum γ*pr.* 8 Puplica $\tau\psi$*pr.* 9 matres *A*1γ(*uar.* matris) *Ac.* cineris *Fπ*

fallere et toto taciturna noctis 10
signa cum caelo gelidaque diuos
morte carentis.
ridet hoc, inquam, Venus ipsa, rident
simplices Nymphae, ferus et Cupido
semper ardentis acuens sagittas 15
cote cruenta.
adde quod pubes tibi crescit omnis,
seruitus crescit noua, nec priores
impiae tectum dominae relincunt
saepe minati. 20
te suis matres metuunt iuuencis,
te senes parci miseraeque nuper
uirgines nuptae, tua ne retardet
aura maritos.

VIIII

Non semper imbres nubibus hispidos
manant in agros, aut mare Caspium
uexant inaequales procellae
usque; nec Armeniis in oris,

TESTIMONIA.

23 sq. 'tua — marito' schol. Vergil. Aen. VI 204
II 9. 1 praem. 'nona ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

11 celo *Aλu* 12 carentes *Fu* 14 uymphe *λ* nimphae *AFγu* 15 ardentes *τu* 19 Impie *Aι* reliuqunt *Bπ* relinqunt *u* relinquunt *cett.* 20 Sepe ////minati *φ* Sepe *Aλτ* 23 Virginis *π* tua *π* ne r:] netardet *Aι* 24 aura] Cura *y(Dresd. a)Bentl. opp. Acr. et sch.y*

II 9. VALGIVM CONSVLAREM AMICVM SVVM CONSOLATVR *AB* PARANETICE CONSOLATIO (CONSOLACIO *λ*) AD VALGIVM RVFVM. NE DIV DOLEAT *Fλ* VALGIVM CONSVLAREM AMICVM CONSOLATVR. PARANETICE TETRACOLOS *γ* VALGIV̄ AMICV̄ CONSVLARĒ CONSOLATVR *τ*
1 imbre *Diomedis codd.* ymbres *π* 3 Versant *y* inequales *γιu* 4 armeniis *ψ* horis *γιπu*

amice Valgi, stat glacies iners 5
menses per omnis aut aquilonibus
querqueta Gargani laborant
et foliis uiduantur orni:
tu semper urges flebilibus modis
Mysten ademptum; nec tibi Vespero 10
surgente decedunt amores
nec rapidum fugiente solem.
at non ter aeuo functus amabilem
plorauit omnis Antilochum senex
annos, nec inpubem parentes 15
Troilon aut Phrygiae sorores
fleuere semper. desine mollium
tandem querellarum, et potius noua
cantemus Augusti tropaea
Caesaris et rigidum Niphaten 20
Medumque flumen gentibus additum
uictis minores uoluere uertices,
intraque praescriptum Gelonos
exiguis equitare campis.

TESTIMONIA.

10—12 'nec tibi — solem' schol. Statii Theb. VI 239 21 sq. 'mediumque — uertices' schol. Stat. Theb. XI 508 22 'minores — uertices' Seru. ad Aen. VIII 726

VARIA LECTIO.

5 glaties *u* inhers *πa.r.* 6 omnes *BFτu* 7 Querqueta A_1B π_1V [*codd. Bland.*] *Acr. comm.* Quer*ceta A* Quer ceta $F\tau\chi(p)$ *Ac.* (*cf. u.* 18 quere larum) Querceta *γλuς sch.γ uide gymnas. Austriac. annal.* 1862, 329 8 Aut *y* 9 urgues *χV* [*codd. Bland.*] *Pph. Porph.* urg̃es *π* urges *cett. Ac.* 10 Mystem *λ* Misten *Byu* adeptum *γ* uespere *π* 11 cedunt *Fπτuχ* decidunt *γ* 12 rapido fugiente sole *B* 14 om̃s *BFu* anthilocum *ψ₁u* 15 impubem *Bu* inpubem *cett.* parente *τ* 16 phrigiae *BFπτu*A_2 phrigie A_1 17 Flere *B* 18 querellarum $A_1\gamma\varphi\chi$ *Ac.* querellarum *πτ Pph. Porph.* quere larum *λ* querelarum *BψuA*$_2$ 19 tropaea A_1B tropea *Fπ* trophea *cett.* A_2 20 Cesaris *τ* nifaten *FPph.* niphatem λ_1u nyphaten *γ* 21 ad*di*tum *A* aditum *ψ* 22 uertere *y* tollere *y*(*Basil.*1) *sch.Stat.* uortices *ω* 23 prescriptum *γu* perscriptum *ψ* 24 aequitare *λτ*

X

Rectius uiues, Licini, neque altum
semper urgendo neque, dum procellas
cautus horrescis, nimium premendo
litus inicum.
auream quisquis mediocritatem 5
diligit, tutus caret opsoleti
sordibus tecti, caret inuidenda
sobrius aula.
saepius uentis agitatur ingens
pinus et celsae grauiore casu 10
decidunt turres feriuntque summos
fulgura montis.

TESTIMONIA.

II 10. 1 praem. 'decima ode' Diomed. 524 5—8 praeter 'caret inuidenda' Hildebert. moral. philos. p. 988 5 cf. 'quae uocatur aurea . . . mediocritas' Auson. gratiarum actio p. 710 'auream deserens discretionis mediocritatem' translatio S. Dionysii Areopagitae c. 6 p. 358 (Pertz uol. XIII) 9—12 'saepius (sepe Vincent. florileg.) uentis agitatur (agitur floril. agitatus Hildebert.) ingens pinus; et celsae (celse Vincent. floril.) grauiore casu (lapsu Hildeb.) decidunt turres feriuntque summos fulgura montes' Vincent. Bellou. VII 70 floril. Par. 8818[a] Hildebertus l. c. 11 sq. 'feriuntque — montes' Hieronymus epist. 60 ad Heliodorum 16 (Vallars. I 342 A), idem epist. 108 ad Eustochium 18 (Vallars. I 702 C) Isidorus iunior de natura rerum c. 30, 4 (p. 57 ed. Becker)

VARIA LECTIO.

II 10. LICINIVM ALLOQVITVR NE SEMPER (SR̄ *B*) MAGNA TEMPTET *ABτ* AD LICINIVM MVRENĀ (MVRENA *λ*) OPTIMVM ESSE MEDIVM STATVM VITAE (MEDIVM VITAE STATVM VITAE *λ*) *Fλ* AD LICINIVM MVRENAM OPTIMVM ESSE MEDIVM VITAE STATVM NEC SEMPER MAGNA TEMPTARE *γ* 2 urguendo *πV*[*codd. Bland.*]*χ*(*δsz*) *Pph.* urgendo *cett. Ac.* 3 praemendo *λ* 4 iniquum (iniqum *ψu*) *Ω* 6 diligit tutus, caret *Bentl.* caret *γ* opsoleti *Aλ* obpsoleti *B* obsoletis *Fιπ sch.λφ* obsoleti *γτu Acr. et sch.γ* 9 Sepius *ABγλ* sepe *Vincentius* Saeuius *y*(*Valarti cod. Sorbon. suspectissimus*) *Cuninghamus Burmannus Sanadonus Iahnius Fea opp. Acr. et sch.γ* uentos *B* 10 excelsae *Brodierus et Fea* çelsę *π* 11 Feruntq. *γι* 12 Fulgora *Bγχ*(*h*) *Ac.* Fulgura *cett. V*[*omn. Bland.*] Fulmina y montes *B* montes *Fγπτu*

sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus. informis hiemes reducit 15
Iuppiter, idem
summouet. non, si male nunc, et olim
sic erit; quondam cithara tacentem
suscitat Musam neque semper arcum
tendit Apollo. 20
rebus angustis animosus atque
fortis appare; sapienter idem
contrahes uento nimium secundo
turgida uela.

XI

Quid bellicosus Cantaber aut Scythes,
Hirpine Quinti, cogitet Hadria
diuisus obiecto, remittas

TESTIMONIA.

13—18 'sperat — erit' partim mendose Hildebert. moral. philos. p. 976 21—24 Hildeb. mor. ph. p. 979 21 sq. 'rebus in angustis — apparet sapienter idem' Vincentius Bell. VII 70
II 11. 1 praem. 'undecima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

14 preparatum $\gamma\varphi$ preparatam ψ 15 informes *Fγτu* 16 Iupiter γ 17 Submouet *B* si m:] simile *B* 18 cytharae *Fχ*(*δ*) cythare *πχ*(*σνι*) citharae *χ*(*hp*)*y Bentl.* cithara *cett.* 20 appollo *λι* 21 adq. *Pph.* 23 Contraes ψ Contrahis *π*

II 11. AD HIRPINVM (AD QVINTIVM H: *τ*) MONENS VNVMQVEMQ. (VNVMQVĀQ. *τ*) VTILITATI SVAE (SVA *A*) CONSVLERE *ABτ* AD QVINTIVM HIRPINVM N̄ ESSE COGITATIONES NR̄AS IN DIVERSV̄ MITTENDAS *F* AD Q: H: N̄ ĒĒ C: *NOSTRAS* IN DIVERSAS̄ MITTENDAS S& VTILITATI SVE QVĒQ. C̄SVLERE γ AD QVINTIVR H: MONES VNVMQVEMQ. VTILITATIS SVAE CONSVLERE, NON ESSE COGICIONES NOSTRAS IN DIVERSVM MITENDAS *λ* *totum carmen del. Peerlk.*
1 ·uid γ contaber *τ* aut *expos. metr. Ac.* et *Ω Pph. Diomed.* scithes *ABλ* scites *F* cithes γ 2 Hyrpine *πu* quincti *Aω* quinte *B* (Quintum *Porph. i. t.*) adria *Fπu*

quaerere, nec trepides in usum
poscentis aeui pauca: fugit retro 5
leuis inuentas et decor, arida
pellente lasciuos amores
canitie facilemque somnum.
non semper idem floribus est honor
uernis neque uno Luna rubens nitet 10
uoltu: quid aeternis minorem
consiliis animum fatigas?
cur non sub alta uel platano uel hac
pinu iacentes sic temere et rosa
canos odorati capillos, 15
dum licet, Assyriaque nardo
potamus uncti? dissipat Euhius
curas edacis. quis puer ocius
restinguet ardentis Falerni
pocula praetereunte lympha? 20
quis deuium scortum eliciet domo
Lyden? eburna dic age cum lyra
maturet, *in comptum Lacaenae
more comas religata nodum.

VARIA LECTIO.

4 Querere *γu* ne *γu Hauptius opp. Ac. Porph.* inu//sum (*fuerat* i) *φ* in usu *Hauptius* 6 Lenis *u*ι 8 Canicie *F* canitia *Porph.* Canitiæ *τ* Canitie*s* *π* sonnum *u* 9 honos *ω* 10 nec *γ* 11 Vultu *ABγλτu* eternis *u* 13 subacta *τ* 15 odorata *τy* (*Oberlini A, Feae Ch. C. a* 2. *m.*) 16 assyria *Aφ Porph. cons. sch.λ* assiria *γλπτu Acr. et sch.γ* asyria *ψ* asyrio *B* (*femininum test. schol.*) *uu.* 17—24 *del. Peerlk.* 17 cuncti *B* euchius *Fπcorr.* euchus *πpr.* euius '*V*'ι euhius *cett.* [*rell. Bland.*] *Acr. Porph.* 18 edaces *Fγτu* otius *γu* 19 Restinget *B* Restringet *A* Restinguet *cett. Pph.* 20 pretereunte *Aγλτu* limpha *γu* 21 scortum *om. A*ι, *add. alt. m.* eliciet *A* elic& *γ* elicit *τ* 22 Lydem *λ* Liden *γτu* Lide *πι* lira *γu* 23 in comptum *ABλχ* incomptum *Fγπτϛω Ac. Pph.* inconptum *u* incomptam *y*(*cod. Torrenti*) *Bentl. capillos simpliciter pexos uel comptos eburnae illi lyrae melius congruere arbitramur, quam prorsus incomptos* lacenae *Fτu* 24 comas *γτGχ*(*αβι*ϑϑgps) *sch.γ Acronis Guelfer-*

XII

Nolis longa ferae bella Numantiae,
nec durum Hannibalem nec Siculum mare
Poeno purpureum sanguine mollibus
aptari citharae modis,
nec saeuos Lapithas et nimium mero 5
Hylaeum domitosque Herculea manu
Telluris iuuenes, unde periculum
fulgens contremuit domus
Saturni ueteris; tuque pedestribus
dices historiis proelia Caesaris, 10
Maecenas, melius ductaque per uias
regum colla minacium.
me dulcis dominae Musa Licymniae
cantus, me uoluit dicere lucidum
fulgentis oculos et bene mutuis 15
fidum pectus amoribus,

TESTIMONIA.

II 12. 1 praem. 'duodecima ode' Diomed. 524 cf. Plot. 7, 10: 'bella ferae Numantiae' 9—12 'tuque — minacium' Seru. ad georg. II 42 13 Acron uolgatus et sch. γ ad serm. I 2, 64

VARIA LECTIO.

bytanus comae *ABλ*1 *Pph.* come *Ac.* comam *Fπuλ*2*χ sch.φ Bentl.* relegata *τ* religare *Pph.* nodo *Bentl.*

II 12. AD MAECENATEM (MEC: *A*) *AB* AD MECENATEM (MENATEM *λ*1) NON ESSE RES MAGNAS LEVI CARMINE DICENDAS *Fλ* AD MECENATEM NON ESSE LEVI CARMINE RES MAGNAS DICENDAS *γ* AD MECENAM. PSPHONETICE TETRACOLOS *τ* 2 dirum *yω opp. Ac. sch.γ* [4 *Bland.*] annibalem *Fπu* anibalem *λ* mari *λ* 3 Peno *γu* 4 Aptare *AB* cytharae *BFλπ* cythare *τ* 5 seuos *λπτu* suos *γ*1 lapithas *F*1*γπ* laphitas *ABλτu* laphithas *F*2 6 Hylaeum *γ* Hileum *Fu* Hyleum *cett.* domitosue *Cuninghamus* *uu.* 9—12 *del. Linkerus* 10 Disces *B* plia *Bπ* prelia *u* 11 Mecenas *AFγλτu* Mecaenas *π* 12 minatium *γπpr.τuχ* minatium *λ* minantium *χω* [minacium *omn. Bland.*] 13 dulces *Fλuχ*(*βσp*)*y* licimniae *A sch.γ* lycimniae *γτ* licini *u Acr.* lycymniae *Fπ* 'V' ['*alii* 2 licymniae' *Cr.*] 14 lucidū & *λμ* 15 Fulgentes *Fu*

quam nec ferre pedem dedecuit choris
nec certare ioco nec dare bracchia
ludentem nitidis uirginibus sacro
Dianae celebris die. 20
num tu quae tenuit diues Achaemenes
aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes
permutare uelis crine Licymniae,
plenas aut Arabum domos,
cum flagrantia detorquet ad oscula 25
ceruicem, aut facili saeuitia negat,
quae poscente magis gaudeat eripi,
interdum rapere occupet?

XIII

Ille et nefasto te posuit die
quicumque primum, et sacrilega manu
produxit, arbos, in nepotum

TESTIMONIA.

II 13. 1 praem. 'tertia decima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

17 dedocuit *πι* 18 brachia *Ω* 21 quae] quem *τ* achemenes *Fτ Ac.* achimenes *uπcorr.* achemenis *Porph.* archemenis *πpr.* 22 pingues *A*ı*B Seruii cod. Cassel. opp. Acr. et sch.γ* phrigiae *Aτu* frigiae *BF* migdonias *ABπτu Acr.* micdonias *γ* 23 licimniae *Aπ Porph.* lycimniae *Fτ* licynię *λ* licinię *u* lycymnię *Pph.* 25 Dum *Fπχ(δϑσghps) non G Ac. Acr. et sch.γ Pph.* flagrancia *λ* fraglantia *uπ2 sch.φ interpr. 'redolentia', opp. sch.γ* [flagrantia *omn. Bland.*] detorquet *A* 26 seuitia *Au* saeuicia *τ* 27 posscente *τ* 28 occupet *Ως(αβσnps) sch.γ Porph.* occupat *A2χ(ϑμghvpr.) comment. Bentl.*

II 13. AD ARBOREM *ABτ* AD ARBOREM CVIVS CASV PAENE (PENE *λψ* POENE *γ*) PERIERAT (*rell. om. γ*) A|QVA OPPRESSVM LITVS EXECRATVR (EXECATVR *λ*) *Fγλ* 1 Illum, et nefasto *N. Heinsius* Illum, o, nefasto *Bentl.* Illum nefasto *Buttmannus. Tota stropha damnatur Peerlk. Gruppeo Prienio aliis: contra synchysin ut formam execrationibus optime conuenientem defendit Doederlinus* nef: te] nefaste *B*

perniciem opprobriumque pagi;
illum et parentis crediderim sui 5
fregisse ceruicem et penetralia
sparsisse nocturno cruore
hospitis; ille uenena Colcha
et quicquid usquam concipitur nefas
tractauit, agro qui statuit meo 10
te triste lignum, te caducum
in domini caput immerentis.
quid quisque uitet numquam homini satis
cautum est in horas. nauita Bosporum
Poenus perhorrescit neque ultra 15
caeca timet aliunde fata,
miles sagittas et celerem fugam
Parthi, catenas Parthus et Italum
robur; sed inprouisa leti
uis rapuit rapietque gentis. 20
quam paene foruae regna Proserpinae,

TESTIMONIA.

5 sq. 'Hor. carminum libro II: illum — ceruicem' Prisc. XVIII 106 13 sq. 'quid — est' floril. Paris. 8069 21 sq. Agroetius 2274 'Hor. quam pene uidimus furuae regna Proserpinae' Seru. ad georg. III 407

VARIA LECTIO.

4 Perneciem *F* Pernitiem *γπτu sch.γ* oprobrium *u*, *cett. Ac.* obprobrium que *om.* τ 5 parentes *Bπpr.ψpr.* patris *Priscianus* parentis τ 6 ceruicem *om.* λ penitralia *Bu* 8 colchica *FπuA*2ς (*αβghinsv* cho: ϑ) *Pph. Porph., non G'V'*[*et* 1 *al. Bland.*] *Ac. et cf. G. Hermanni epit. doctr. metr.*[2] § 590 10 quistauit γ 12 capud *u* inmerentis *u Ac.* īmerentis *B* inminentis π1 13 [Quid *codd. Bland.*] quisquis *u*1 14 oras *F* bosforum *B Porph.* bosphorum *cett. Acr. et sch.γ sch.λ; sed Acr. I in interpretatione exhibuit* βοὸς πόρος. [... *omnia scripta, alia per* ph, *alia per* f *litteram*' *Cr.*] 15 Poenus] Thynus *Lachmannus et Hauptius* Thoenus *Linkerus* (*spicil. critic. p.* 5) Penus *u* perorrescit *F* 16 Ceca *A*1γτu timetque *Axtius* timetue *Lachmannus* faeta πu 17 sagitas ψ1 *corr. alt. m.* celerem] reducem *Bentl.* 19 s& γ sed *cett.* improuisa *ABτ* leti *Aγ* loeti *Fπu* 20 gentes *FγπτuA*2 21 pene *ABγλπτ* pene *u* foruę *A*

et iudicantem uidimus Aeacum
sedesque discriptas piorum et
Aeoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus 25
et te sonantem plenius aureo,
Alcaee, plectro dura nauis,
dura fugae mala, dura belli.
utrumque sacro digna silentio
mirantur umbrae dicere; sed magis 30
pugnas et exactos tyrannos
densum umeris bibit aure uolgus.
quid mirum, ubi illis carminibus stupens
demittit atras belua centiceps
aures et intorti capillis 35
Eumenidum recreantur angues?
quin et Prometheus et Pelopis parens
dulci laborem decipitur sono,

TESTIMONIA.

26 sq. cf. 'Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur' Quintil. instit. X 1, 63 34 'ubi iacebat Cerberus uel, ut ait Hor., belua centiceps' Seneca ludus de morte Claudii 13, 3

VARIA LECTIO.

forue A_1 *Ac.* (feruae, v *ab alt. m. s*) *cf. fornus apud Varronem pro eo quod est 'furnus'* furuae *cett. Porph. sch.γ* 22 eacum *Fγ₁u* equū π_1 23 discriptas A_1? *B*[2 *Bland.*] *nec dissent. Acr. et sch.γ sch. λφ* (*interpr. 'separatas'*) descriptas A_1?$\gamma\pi_1\tau uG\chi(\beta p)$ *Ac.* discretas $F\lambda A_2$ $\pi_2\varsigma$[2 *Bland.*] *comment.* discriptas *etiam Acron legisse putandus est. cf. Büchelerus mus. Rhen.* XIII 598 *sqq.* 24 querentem *Aπ* queremtem *λ* 25 Sapho *ABγπu Acr.* 27 Alcei A_1 Alcee *Bγλu Ac.* Alceæ *τ* Alce/// *π* 28 fuge $A_1F\gamma$ *post* fugae *colon ponunt* $A_2\gamma\lambda\tau$ *sch.γ opp.* $F\pi\chi$ *Ac.* male *B* 29 Vtr*aq. A* dignum *F* silemcio *λ* lentio *φ* 30 umbre A_1 set *γ sch.γ* 31 tyrrannos *B* tirannos *u* 32 umeris *B Porph.* humeris *cett.* densum auida bibit *Bentl. opp. sch.γ* bibat *B* uulgus *ABγλτuπcorr.* 34 conticeps γ_1 35 Auræs *A* Auris *πψpr.* 36 Eumedium *λ* 38 laborem $A_1BF\pi\tau u\chi(v)$ *Porph.* laborum $\gamma\lambda G(?)A_2\varsigma$ *Acr. et sch.γ* somno *u* sonmo *λ* somno *ψ* sōno *φ*

nec curat Orion leones
aut timidos agitare lyncas. 40

XIIII

Eheu fugaces, Postume, Postume,
labuntur anni, nec pietas moram
rugis et instanti senectae
afferet indomitaeque morti;
non, si trecenis quotquot eunt dies, 5
amice, places inlacrimabilem
Plutona tauris, qui ter amplum
Geryonen Tityonque tristi
compescit unda, scilicet omnibus,
quicumque terrae munere uescimur, 10

TESTIMONIA.

39 sq. 'Hor. in II carminum: nec — lyncas. et notandum etiam de genere, quod masculino genere protulit Hor.' Prisc. VI 26

II 14. 1 sq. 'eheu — anni' Diomed. 445 Hieronymus comm. in Amos l. III c. 6 (Vallars. VI 314[e]) idem comm. in Ezechiel l. I c. 1 (Vallars. V 13[d]) schol. Pers. II 2 1 praem. 'quarta decima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

39 leonis *π* 40 timidas *τχ(δs2)y opp. Ac. Prisc.* lincas *Aγτψu* lycas *π1*

II 14. AD POSTVMVM DE CELERITATE VITAE *ABτ* AD P: DE BREVITATE VITAE (VITE *λ*) *Fλ* PROSPHONETICE TETRACOLOS AD POSTVMV̄ DE CELERITATE VITꝫ *γ* 1 Heu *χ Pph.* Heuheu *Hieronymus comm. in Ezech. schol. Pers.* Eheu *Ω exp. metr. Diomed. Ac. bis Hieronym. comm. in Amos* posthume posthume *B Hieronymus sch. Pers. alterum* Postume *om. π1* 3 Ruris *τ* et *om. γ* senecte *A1ψ* 4 Adferet *F* Afferret *γ* 5 *tricenis quot quot eunt dies τ2 in loco raso* sit recens *π1* si trecenis *corr. π2* trecenis *χ(spr.)*[1 *Bland.*] *Ac. Acr. I* trecentis *λ1χ(ϑσ)* tricenis *cett.* ς[3 *Bland.*] *sch. λφ Acr. interpol.* quod quot *F* quoquot *γ* eī *A* (= erunt) eū *B* 6 placens *τ* 7 Plutoniæ *τ* Plutonē *A* 8 Geryonen *π* Geryonē *Ac.* Gerionen *Bτφ* Gerionē *u sch. γ* Geryonem *A* Gerionem *A1γλψ* tytion *γ* tytyon *λ* tyty//on *τ* tition *BAc.* ticion *u* tristis *φuar. πa. ras.* 9 Conpescit *γu*

enauiganda, siue reges
siue inopes erimus coloni.
frustra cruento Marte carebimus
fractisque rauci fluctibus Hadriae,
frustra per autumnos nocentem 15
corporibus metuemus Austrum.
uisendus ater flumine languido
Cocytos errans et Danai genus
infame damnatusque longi
Sisyphus Aeolides laboris. 20
linquenda tellus et domus et placens
uxor, neque harum quas colis arborum
te praeter inuisas cupressos
ulla breuem dominum sequetur.
absumet heres Caecuba dignior 25
seruata centum clauibus et mero
tinguet pauimentum superbo,
pontificum potiore cenis.

TESTIMONIA.

23 sq. 'Ne (Ne ed. Dan.) te praeter — sequetur' Seru. ad Aen. III 64

VARIA LECTIO.

14 raucis *ABπa.r. Pph. non Acr. et sch.γ* adriae *πu* 15 autonnos *u* 17 Vis//endus *A* 18 Cocitos *Bucorr.* Cocitus *upr.* 19 dampnatus *λφ* dannatus *u* 20 Sisiphos *F* Sisyphos *πA2* Sysyphus *λ* Sisiphus *u* eolides *τu* labores *λ1* 23 preter *Fγ* cypressos *Bπτ* 24 Vlila *λ* Vita *Fπ1χ(p)sch.λφ* (*ubi prauissima adnotatio nata est ex interpretatione uocis* breuem = *uit(a)e breuis*) 25 haeres *BF heres u* cecuba *Aγπu* 27 Tinget *ABχAc.* Tinguet *cett. GV* [*codd. Bland.*] *Pph.* superbum *y*(*Barthii cod. Monstroliensis*) *Lambinus* superbus *y* (*corr. Vat.A ap. Feam*) *Barthius* superbi *y*('*V.A.' Feae*) superbis *Lynfordus Cuninghamus Fea* ('superbo] *pro ipse superbus. ypallage' sch.φ sim. sch.λ*) [superbo *omn. Bland.*] 28 caenis *Fτ*

XV

Iam pauca aratro iugera regiae
moles relinquent, undique latius
extenta uisentur Lucrino
stagna lacu, platanusque caelebs
euincet ulmos; tum uiolaria et 5
myrtus et omnis copia narium
spargent oliuetis odorem
fertilibus domino priori,
tum spissa ramis laurea feruidos
excludet ictus. non ita Romuli 10
praescriptum et intonsi Catonis
auspiciis ueterumque norma.
priuatus illis census erat breuis,
commune magnum: nulla decempedis
metata priuatis opacam 15
porticus excipiebat Arcton,
nec fortuitum spernere caespitem
leges sinebant, oppida publico

TESTIMONIA.

II 15. 4—6 cf. 'an ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia et uiolas et anemonas, fontes surgentes, quam ubi plena messis aut graues fructu uites erunt? Sterilem platanum tonsasque myrtos quam maritam ulmum et uberes oleas praeoptauerim?' Quintil. inst. VIII 3, 8 14—16 'Hor. in II carminum: nulla — Arcton' Prisc. VI 27. VIII 20 17 sq. 'nec — sinebant' Seru. ad Aen. VI 179

VARIA LECTIO.

II 15. *Continuant hoc carmen antecedenti ABτVy [codd. Bland.] Acr. item Diomedes et expositionis metricae auctor opp. Porph.* HEC DE PRAESENTIS VITAE (VITE λ) LVXVRIA DICIT *F*λ HEC DE PRESENTIS LVXVRIA TĒPORIS DICIT *γ* *totum carmen del. Peerlk.* 1 regie *A*ι 3 Extensa τχ(μ) Extenta *cett.* 4 plananus *B* celebs γλπτ *sch.γ* celeps *uAc.* 6 Mirtus *τu* om̄s *B* narum *γ* 9 *sq.* tum — ictus *om. B* 9 Tunc *Pph. non Ac.* 10 ictus] itus *F* estus *u* ignes *Sanadonus* 11 Prescriptum *Aιτu* Ꝑscriptum *γ* *uu.* 12—20 *om. B* 12 forma π 13 beuis *Aιupr.* 14 Cōmunem agnum *A* decempedes *φuar.πpr.* 15 Mettata *A* Meatata λ 17 cespitem Ω *Acr. et sch.γ Porph. Seruius D.*

sumptu iubentes et deorum
templa nouo decorare saxo. 20

XVI

Otium diuos rogat in patenti
prensus Aegaeo, simul atra nubes
condidit lunam neque certa fulgent
sidera nautis;
otium bello furiosa Thrace, 5
otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis neque purpura ue-
nale neque auro.
non enim gazae neque consularis
summouet lictor miseros tumultus 10
mentis et curas laqueata circum
tecta uolantis.
uiuitur paruo bene cui paternum
splendet in mensa tenui salinum,

TESTIMONIA.

II 16. 1 praem. 'quinta decima ode' Diomed. 524 7 cf. 'hic est Grosphus, quem in carminibus alloquitur' schol. γ epist. I 12, 22

VARIA LECTIO.

19 Sumtu ψ Sunptu *u* sumpto *Pph.* iubentis π 20 no^uo π

II 16. AD POMPEIVM GROSPHVM *AB* YPOTETICE GROSPHO OSTENDENS QVAM IOCVNDVM (IVC: φ) SIT OTIVM. MS *Fλ* YPONETICE GROSPHO PŌPEIO γ AD GROSPHVM POMPEIV̄ τ 1 . tium γ impatenti *B* 2 Praensus *AF* Presus λ1 Pressus *uλ2χ(ϑhcorr.pv1)y opp. Acr. sch.ybis Pph. sch.λφ* aegeo *Aλτ* egeo *u* age π1 3 lūnam (+lunam) χ 5 thracem γ thrache φπ2 thrachae ψ trache *u* tracę τ thraciae π1 6 faretra φ*Ac.* 7 Grophe *u* 7. 8 purpura | Venale n: a: *Fπuχ* purpura ue | *Ue*Nale *A* (*lineolam infra prius ue et alt. Ue add. alt. m.*) 8 nec χ(βp) *Bentl. opp. sch.γ i.t.* 9 gaze *Bψ1* 10 Submouet λχ 11 curis *A1* cyrcum φ 12 uolantes *Fu* 13 paterno *Fπ1 sch.λφ*

nec leuis somnos timor aut cupido 15
sordidus aufert.
quid breui fortes iaculamur aeuo
multa? quid terras alio calentis
sole mutamus? patriae quis exul
se quoque fugit? 20
scandit aeratas uitiosa natis
cura nec turmas equitum relinquit,
ocior ceruis et agente nimbos
ocior Euro.
laetus in praesens animus quod ultra est 25
oderit curare et amara lento
temperet risu: nihil est ab omni
parte beatum.
abstulit clarum cita mors Achillem,
longa Tithonum minuit senectus, 30
et mihi forsan tibi quod negarit
porriget hora.
te greges centum Siculaeque circum

TESTIMONIA.

15 sq. 'nec cupido — aufert' Seru. ad Aen. V 122 25—28 Hildebert. moral. philosoph. p. 990 27 sq. 'uersus Horati: nihil — beatum' Ausonius profess. VI 36 sqq. 'nichil — beatum' Vincentius Bellou. VII 70 floril. Paris. 8818[a] 30 Seru. ad Aen. IIII 585

VARIA LECTIO.

15 leues *BFπu* sonnos *u* aut] nec *Seruius D.* 17 fortes] sontes *λuar.χ*(*αcorr.γ* fontes *v*) fortes *Acr. et sch.γ* euo *u* 18 salio *B* calentes *BFuπcorr.* 19 sole mutamus patria? quis exul *nescio quis ap. Bentleium* patrie *A* *uu.* 21—24 *del. Prienius* 21 eratas *Bψ* heratas *φ* uiciosa *τ* naues *Fuπ*2 puppes *excerpta Bodleiana ap. Bentl.* 22 neq. *B* relinquid *γψχ* reliquit *χ*(*δp*) *opp. Acr. et sch.γ Pph. sch.λ* *u.* 23 *om.* *ψ*1 Otior *γλu* Ocium *π*1 24 Otior *γλu* 25—27 animi . . . oderis . . . temperes *Bentl.* 25 Letus *u* (quod *om. Hildebertus*) est *om.* *χ*(*hψ*2) *Hildebertus* 26 amare *Bψ*1 laeto *ω* leni *Bentl.* (tento *Hildeb.*) 27 nichil *φu* (ab] ex *Hildeb.*) 29 cito *B* achillē *Aπτφ* 30 thithonum *u* 31 Est mihi *B* michi *φ* forsam *λ*1 forset *Fπ cons.sch.λφ* forsan *Ac. sch.γ* tibi] ibi *γ* 33 sicule *τ*

mugiunt uaccae, tibi tollit hinnitum
apta quadrigis equa, te bis Afro 35
murice tinctae
uestiunt lanae: mihi parua rura et
spiritum Graiae tenuem Camenae
Parca non mendax dedit et malignum
spernere uolgus. 40

XVII

Cur me querellis exanimas tuis?
nec dis amicum est nec mihi te prius
obire, Maecenas, mearum
grande decus columenque rerum.
a! te meae si partem animae rapit 5
maturior uis, quid moror altera,
nec carus aeque nec superstes
integer? ille dies utramque
ducet ruinam. non ego perfidum
dixi sacramentum: ibimus, ibimus, 10
utcumque praecedes, supremum
carpere iter comites parati.

TESTIMONIA.

II 17. 1 praem. 'sexta decima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

34 uacce A_1 uacc//τ 34 *sq.* hinni | Tum apta $\tau\chi$(*nisi quod* abta μ)ω 35 quadragis *F* aequa *F* bis] quis *B* affro *u* 37 michi φ 38 Spritum *B* graie $A_1B\gamma_1$ 39 maligno π_1 40 uulgus $AB\gamma\lambda\tau u$ uoltus π_1

II 17. AD MECENATEM *AB* SYMBOLEVTICE AD MECENATEM *F*λ, PARANETICE VEL SIMBOLEVTICE AD MECENATEM γ AD MECENATĒ PARANETICE TETRACOLOS τ 1 querellis *πa.r.τ Ac. exp. metr. Diomed.* quaerellis A_1 *Pph.* quaerelis *FγAp.ras.sch.γ* q̄relis *B* querelis λu 2 diis $A\gamma\lambda\tau u$ michi φ 3 mecenas $AF\tau u$ 5 Ha $u\chi$ At A_2 *γuar.*χ(*σguar.*) 6 alteram *Burmannus uu.* 7—9 *om. B* 7 eque *Fu* 8 illa *y opp. Ac. Pph.* 11 precedes $\gamma\tau\psi$ suppremum λu

me nec Chimaerae spiritus igneae,
nec si resurgat centimanus * Gyas
diuellet umquam: sic potenti 15
Iustitiae placitumque Parcis.
seu Libra seu me Scorpius aspicit
formidulosus, pars uiolentior
natalis horae, seu tyrannus
Hesperiae Capricornus undae, 20
utrumque nostrum incredibili modo
consentit astrum. te Iouis impio
tutela Saturno refulgens
eripuit uolucrisque Fati
tardauit alas, cum populus frequens 25
laetum theatris ter crepuit sonum:
me truncus inlapsus cerebro
sustulerat, nisi Faunus ictum
dextra leuasset, Mercurialium
custos uirorum. reddere uictimas 30

TESTIMONIA.

14 'centimanus gigas' Prisc. XVII 152 17 sq. 'seu libra — formidolosus' schol. Pers. 5, 48 19 sq. 'seu — undae' Seru. ad georg. I 336 'seu — Capricornus' mythographus III tract. 1, 3 ap. Mai auct. class. III p. 162 22—25 'te — alas' Seru. ad Aen. IIII 610 mythographus III tract. 11, 5 ap. Mai auct. cl. III p. 252 27—29 'Hor. in II carminum: me — leuasset' Prisc. XVIII 126

VARIA LECTIO.

uu. 13—22 *del. Peerlk.* 13 chimere *A*ι*λAc.* chimerae *γπτφu* chymerae *Bψ* 14 gigas *Ω Acr.sch.γ Porph.* gygas *G V* [*omn.codd.Cr.*] Gyges *Muretus Bentl. Fea* Gyas *Lambinus* 16 Iustitie *A* 17 scorpios *BF Bentl.* scorpius *cett.ς sch. Pers.* scorpiŏs *sch.γ* 18 Formidulosus *FAc.* Formidŏlosus *τ* Formidolosus *cett.* 19 Natalis] Loetalis *FAuar.χ*(*δh* Lęt: *p*)*y* [letalis h: 2 *Bland.*] Lo&alis *π* Fatalis *χ*(*βn, uar.* nat:) *opp. Acr. sch.γ ter* tirannus *AFγu* 20 Haesperiae *F* 22 iupio *λ* 24 Eripuitq, *A*ι *et mythographus* • uolucres *y Seruii cod. Flor. bibl. sanctae crucis* XXII 1 25 alas *om. F*πι tum *Ac.*πιχ(*σhnp*) te *F*πι cum *cett. sch.γ* cui *Lachmannus Hauptius alii* 26 Letĭ *u* Festum? *y*(*cod. quid. test. Cuninghamo*) teathris *B* 27 inlapsus *γπτ* illapsus *cett.* 29 Dextera *A*

aedemque uotiuam memento:
nos humilem feriemus agnam.

XVIII

Non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar,
non trabes Hymettiae
premunt columnas ultima recisas
Africa; neque Attali 5
ignotus heres regiam occupaui,
nec Laconicas mihi
trahunt honestae purpuras clientae.
at fides et ingeni
benigna uena est, pauperemque diues 10

TESTIMONIA.

II 18. 1 sq. Terentianus 2438 Fortunatianus 2683. 2704 Victorinus 2586. 2621. 2622 praem. 'septima decima ode' Diomed. 524 'in secundo libro ode XVIII, cuius initium: non — lacunar' Victorin. de metr. Hor. 2617 'neque — lacunar' Isidorus orig. XV 8, 6. XVIIII 12 1. 3. 7 cf. Plot. 5, 9: 'non ebur nec aureas trabes Laconicas mihi' 1 Diomed. 510 2 Seru. ad Aen. VIII 25 id. ad Aen. I 726 (sed ad hunc locum in cod. Casseliensi Horatius nou laudatur; 'nec mea renidet — lacunar' edit. Dan.) Fortunat. 2684 Prisc. partit. XII uers. Aen. 1, 5 7 sq. 'inuenimus et clientam apud Afranium . . . et apud Hor.: nec — clientae' Charis. 100

VARIA LECTIO.

31 Aed::::: memento τ (*euanuerunt quae inter* d *et* m *fuerant litterae*) Edem *u* Aedum A_2 notiuam ψ_1 32 [**Nos humiles 2** *B and.*]

II 18. AD AVRVM A_1B *Acr.* (AVRVM, A *ab alt. m. A*) PARANETICE ł YPOTETICE DE CONTINENTIA (CONTINENCIA λ) QVA PAVPERTATEM SVAM DIVITIIS (DIVICIIS λ) PRAEFERT $F\lambda$ PARANETICE VEL YPOTICE AD VARVM γ AD AVARVM τ 1 . on γ ebor τ aurum u_1 *Diomedis p.* 510 *cod. ABM p.* 524 *AM Isidori* XV 8, 6 *cod. Guelf.* I aurẹum *exp. metr.* 2 renitet *B* 3 *sq.* Hymettias . . . recisae *Galeus prob. Bentl.* 3 hyme//tyae φ hymetthyae ψ himetię *u* 4 Prẹmunt $A\pi$ colunnas *u* 5 Affrica *u* atali *u* 6 haeres *Bu* 8 clientae A_1BG [3 *Bland.*] *comment. Charisius cons. Acr. et sch.*γ ('*i. e. ancillae' sch.*λ) clientiae $\gamma\tau$ clientes $F\lambda\pi_1uA_2\varsigma$ 9 ingeni *Pph.*$_1$ ingenii Ω

me petit; nihil supra
deos lacesso, nec potentem amicum
largiora flagito,
satis beatus unicis Sabinis.
truditur dies die, 15
nouaeque pergunt interire lunae:
tu secanda marmora
locas sub ipsum funus et sepulchri
immemor struis domos,
marisque Bais obstrepentis urges 20
summouere litora,
parum locuples continente ripa.
quid quod usque proximos
reuellis agri terminos et ultra
limites clientium 25
salis auarus? pellitur paternos
in sinu ferens deos
et uxor et uir sordidosque natos.
nulla certior tamen
rapacis Orci fine destinata 30

TESTIMONIA.

15 sq. Hildebert. moral. philos. p. 971 19 Plot. 5, 8 22—24 cf. Plot. 5, 11: 'continente ripa. Quid quod usque proximum reuellis agrum hunc' 23 sq. cf. 'postquam proximos reuellendo terminos ager locupletis latius inundauit' Quintil. declamat. XIII 2 26 sq. 'hoc posse fieri ex Horati dictis intelligimus, qui, cum loqueretur de auaris potentibus, ait de uicino cliente: pellitur — deos' Seru. ad Aen. VI 609 29—32 'sepulcrum sedes uocatur. Hor. nulla — erum' Seru. ad Aen. VI 152

VARIA LECTIO.

11 nichil *u* 12 lacessa *B* 17 Te *ψpr.* mormora *A*1 18 ips// funus *φ* sepulcri *Bψu Acr.* 19 Inmemor *Fλπς* Iīmemor *B* 20 bas *π*1 urgues *πχ opp. Pph.* 21 Submouere *u*1 Sumouere *F* promouere *Peerlk.* littora *Aλψu uu.* 22—29 *om. B* 25 Limitem *πuy(nsμuar.) fort. melius* 26 paīnus *τpr.* 28 que *om. τ* natus *τ*1 29 cercior *u* 30 capacis *Bentl. opp. sch.γ Pph.; et Seneca Hippolyt.* 1152 *Plutonem et Tibullus* I 3, 65 *mortem rapacem appellauerunt* fine *Ω* [4 *Bland. ut uid.*] *Pph. sch.γ ter sch.λφ item Seruii codd. Casseliensis Reginensis Parisinus* 7929 *editio Dan.* sede *y*[*Mart.*

aula diuitem manet
erum. quid ultra tendis? aequa tellus
pauperi recluditur
regumque pueris, nec satelles Orci
callidum Promethea 35
reuexit auro captus: hic superbum
Tantalum atque Tantali
genus coercet, hic leuare functum
pauperem laboribus
uocatus atque non uocatus audit. 40

XVIIII

Bacchum in remotis carmina rupibus
uidi docentem, credite posteri,
Nymphasque discentis et auris
capripedum Satyrorum acutas.
euhoe recenti mens trepidat metu, 5
plenoque Bacchi pectore turbidum

TESTIMONIA.

32—34 'equa tellus — pueris' Vincentius Bellou. VII 70 36 sq. 'hic superbum Tantalum' Plotius 5, 10

II 19. 1 sq. 'Bacchum — docentem' schol. Iuuenal. 7, 58 1 praem. 'octaua decima ode' Diomed. 524 5 praem. 'Hor. . . . in II carminum' Prisc. XV 17 'Satur est cum dicit Hor. euhoe!' schol. Iuuen. 7, 62

VARIA LECTIO.

Maldeg. Sil.] *comment. Seruius Bentl.* (*cf. Senec. Troad.* 509 *et Auson. profess.* 11, 6) 31 *Aula* u_2, *om. Seruius* aula π *continuans hunc uersum uersui* 30 manebit *Seruii cod. Parisinus* 32 Herum $\gamma\lambda u_2$ aeuum *Seruii cod. Paris.* horum *Seruius Dan.* equa u 34 regnum *Vincentius* 36 Reuixit $F\gamma$ Reuinxit $\pi u_1 F_2$ ('*reduxit*' *interpr. sch.*γ) 37 Tamtalū π 38 cohercet Ω 39 Pauperem τ (Pauperum τ_1)

II 19. AD LIBERVM PATREM $AB\tau$ ENTVSIACE LIBERI PATRIS LAVDES $F\lambda$ ENTHVSIATICE AD LIBERVM PATREM γ 1 Bachum $A\tau\varphi$. achum γ 3 Nimphas $A\gamma\pi u$ discentis $\gamma\tau pr.$ discentes *cett.* auris $\gamma\pi\tau Pph.$ aures *cett.* 4 satirorum ψu 5 Heu hoe $A\lambda$ *Prisc.* *cf. Lachmanni Lucr.* 309 meus A 6 bachi $ABF\gamma\tau$

laetatur: euhoe parce Liber,
parce, graui metuende thyrso!
fas peruicacis est mihi Thyiadas
uinique fontem lactis et uberes 10
cantare riuos atque truncis
lapsa cauis iterare mella,
fas et beatae coniugis additum
stellis honorem tectaque Penthei
disiecta non leni ruina 15
Thracis et exitium Lycurgi.
tu flectis amnes, tu mare barbarum,
tu separatis uuidus in iugis
nodo coerces uiperino
Bistonidum sine fraude crinis. 20
tu, cum parentis regna per arduum
cohors Gigantum scanderet impia,
Rhoetum retorsisti leonis
unguibus horribilique mala;
quamquam choreis aptior et iocis 25
ludoque dictus non sat idoneus
pugnae ferebaris, sed idem

TESTIMONIA.

20 Acr. ad carm. saec. 41

VARIA LECTIO.

7 Letatur A_1u heu hoe $\lambda\pi_2$ heu heu π_1 8 thirso $A\gamma u$ tyrso π 9 peruicacis *Pph.* peruicaces Ω est] sit *Bentl. opp. Acr. et sch.γ* (*interpr.* '*possibile est*' *Acr. sch.γ*) *Porph.* thiadas $AF\gamma$ tyadas u thyadas $B\lambda\pi\tau$ 14 pentei F panthei τ 15 leui πu 16 Trhacis A Tracis τu et *om.* π exitum $A_1BAc.$ lygurgi $F\lambda A_2$ licurgi $\gamma\pi_1\tau Ac.$ ligurgi $u\pi_2$ 17 flectes B annes u 18 superatis γ in i:] iniungis τ iugis u_1 19 coerces $B\pi$ coherces *cett. Pph.* 20 Bisthonidum $AB\gamma\lambda\pi\tau$ sine fune y[1 *Bland.*] crinis *Pph.* crines Ω 22 giganthum A 23 Roethum λu Rhecum 'V' [Rhetum *cett. Bland.*] leonum $F\pi corr.$ 24 orribili F horribili *cett.* horribilis *Bentl. itemque Acronem legisse putaueris* ('Horribiliq. mala] *maxilla metuendus' Acr. et sch.γ*) *opp. Ac. Porph. sch.γ alt. l.* (*interpr.* '*terribili*') *uu.* 25—28 *del. Peerlk.* 25 Quanquam F

pacis eras mediusque belli.
te uidit insons Cerberus aureo
cornu decorum leniter atterens 30
caudam et recedentis trilingui
ore pedes tetigitque crura.

XX

Non usitata nec tenui ferar
pinna biformis per liquidum aethera
uates, neque in terris morabor
longius inuidiaque maior
urbes relinquam. non ego pauperum 5
sanguis parentum, non ego quem uocas,
dilecte Maecenas, obibo
nec Stygia cohibebor unda.
iam iam residunt cruribus asperae

TESTIMONIA.

29 sq. 'Hor. de Libero: te uidit — decorum' Seru. ad Aen. IIII 654 mythographus III tract. 9, 10 ap. Mai auct. class. III p. 239 29 'te — Cerberus' Seru. ad Aen. III 93 'insons insontis, sic Hor.' Prob. 1473 Claudius Sacerdos 2, 48

II 20. 1 praem. 'nona decima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

28 mediusque] merus atque *Hitzigius* medicusque *Hamacher opp. Porph.* 29 insomnis *Seruius ad Vergil. Aen.* III 93 30 cornu] curru *Seruii cod. Florent. bibl. sanctae crucis* XXII 1 *opp. mythogr. Porph. Acr. et sch.γ sch.λφ* Ω aterens A_1 attrens *u* 31 Cauda *A* Gaudam *τ* recedentes *B* trilingue *ψpr.* 31 *sq.* ~~ore~~ trilingui | Ore *τ* 32 tetegit *φ*

II 20. AD MAECENATEM (MEC: *A*) *AB* PARANETICE SE INMORTALEM (IMM: *φ*) FVTVRVM ET IN CIGNVM CONVERTENDVM AIT *Fλ* AD MECENATEM ALLEGORICE TETRACOLOS (*rell. om. τ*) VEL PARANETICE SIBI *γτ* *hoc carmen Horatio abiudic. Paldamus et Lehrsius* 1 Non ita ita nec *B* non tenui *χ(h)y opp. Ac. sch.γ bis Pph.* 2 Penna *FλπτuA*$_2$ peliquidum *τ* ethera *γ* &hra *π* 3 Vatis *π* nec *χ* terra *Fπuχ* 6 quam uocas $λ_1$ quem uocant *Bentl.* quantulus *Hitzigius opp. Pph.* 7 ('Dilecte M:] *uocatiuum enim sibi quasi a M(a)ecenate dictum posuit' sch.γ*) Delecte *B* Dilecte *π* mecenas *λπψu* mecenas *τ* 8 stigia *BFγπu* cogibebor *γ* choibebor *u* coibebor *π* *uu.* 9—12 *del. Peerlk. Gruppeus alii* 9 aspere *γπτ*

pelles et album mutor in alitem 10
superne nascunturque leues
per digitos umerosque plumae.
iam Daedaleo * notior Icaro
uisam gementis litora Bospori
Syrtisque Gaetulas canorus 15
ales Hyperboreosque campos.
me Colchus et qui dissimulat metum
Marsae cohortis Dacus et ultimi
noscent Geloni, me peritus
discet Hiber Rhodanique potor. 20
absint inani funere neniae
luctusque turpes et querimoniae:
compesce clamorem ac sepulchri
mitte superuacuos honores.

TESTIMONIA.

20 'Hor. dicit: ut discet — potor' Seru. ad Aen. VII 605

VARIA LECTIO.

10 in alitem. *Doederlinus* 11 Supernae *τυχ* Superna *y Fea opp. sch.γλφ et cf. L. Muellerus de re metr.* 340 12 umeros *B* hum: *cett.* plume *A*ι 13 dedaleo *Ω* notior *A*ι*Bγχ*(*ϑpr.*)*Pph.* nocior *λτ* ('nocior icaro' *in τ maioribus quam cetera litteris scripta sunt*) otior *u χA*ι ocior *Fχ* °cior ¸caro, o *et* i *ab alt. m.* *π* tutior *Bentl.* doctior *Rauchensteinius* cautior *Withofius* audacior *Peerlk. alii alia. lectio* ocior *ferri nequit: uide L. Muelleri de re metr. p.* 307 *cl. serm.* I 9, 38 *epist.* II 3, 65 ȧcaro *B* 14 littora *Aγψu non Ac. Pph.* bosfori *Ac.* bosphori *Ω* 15 Sirtis *γ* Syrte *B* Syrtes *AFλπτ* Sirtes *u* tegulas *π*ι getulas *cett.* 16 yperboreos *Bψ* hiperboreos *γπuAc.* 17 colcus *γ* et *om.* *π*ι dissimula//t *π* 18 Marse *A*ι*Fγ* choortis *u* cohortes *B* 19 petitus *Burmannus, alii alia, opp. sch.γ et cf. mus. Rhen.* 1863, 278 20 hyber *F* iber *γ* rodani *ψu* 21 naenię *π* 22 querimonie *γ* queremoniae *F* querimonię *π* 23 Conpesce *u* sepulcri *Bγψu Pph.* 24 Mite *ψ*ι onores *γ*

QVINTI (*om.* *γ*) HORATII FLACCI (QVINTI FLACCI HORATII [HORACII *λ*] *Aλ*) CARMINVM LIBER ·II· EXPLICIT. INCIPIT LIBER (*om.* *F*) ·III· (TIVS *τ*) *AFγλτ*, *λ add.* FELICITER *λ* LIBER CARM ·II· EXPL· INCIP LIBER ·III· *B*

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM

LIBER TERTIVS

I

Odi profanum uolgus et arceo:
fauete linguis; carmina non prius
audita Musarum sacerdos
uirginibus puerisque canto.
regum timendorum in proprios greges, 5
reges in ipsos imperium est Iouis,
clari Giganteo triumpho,

TESTIMONIA.

III 1. 1 Mallius Theodorus 4, 10 Petronius satir. c. 118 praem. 'liber tertius. prima ode' Diomed. 525 'peruincis tandem, et operta Musarum mearum, quae initiorum uelabat obscuritas, quamquam non profanus, inrumpis, Paule carissime. quamuis enim te non eius uulgi existimem, quod Hor. arcet ingressu, tamen sua cuique sacra: nec idem Cereri quod Libero, etiam sub isdem cultoribus' Ausonius praefat. idyll. 7 cf. idem praef. idyll. 11: '... et quicquid profanum uulgus non ignorat' 2 sq. Seru. ad Aen. V 71 2 'fauete linguis' Seru. ad georg. IIII 230 mythographus III tract. 6, 34 ap. Mai auct. cl. III p. 212 2 sq. 'carmina — audita' sch. γ c. IIII 9, 3

VARIA LECTIO.

III 1. AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM *AB* PRACMATICE (PRACMATICAE φ) AD INDOCTOS *F* AD CHOROS VIRGINVM ET PVELLARVM (VIRGI ET PVER τ) γτ AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM. PRACMATICE AD INDOCTOS λ *unam oden èsse c.* I—VI *existimauit Porphyrion* *uu.* 1—4 *uelut prooemium carminum* I—VI *separatos posuit Meinekius* 1 uolgus πχ(δ) *Petroni cod. Bernens. pr.* uulgus *cett.* 5 propios λ

cuncta supercilio mouentis.
est ut uiro uir latius ordinet
arbusta sulcis, hic generosior 10
descendat in campum petitor,
moribus hic meliorque fama
contendat, illi turba clientium
sit maior: aequa lege Necessitas
sortitur insignis et imos, 15
omne capax mouet urna nomen.
destrictus ensis cui super impia
ceruice pendet, non Siculae dapes
dulcem elaborabunt saporem,
non auium citharaeque cantus 20
somnum reducent: somnus agrestium
lenis uirorum non humilis domos
fastidit umbrosamque ripam,
non Zephyris agitata Tempe.
desiderantem quod satis est neque 25
tumultuosum sollicitat mare,
nec saeuos Arcturi cadentis
impetus aut orientis Haedi,
non uerberatae grandine uineae

TESTIMONIA.

14 sq. 'equa lege — imos' floril. Paris. 8069 17 sq. 'destrictus — pendet' Porph. ad c. I 9, 5 Charis. 269 'districtus ensis quod super magna ceruice pendet' Sergius in Donat. 1798

VARIA LECTIO.

Inter u. 8 *et* 9 *lacunam statuendam censuit Roeperus* (*philol.* XVIIII *p.* 325) 9 esto ut *Bentl. opp. sch.λφ* ordinat *B* 11 descendet *γ* 13 clyentium *F* clientum *πpr.uχ* 15 insignis *π* insignes *cett.* 17 Districtus *Fλπu*1 *Sergius, non G Acr. et sch.yi.t. Pph. Porph. ad c.* I 9, *Charisius* cui] quod *Sergius* impiā *u*2 18 Ceruicē *u*2 dependet *Charisius* 19 elaborarunt *ω* [elaborabunt *omn. Bland.*] ('*reddent' interpr. sch.γ*) 20 cytharę *Fλπτ* 21 Sonnum *u* sonnus *u* 22 humiles *BFγτu* 23 umbrosamue *Ianius* 24 zephiris *τu* zefiris *B* zepheris *γ* 27 seuos *π* seuus *Fu* saeuus *cett.* 28 orientis çui *Ac.* hedi *Fλτu*

fundusque mendax, arbore nunc aquas 30
culpante, nunc torrentia agros
sidera, nunc hiemes iniquas.
contracta pisces aequora sentiunt
iactis in altum molibus: huc frequens
caementa demittit redemptor 35
cum famulis dominusque terrae
fastidiosus: sed Timor et Minae
scandunt eodem quo dominus, neque
decedit aerata triremi et
post equitem sedet atra Cura. 40
quodsi dolentem nec Phrygius lapis
nec purpurarum sidere clarior
delenit usus nec Falerna
uitis Achaemeniumque costum,
cur inuidendis postibus et nouo 45
sublime ritu moliar atrium?
cur ualle permutem Sabina
diuitias operosiores?

TESTIMONIA.

37 sq. 'sed — scandunt eo quo dominus' florileg. Paris. 8069

VARIA LECTIO.

30 fundusue *Ianius opp. Ac. Pph.* mendax *om. B* aquas *τ* 32 Sydera *λτ* *uu.* 33—40 *del. Peerlk. Prienius Linkerus* 33 senciunt *τ* 34 hunc *ψ* 35 Cementa *τu* dimittit *λχ(αβg) opp. Ac.* [2 *Bland.*] redemtor *τψ* 37 set *γ* 39 Decedite aratri remi *B* Decedit///erata tr: *π* erata *ϱ* et *χ(βδιν; in s locus rasus) om. Ω Pph.* 40 Postque *Bentl.* ęquitem *π* 41 phrigius *ABγτu* frigius *π* frigyus *ψ* 42 sydere *τ* 43 Delenit *A₁Bπpr.G*[2 *Bland.*] ('Delinit] *mitigat' sch.γλφ*) Delinit *FγλτuA₂πcorr.ς*[1 *Bland.*] *Bentl.* falernae *γτGχ(αβnp)* [*opp.* 3 *Bland.*] 44 Vites *A₁Bγτχ(αβσp)* [*opp.* 3 *Bland.*] achemenium *Fλπu* achęmonium *B* achemonium *Aτ* achimenium *γ* Achaemeniumue *Bentl.* 46 molior *τ* mołliar *u* 48 operiosiores *τ* onerosiores *Bentl.*

II

Angustam amice pauperiem pati
robustus acri militia puer
condiscat et Parthos ferocis
uexet eques metuendus hasta
uitamque sub diuo et trepidis agat 5
in rebus. illum ex moenibus hosticis
matrona bellantis tyranni
prospiciens et adulta uirgo
suspiret: 'eheu, ne rudis agminum
sponsus lacessat regius asperum 10
tactu leonem, quem cruenta
per medias rapit ira caedes.'
dulce et decorum est pro patria mori:
mors et fugacem persequitur uirum,
nec parcit inbellis iuuentae 15
poplitibus timidoue tergo.
Virtus repulsae nescia sordidae

TESTIMONIA.

III 2. 1—3 'angustam — condiscat' Hildebert. moral. philos. p. 982 sq. 13 Vincentius Bellou. VII 70 florileg. Paris. 8818[a] cf. 'censent hostibus occurrendum, pulchrum esse dicentes pro patria mori' translatio Dionysii c. 10 (Pertz XIII 366) 16—20 et 21—24 Hildebertus moral. philos. p. 975

VARIA LECTIO.

III 2. AD AMICOS *ABτ* DE INSTITVTIONE AD AMICOS LOQVITVR (*om. F*) *Fγλ* 1 amici *Acr. et sch.γ* (*interpr.* '*Hanc odem ad amicos generaliter scribit* [*scripsit sch.γ*]') *Gχ*(*αg*)*y Bentl. non Ω Ac. Pph. sch.λφ Hildebertus* ('*glossa: amice aduerbium est, et inscriptio odae . . . de institutione puerorum*' *Barthius ex codice peruetere*) *u.* 2 *om. B* 3 feroces *Fγλπτu* 4 aeques *π* asta *πψ* *uu.* 5—12 *om. B* 5 dio *A*[1]*Ac.* diuo *cett* [*omn. codd. Cr.*] et *omittendum censet Doeringius* trepidus *γλχ* 6 menibus *A*[1] 7 tiranni *Au* 8 Prospitiens *πιu* 10 lacesset *A*[1][3 *Bland.*] *opp. sch.γ bis* 12 ira ψ cedes *Aγπτu* 13 dequorum *Ac.* 14 prosequitur *χ*(*σgp*) [*cod. Mart.*] consequitur *Bentl. opp. Ac.* 15 ibellis *B* imbellis *λ* 16 Poblitibus *Bτ* timidoue *ABγλτGχAc. Bentl.* timidoque *Fλπuχ* *uu.* 17—32 *om. B*

intaminatis fulget honoribus,
nec sumit aut ponit secures
arbitrio popularis aurae. 20
Virtus recludens immeritis mori
caelum negata temptat iter uia,
coetusque uolgaris et udam
spernit humum fugiente pinna.
est et fideli tuta silentio 25
merces: uetabo, qui Cereris sacrum
uolgauit arcanae, sub isdem
sit trabibus fragilemque mecum
soluat phaselon: saepe Diespiter
neglectus incesto addidit integrum; 30
raro antecedentem scelestum
deseruit pede Poena claudo.
III. iustum et tenacem propositi uirum

TESTIMONIA.

25 sq. 'est — merces' florileg. Paris. 8069 31 sq. Seru. ad Aen. I 543 schol. Stat. Theb. V 60

III 3. 1—4 '... nisi forte delirare illis uidetur Flaccus in lyricis

---

VARIA LECTIO.

18 Incontaminatis *uμcorr.y* interminatis *Peerlk.* 21 inmeritis *γπ* in meritis *Hildebertus* mori] mox *Hildeb.* 22 Celum *u* iter] ire *Aλτχ Hildeb. non Pph. sch.λφ* ire *u* 23 Caetus *Aγπτu* uulgaris *γπpr.τ* uulgares *cett.* 24 fugente *τ* penna *FλπτuA2* [pinna '*V*'] 25 et *om. λ* tuta] cuncta *y* 26 Meres *A1* uitabo *λ* 27 Volgarit *Fπχ(s)* Vulgarit *λuγuar. Pph. sch.λφ* ς(αϑμρσghnpv) Vulgauit *Aγτ Gχ(β)Acr. et sch.γ* Volgauit χ(δ) archanae *AFγτu* arcane *π* subistem *τ* hisdem *A* 28 fragilemue *Bentl.* 29 phasilon *A1* phaselum *π1u χA2λ2 Ac. loco pr. opp. Acr. et Ac. alt. l.* phiselon *sch.γ* sepe *Aγλπu* sepę *φ* 30 Nec lectus *A Ac.* Neclectus *π1* Neglectus *cett.* 31 antecedente *F* 32 pena *u* pęna *Acr.* clůdo *π*

III 3. *Continuant hoc carmen antecedenti A' V' χ(δρ)Acr. I Porph. et sine dubio archetypus cod. B, qui hanc oden omisit* [*in 'V' haec ode nec inscriptione, nec litteris maiusculis a praecedente separata est*] AD MVSAS DE AVGVSTO QVI IN PROPOSITO SVO VIDETVR PERSEVERARE *Fλ* AD MVSAS DE AVGVSTO *γ* AD AVGVSTVM *τ*

non ciuium ardor praua iubentium,
non uoltus instantis tyranni
mente quatit solida neque Auster
dux inquieti turbidus Hadriae 5
nec fulminantis magna manus Iouis;
si fractus inlabetur orbis,
inpauidum ferient ruinae.
hac arte Pollux et uagus Hercules
enisus arces attigit igneas, 10
quos inter Augustus recumbens
purpureo bibet ore nectar.
hac te merentem, Bacche pater, tuae
uexere tigres indocili iugum
collo trahentes; hac Quirinus 15
Martis equis Acheronta fugit,
gratum elocuta consiliantibus

TESTIMONIA.

cum dicit: iustum — solida' Lactantius instit. diu. V 13 'iustum — solida' Vincentius Bellou. V 70 'uirum iustum et propositi tenacem non ardor ciuium praua iubentium, non uultus — solida' Hildebert. moral. philos. p. 978 7 sq. Hieronymus epist. 6 ad Iulianum (Vallars. I 17[a]) id. epist. 118 ad Iulianum 2 (Vallars. I 787[b]) 'quod in lyrico carmine super iusti praeconio dicitur: si — ruinae' Hieronym. epist. 129 ad Demetrium 7 (Vallars. I 976[a]) 'quem ut Flaccus in lyrico carmine ait: si — ruinae' Hieronym. comment. in epist. ad Ephesios lib. III c. 5 (Vallars. VII 653[c])

VARIA LECTIO.

3 uultis *A*1 uultus *γλτυA*2 tiranni *Au* 5 inqui&is *πa.ras.* hadrie *A*1 adrię *πυ*1*Ac.* 6 magna Iouis manus *ω* manus] domus *G* 7 inlabatur *FγπA*2*λcorr.χ*(*ϱ*) *sch.γλφ*(*interpr.* '*ruat*') illabatur *ς comment. Hieronymus* inlabetur *A*1*λpr.* illabetur *τχ*(*β*) inlabitur *u* orbis] iouis *u*1 8 Impauidum *Aλ* 10 Enisus *Aγλ*'*V*'*u*2*χ*(*αβn*) ['*V*' cum 4 aliis codd. Cr.]. *Ac.* Innisus *Fπτυ*1*ς*(*δϑμρσghs*) *cons. sch.γλφ* (*interpr.* '*incumbens*') (E//nisus *uv* En//ixus *p*) 12 bibet *A*1*γλτυGχ* (*αβϑns*) *comment.* bibit *FπA*2*ςPph.* 13 bache *τ* 14 tygres *F* 15 hac] ac *π* 16 Patris equis *y* (*cod. Barthii*) *Bentl. opp. Ac. Acr. sch. γ et cf.* '**Martis**] *i. e. patria uirtute*' *sch.γ* *uu.* 17—72 *del. Peerlk.* 17 *Porphyrion auctor est, fuisse qui inde ab hoc uersu nouam oden incipere arbitrarentur* eloquuta *Aλ* consilientibus *Fu*

Iunone diuis: 'Ilion, Ilion
fatalis incestusque iudex
et mulier peregrina uertit 20
in puluerem, ex quo destituit deos
mercede pancta Laomedon, mihi
castaeque damnatum Mineruae
cum populo et duce fraudulento.
iam nec Lacaenae splendet adulterae 25
famosus hospes nec Priami domus
periura pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit,
nostrisque ductum seditionibus
bellum resedit: protinus et grauis 30
iras et inuisum nepotem,
Troica quem peperit sacerdos,
Marti redonabo; illum ego lucidas
inire sedes, discere nectaris
sucos et adscribi quietis 35
ordinibus patiar deorum.
dum longus inter saeuiat Ilion
Romamque pontus, qualibet exules
in parte regnanto beati;

TESTIMONIA.

18 sq. 'Ilion — iudex' Porph. ad epist. II 1, 11

VARIA LECTIO.

18 diuis *A* ilion ion π_1 21 qua *Lachmannus* distituit τ destuit ψ_1 22 pancta *Ac.pr.* pacta Ω *Ac.corr.* laumedon A_1 *sch.γ uno loco aut pr. aut corr.* (*opp. duobus aliis locis*) $\chi(\alpha)$ 23 dampnatum $\varphi\psi_2$ dannatum *u* damnatam *Bentl. et Lachmannus* minerue τ 24 popolo λ fraudolento *Ac.* *uu.* 25—28 *del. Linkerus* 25 lacenae $A\lambda\tau\psi u$ lacene φ *lac*ene π 27 Per iura *Fγ* Peiura τ 28 Haectoreis *Fγλ Ac.* 29 sedicionibus λ 30 graues *Fπτu* 32 Troia *Heinsius et Bentl.* 33 ego *om.* τ 34 discere *Fγπτu*ς *Ac.pr. Porph.* A_2 ducere $A_1\lambda\gamma u$*ar.*$\chi(\vartheta\sigma\iota\nu)$ *Ac.corr. sch.γ* ('*deorum conuiuiis etiam interesse permittam*' *Acr. et sch.γ*) *comment.* 35 Sucus τ Succos λu asscribi *u* ascribi $A\lambda$ 36 paciar *Fτ* 37 seuiat $A\pi\varphi u$ 38 portus *u* exules λ 39 regnando *F*

dum Priami Paridisque busto 40
insultet armentum et catulos ferae
celent inultae, stet Capitolium
fulgens triumphatisque possit
Roma ferox dare iura Medis.
horrenda late nomen in ultimas 45
extendat oras, qua medius liquor
secernit Europen ab Afro,
qua tumidus rigat arua Nilus,
aurum inrepertum et sic melius situm,
cum terra celat, spernere fortior 50
quam cogere humanos in usus
omne sacrum rapiente dextra.
quicumque mundo terminus obstitit,
hunc tanget armis, uisere gestiens
qua parte debacchantur ignes, 55
qua nebulae pluuiique rores.
sed bellicosis fata Quiritibus
hac lege dico, ne nimium pii
rebusque fidentes auitae
tecta uelint reparare Troiae. 60
Troiae renascens alite lugubri
fortuna tristi clade iterabitur,
ducente uictrices cateruas
coniuge me Iouis et sorore.
ter si resurgat murus aeneus 65
auctore Phoebo, ter pereat meis

VARIA LECTIO.

41 Insultet *π* 42 Caelent *AFγλπτ* 46 extendet *Ac.* Extendat *Ω* horas *γπτu* quas *ψ* 47 Decernit *π* heuropen *F* europoen *π* affro *u* 50 caelat *Fτ* 51 in humanos usus *τ* 52 dextera *ψ* 53 quacumque *Bentl.* mundi *Aιγ* 54 tangat *γ Bentl.* 55 debachentur *Aλχ* debacchentur *FγπuχPph. Ac.* debachantur *τχ*(*ϱcorr.*) dibachentur *Acr.* 'dicit baccentur' *per err. sch.γ* 56 pluuięq: et rores *u* 57 Set *γ* 60 Tæcta *ψ* 66 Ductore *γ*(*Pulmanni A*) structore *Bentl.* '*auctor tamen Latinum est*' *Peerlk. ad h. l.* phębo *Aγ* phebo *πτ*

litoris Assyrii uiator,
uisam Britannos hospitibus feros
et laetum equino sanguine Concanum,
uisam pharetratos Gelonos 35
et Scythicum inuiolatus amnem.
uos Caesarem altum, militia simul
fessas cohortes abdidit oppidis,
finire quaerentem labores
Pierio recreatis antro. 40
uos lene consilium et datis et dato
gaudetis almae. scimus, ut impios
Titanas immanemque turmam
fulmine sustulerit caduco
qui terram inertem, qui mare temperat 45
uentosum, et urbes regnaque tristia,
diuosque mortalisque turbas
imperio regit unus aequo.
magnum illa terrorem intulerat Ioui
fidens iuuentus horrida bracchiis 50
fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.

VARIA LECTIO.

32 Littoris *ABτu* assirii *ABFγτu* 33 brittannos *AFγ* 35 faretratos *F* 36 scithicum *Aτ* sciticum *πu* annem *u* agmen *y* 37 cesarem *Au* milicia *λ* 38 Fessus *y*(*Leidensis a prima manu et sch. Franekerani*) cohortes] fortis *Pph.* choortes *u* abdidit *AγτχAc. Acr. sch. γbis* addidit *BFuχ*(*β*) *Pph.* reddidit *πpr.?χ*(*δισρι?v*)*y* [1 *Bland.*; '*alii omn.* abdidit'] *Bentl. Peerlk.* redditis *π*(*sed* tis *in ras.*)*χ*(*h et cod. Leidens.*) redditas *y* (ab. oppidis *μ*) opidis *ψ* opibus *τ* *uu.* 39 —52 *om. B* 39 querentem *γu* 40 Pyerio *πλ*2 41 et datis] datis *Pph. om.* et; *itemque hunc locum laudat ad u.* 42 *Porph.* 42 alme *om. γ*1 ut *om. A*1 inpios *λ* 43 Tithanas *A* inmanem *Fπu opp. Pph.* turbam *AγτuGχ*(*βσps*) *Pph. sch. γ* turmam *Fλπς* 45 inhertem *Aγ* 46 uentosum et orbem *Kleeus* uentosum, et umbras *Bentl.* uentosum et undas *Peerlk.* *sed uide mus. Rhen.* 1863, 278 Ventorum *ψpr.* Ventiosum *τ* 47 mortalesque *Fγπτ* et mortales *u* turmas *AFλπGς* turbas *γτuχ*(*αβp*) *sch. γ* 50 bracchiis *φ* brachiis *cett.* 51 intendentes *Ac.* [1 *Bland.*] 52 inposuisse *AFλu* olimpo *AFγπu*

sed quid Typhoeus et ualidus Mimas,
aut quid minaci Porphyrion statu,
quid Rhoetus euolsisque truncis 55
Enceladus iaculator audax
contra sonantem Palladis aegida
possent ruentes? hinc auidus stetit
Volcanus, hinc matrona Iuno et
numquam umeris positurus arcum, 60
qui rore puro Castaliae lauit
crinis solutos, qui Lyciae tenet
dumeta natalemque siluam,
Delius et Patareus Apollo.
uis consili expers mole ruit sua, 65
uim temperatam di quoque prouehunt
in maius; idem odere uires
omne nefas animo mouentis.
testis mearum centimanus * Gyas
sententiarum, notus et integrae 70

TESTIMONIA.

65—68 Hildebertus moral. philos. 976 65 cf. 'gens in se diuisa omnia in se disturbant sua mole ruitura' translatio S. Dionysii Areopagitae c. 2 (Pertz XIII 357) 69 sq. 'Hor. in II carminum: testis — sententiarum' Prisc. VI 84 69 'centimanus gigas' Prisc. XVII 152

VARIA LECTIO.

53 Set *γ* tiphoeus *Fγπ* typheus *λu* typheus *τ* ualidas *τ*1 minas *A*1 54 porphirion *AFγτ* phorphyrion *B* porphion *u* 55 roetus *B* rhetus *F* rethus *uπ*2 puthius *π*1 euolsis *A*1*Fχ* euosis *π* euulsis *A*2 *cett.* ('*A*1 euosis *i.* (*om.* λ) *e. annosis' sch.Fλ*) 56 Encheladus *τu* Encelatis, a1 enceladus *π* 57 pallidis *λ*1 egida *Fu* 59 Vulcanus *ABγλπτu* 59 *sq.* iuno | Et numquam *Fπ* 60 Nunquam *u* umeris *A Pph.* humeris *cett.Ac.* archum *ψ*1 62 Crines *BFπτu* liciae *Fπu* litie *γ* tenet *om.* *π*1 64 patareius *λ*1*u* patereus *γpr.* 65 consiliis *γ* consilii *cett.Ac.Pph.* ruit mole sua *u* mole////ruit sua *λ uu.* 66—68 *om.B* 66 dii *Aγλτu* 68 (omni animo mouentes *Hildeb.*) mouentes *Fγτu* *uu.* 69—72 *del. Hauptius Linkerus alii* 69 Gyas *ω* gigas *ΩV*[*omn. codd. Cr.*] *Ac.* Gyges *Bentl.* 70 sententiarum notus, et *Lambinus*

temptator Orion Dianae,
uirginea domitus sagitta.
iniecta monstris Terra dolet suis
maeretque partus fulmine luridum
missos ad Orcum; nec peredit 75
impositam celer ignis Aetnen,
incontinentis nec Tityi iecur
reliquit ales, nequitiae additus
custos: amatorem trecentae
Pirithoum cohibent catenae. 80

V

Caelo tonantem credidimus Iouem
regnare: praesens diuos habebitur
Augustus adiectis Britannis
imperio grauibusque Persis.
milesne Crassi coniuge barbara 5
turpis maritus uixit, et hostium
(pro curia inuersique mores!)

TESTIMONIA.

71 sq. 'Orion . . . cum uellet cum Diana concumbere, ut Hor. dicit, eius sagittis occisus est' Seru. ad Aen. I 535 item mythographus ap. Mai auct. class. III p. 13 et p. 132 77 Seru. ad Aen. VI 596 'Hor. inextinctum ait Titii iecur' mythogr. ap. Mai auct. class. III p. 190

VARIA LECTIO.

73 montris γ_1 74 Meret $AF\gamma\lambda_1\pi\tau$ partos B partū π_1 75 orchum u 76 inpositam $\gamma\pi\psi$ *Pph.* caeler F aetnen *Pph.* ethnen B aethnen $A_1\gamma\lambda\tau$ aethnam $\pi\varphi\lambda_2$ ęthnan A ethnam u ethan ψ *uu.* 77—80 *del. Peerlk.* 77 nec] aut *Seruius* tycii A tycii λ titii $BF\pi\tau$ γ *in ras.* ψ_2 ticii $\psi_1 u$ titui *Pph.* iecŏr τ 78 Relliquit τ Reliquid $\lambda\chi(\alpha)$ Relinquit $u\varsigma$ *Pph. Bentl.* 80 Perithoum u *Pph.* Piritoum π cathenae F, *om.* B

III 5. AD DIVVM AVGVSTVM $ABF\lambda$ IN HONOREM DIVI (*om.* τ) AVGVSTI $\gamma\tau$ 1 . ęlo γ Celo u credidimus AF credimus π credimus B *Pph. opp. Porph.* (*uaria lectio ex Acronis interpretatione orta esse uideatur*) 2 presens $\gamma\lambda\varphi$ diuus Ω 3 brittannis $A\gamma\psi$ *Ac.* 5 crassis λ in coniuge *Peerlk. non Pph.* 6 ostium λ_1 7 inuersis λ

consenuit socerorum in armis
sub rege Medo Marsus et Apulus,
anciliorum, nominis et togae 10
oblitus aeternaeque Vestae,
incolumi Ioue et urbe Roma?
hoc cauerat mens prouida Reguli
dissentientis condicionibus
foedis et exemplo trahenti 15
perniciem ueniens in aeuom,
si non periret inmiserabilis
captiua pubes. 'signa ego Punicis
adfixa delubris et arma
militibus sine caede' dixit 20
'derepta uidi; uidi ego ciuium
retorta tergo bracchia libero,
portasque non clausas, et arua
Marte coli populata nostro.
auro repensus scilicet acrior 25

TESTIMONIA.

III 5. 10 sq. Cledonius 1898 Seru. ad Aen. VII 188 cf. Florus II 21, 3: 'patriae, nominis, togae, fascium oblitus' et Probus de nomine exc. p. 208 K. 'Lucretius [sic per errorem] metrum custodiens rationem regulae excessit, qui ait anciliorum, uon ancilium' 10 Charis. 62

VARIA LECTIO.

u. 8 *om.* τ aruis *y*(*cod. Altorf.* 1) *coni. Tan. Faber Heinsius Bentl. opp. sch.γ Porph.* *uu.* 9—16 *del. Peerlk.* 9 Marsus *om. B* 10 Anciliorum et n: *Fπ'V'ς Pph. Charisius Cledonius Seruii Reginensis et edit. Dan.* et *om. ABγλιτuGχ*(*σp*) *Seruii Parisinus* 7929 11 aeterne π ueste *Aιπ* 12 Incolomi *λψpr.G* 14 conditionibus *ABγπpr.ψu* 15 Fędis *F* Fedis *A* exemplo trahenti *comment. Canterus Bentl.* '*trahere autem usitatum de contagione*' *Peerlk.* exempli trahentis *Bentl.* exemplo trahentis *Ω sch.γ* exemplum trahentis *Pph.* 16 Pernitiem *γπψιAcr.* Pernetiem *ψι* euū π aeuum *cett.* 17 perirent *Glareanus* perires *Lachmannus* uae miserabilis *Paldamus* iṁiserabilis *B* immiserabilis τ 19 Affixa τu 20 cede *Aπu* 21 Direpta *Ω sch.λφ*[*omn. Bland.*] Derepta *y*(*Pulmanni E*) Arrepta *y*(*Lambini liber* 1) *alterum* uidi *in marg. adscr.* π 22 bracchia *u* brachia *cett. Ac.* 23 eonclusas π clusas χ(δσh)*y* [*cod. Bland. habet* 'clusas'] *opp. Ac.* *uu.* 25—32 *del. Peerlk.* 25 redemptus χ(ϑ) *idem*

miles redibit. flagitio additis
damnum: neque amissos colores
lana refert medicata fuco,
nec uera uirtus, cum semel excidit,
curat reponi deterioribus. 30
si pugnat extricata densis
cerua plagis, erit ille fortis
qui perfidis se credidit hostibus,
et Marte Poenos proteret altero
qui lora restrictis lacertis 35
sensit iners timuitque mortem.
hic, unde uitam sumeret inscius,
pacem duello miscuit. o pudor!
o magna Carthago probrosis
altior Italiae ruinis!' 40
fertur pudicae coniugis osculum
paruosque natos ut capitis minor
ab se remouisse et uirilem
toruos humi posuisse uoltum,
donec labantis consilio patres 45
firmaret auctor numquam alias dato

TESTIMONIA.

27 sq. 'neque — fuco' Acron uolgatus et sch. *γ* ad serm. I 2, 83 29 sq. Seru. ad Aen. II 367 31 sq. 'si — plagis' Seru. ad Aen. VI 27 cf. 'muta quoque animalia cum fraude capiuntur, si aliquo modo se in fugam extricauerint, fiunt postmodo cautiora' Lactantius inst. VI 24

VARIA LECTIO.

in interpretationibus exhibent Acr. et sch.γ Porph. 27 Damnatum *ψ* Dampnum *φ* [dampnum *ubique codd. Cr.*] Dannum *u* nec *γτ* 28 referat *sch.γ ad serm.* I 2 29 semex *A*ι occidit *τ* *uu.* 31—34 *om. B* 31 Sic *y Seruii codices quidam* 33 se dedidit *Bentl.* 34 m*a*r*t*e *F* penos *u* propt& *π* pterit *τ* 36 inhers *π* 36 *sq.* mortem hiuc, unde uitam sumeret aptius *Bentl.* 37 inscius] aptius *uA*ϲ*λuar. πϲφϲψuar.χ*(*δρsυι*)*y* anxius *Kreusslerus* inscius *Acr. et sch.γ Pph.* 38 pacem et duello *Bentl.* 39 cartago *BFπu* cartago *τ* probosis *γ* 40 ruginis *γ* 41 pudice *γ* 43 Ab *ABFλπuGς Pph.* A *γτχ* 44 Toruus *Ω* uultum *ABγλτu* 45 labantes *Fu*τϲ patris *π*

interque maerentis amicos
egregius properaret exul.
atqui sciebat quae sibi barbarus
tortor pararet; non aliter tamen 50
dimouit obstantis propinquos
et populum reditus morantem,
quam si clientum longa negotia
diiudicata lite relinqueret,
tendens Venafranos in agros 55
aut Lacedaemonium Tarentum.

VI

Delicta maiorum immeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
aedisque labentis deorum et
foeda nigro simulacra fumo.
dis te minorem quod geris, imperas. 5
hinc omne principium, huc refer exitum:
di multa neglecti dederunt
Hesperiae mala luctuosae.
iam bis Monaeses et Pacori manus

TESTIMONIA.

III 6. 1 schol. in Verg. georg. I 502 ap. Suringarum hist. crit. schol. II p. 347

VARIA LECTIO.

47 maerentis *B* merentis *Aγλτ* merentes *Fπu* 49 atqui] >qſ (= et quis) *B* 51 obstantis *πχ*(*δh*) obstantes *cett.* prop:] amicos *FπuGλuar.ς*[1 *Bland.*] 52 redditus *ψ* 53 clientium *Fλa.r.π Acr. i.t.* negocia *τ* 54 Disiudicata *Fλ*ιπτι?*χ* *Diiud*icata *τ* relinquerit *B* relinquent *ψ*ι 55 *uenafros τ* uenefranos *u* uenafrenos *Ac.* 56 At *A*ι lacędemonium *γ* lacedomonium *A* lacedemonium *BFλτu*

III 6. AD POPVLVM *ABγ* AD POP: ROMANVM *τ* ITEM AD AVGVSTVM *Fλ* 1 inmeritus *Fπu expos. metr. Pph.* īmeritus *B* meritus *Peerlk.* in meritis *schol. Verg.* 2 refęceris *γ* 3 Aedes *Fγλπτu* Sedes *y* labentis *γπ* labentes *cett.* 4 Faeda *A* fumo simulacra nigro *τpr.* simulachra *π* 5 Diis *Aγλιu* quod] qui *y* quoad *Scheibeus* inperas *λ* 6 Hic *B* Huc *y* 7 Dii *Aγτu* neglecti *Ω* 8 Haesperiae *πψ* 9 monaesis *Aιχ*(*δ*)*V*[*Bland.*] monesis *Bγλπpr.τu*

non auspicatos contudit impetus 10
nostros et adiecisse praedam
torquibus exiguis renidet.
paene occupatam seditionibus
deleuit urbem Dacus et Aethiops,
hic classe formidatus, ille 15
missilibus melior sagittis.
fecunda culpae saecula nuptias
primum inquinauere et genus et domos:
hoc fonte deriuata clades
in patriam populumque fluxit. 20
motus doceri gaudet Ionicos
matura uirgo et fingitur artibus
iam nunc et incestos amores
de tenero meditatur ungui:
mox iuniores quaerit adulteros 25
inter mariti uina, neque elegit
cui donet inpermissa raptim

TESTIMONIA.

10 sq. 'idem (sc. Hor.) iu III (sc. carm.): non — nostris' Prisc. X 25

VARIA LECTIO.

φ2χ Acr. sch.γ bis monessis *πcorr.χ(μν)* moneses *aut* monaeses *G* mones ses *φ* moneses *χ(α1β1)* non esses *ψ* moneses *Pph. genetiuum tuebatur Obbarius nou. ann. philolog.* LVI 117; *frustra: nam Alcaici uersus enneasyllabi uel hendecasyllabi quintam syllabam longam semper uoluit Horatius. Luc. Muellerus de re metr.* 164 10 Inauspicatos *ABλ1u* Non auspicatos *cett.ς Ac. Prisc.* contulit *Fχ* *uu.* 11—13 *om. B* 11 nostris *optimi codd. Prisciani* nostris *uel* nostrorum *Bentl.* predam *λ* 13 Pene *F* Poene *γ* sedicionibus *λ* sæditionibus *τ* 14 dachus *F* et *om. λ* ethiops *BFλπu* *uu.* 15—48 *om. B* 17 Faecunda *λu* culpa *A* secula *ψ1u* 19 clades] labes *Peerlk. opp. Pph.* 20 Impatriam *λ* 22 matura] a matre *Peerlk. opp. sch. γλφ* fingit *γ* frangitur *y* fungitur *y[Mart.] opp. Ac. Acr. sch.γ bis* [3 *Bland.*] artibus *A1γλ1τGχ(s1)*[1 *Bland.*]*Ac. Acr. Pph.* artubus *Fπu γuar.A2ς(αβδϑμϱσghpv)* [2 *Bland. Mart.*] *sch.λφ et hoc praeferendum censet Porphyrion* 23 incestus *τ* 25 querit *τu* 26 elegit *A1πpr. χ(h)* eligit *F* eligit *γλτuA2πcorr. Pph. uide gymnas. Austriac. annal.* 1862, 328 27 intermissa *Aγτχ(σh) Pph. Porph. interpol. Ac.* inpermissa *λπψuGγuar.ς(αδ1ϑμϱgpv)Acr. sch.γbissch.λφ* impermissa *φχ(βns)*

gaudia luminibus remotis,
sed iussa coram non sine conscio
surgit marito, seu uocat institor 30
seu nauis Hispanae magister,
dedecorum pretiosus emptor.
non his iuuentus orta parentibus
infecit aequor sanguine Punico,
Pyrrhumque et ingentem cecidit 35
Antiochum Hannibalemque dirum;
sed rusticorum mascula militum
proles, Sabellis docta ligonibus
uersare glaebas et seuerae
matris ad arbitrium recisos 40
portare fustes, Sol ubi montium
mutaret umbras et iuga demeret
bobus fatigatis, amicum
tempus agens abeunte curru.
damnosa quid non imminuit dies? 45
aetas parentum, peior auis, tulit

TESTIMONIA.

29 sq. 'libertas emitur (coram)] i. e. marito, ut peccante uxore contentus sit tacere propter auaritiam. ut Hor. et non sensurum scio surgat maritus (corrigenda ut exhibent Horati codd.)' schol. Iuuenal. VI 140 36 'Hor. (sc. dixit) acrem tibiam Hannibalemque dirum' Quintilian. inst. VIII 2, 9 41—44 'idem (sc. Hor.) in III carminum: Sol — abeunte nocte' Prisc. VII 82 45—48 Hildeb. moral. philos. p. 982

VARIA LECTIO.

improuisa *y* (*Pulmanni cod. A et Achillis Statii liber*) *cf. etiam auctor epistulae Didonis ad Aeneam u.* 122 *sq.*: '*tibine inpermissus habetur lege pudoris amor*' 28 gaudia] Oscula *u* 29 Set *γ* 30 surgat maritus *sch. Iuu.* seu] cum χ(δσ)[1 *Bland.*] 31 hispaniae $A_2F_1\tau$ 32 praetiosus *Fγ* preciosus *u* p̄ciosus *τ* 34 equor *πu* 35 Pirrum *Fγ* Phyrum λ_1 Pl///rhum *π* et *om. Fπ* cicidit A_2 36 Anthiochum *Aλ* Anthioccum *u* hannabilem *Aγ* annibalem *Fπχ* durum *Fχ*(*μρhν*ι)*y non Ac. Quintil. Bentl.* 37 Set *γ* 39 glebas *AFλπτu Ac.* 41 ubi *π* 43 Bubus $A\gamma\pi\tau u_1 G Ac.\lambda_2$ *Prisciani codd. nonnulli* Bobus $F\lambda_1 u_2$ *Priscianus* 44 curru] nocte *Priscianus* 45 Dampnosa $\lambda_2 u_2\chi$ inminuit *Fλπ Pph.* imminuis *y* 46 prior π_1

nos nequiores, mox daturos
progeniem uitiosiorem.

VII

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
primo restituent uere Fauonii
Thyna merce beatum,
constantis iuuenem fidei
Gygen? ille Notis actus ad Oricum 5
post insana Caprae sidera frigidas
noctes non sine multis
insomnis lacrimis agit.
atqui sollicitae nuntius hospitae,
suspirare Chloen et miseram tuis 10
dicens, ignibus uri,
temptat mille uafer modis.
ut Proetum mulier perfida credulum
falsis impulerit criminibus nimis

TESTIMONIA.

47 sq. 'mox — uitiosiorem' Seru. ad georg. I 24
III 7. 1 'secunda ode: quid — candida' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

47 datura *Seruius opp. Pph.* 48 uiciosiorem *τu*

III 7. AD ASTERIEN (ASTERIEM *τ*) *ABγτ* HAC ODE CONSOLATVR ASTERIĀ DE ABSENTIA (ABSENCIA *λ*) VIRI SVI SIMVLQ. MONET NE ALTERIVS SPECIE DECIPIATVR *λψ* CONSOLATVR PVELLAM DE CONIVGIS SVI DESIDERIO SIMVLQ. MONET NE ALTERIVS SPECIE VEL BLANDICIIS CAPIATVR *φ* (*simillimum in modum δπu*) 1 asteriae *Aψ* asterien *γ* candida *Diomedes opp. Acr. et sch.γ* 2 fauonii *λ* 3 Thina *AFτu* 4 Constanti *ω* fidei *π* fidei *cett. sch.γ*[*Bland.*] fide *y*(*Lambini libri quattuor*) [*cod. Mart.*] *Bentl.* fidi *y* [*Diuae*] fidē *y* (fidī *s*) 5 Gigen *Bπτu* nothis *BλτφuA2π2* iactus *Ac. non Pph. sch.γ* 6 capę *B* sydera *τ* 9 sollicite *Aλ* 10 choen *B* cloen *u* miser/// *A*, ū *ab alt. m.* 12 mille] ille *τ* 13 pretum *τu* p̄tū *π* *Ac.* praetum *F* redulum *B* 14 compulerit *τ* inpulerit *γ* impulerit *cett.*

casto Bellerophonti 15
maturare necem refert.
narrat paene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit apstinens;
et peccare docentis
fallax historias monet; 20
frustra: nam scopulis surdior Icari
uoces audit adhuc integer. at tibi
ne uicinus Enipeus
plus iusto placeat caue;
quamuis non alius flectere ecum sciens 25
aeque conspicitur gramine Martio,
nec quisquam citus aeque
Tusco denatat alueo.
prima nocte domum claude neque in uias
sub cantu querulae despice tibiae 30
et te saepe uocanti
duram difficilis mane.

VARIA LECTIO.

15 bellerophonte A_1 bellerophontę *πpr.*, *sed* ę *in* i *mutata* π bellero fonte $ψ_1$ bellerefonte *B* bello ro phonte λ bellaraphonte τ bellero fonti φ belloro fonti $ψ_2$ belloróphonti *u* bello rophonti γ bellerophonti A_2 (Bellerophonte *fort. datiuus anticus est*) 17 poene γπιτ peleu tarro $π_1$ 18 Magnessem ψ Magnęssam γ hippoliten *AFπ* hipoliten *Bu* hypoliten γ hypolitem λτ fuit γ apstinē *B* abstinens *cett.* 18. 19 dum fugit | Abstinens et pecc: *F* 19 docentes *Fπu* 20 pellax *Bentl. opp. sch.γ* hystorias *F* mouet *Fχ*(μρsνι) *Bentl. non Pph. et uid. Peerlk. ad h. l.* 21 scopuli *B* ikari γ 22 Vocis *Fπχ* Voces *cett.* audit] ludit spernit *A*, *puncta et* spernit *ab alt. m.* spernit χ(*nscorr. Pulmanni AB*) *om. Fπ* (*qui totum uersum pr. om.*) ('*sed nullis ille mouetur fletibus aut uoces ullas tractabilis audit*' *Acr. et sch.γ* = *Vergil. Aen.* IIII 438 *sq.*) intiger *B* 23 Nec *Bπιuχ opp. Ac.* enipheus *ABλy* inipeus π eunipeus *u* 25 aequum *Fπι* equum *cett.* 26 aeque] Neq. A_1B E///q. *A*, E *et lineola infra locum rasum ab alt. m.* Equę *u* 27 equę *u* 28 albeo *B* 29 in uias *om. u* 30 Su cantu A_1 cantū *πa.ras.* quaerulę *Aφ* 31 te *om. γ* sepe *ABγφu* 32 Dura γ

nos nequiores, mox daturos
progeniem uitiosiorem.

VII

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
primo restituent uere Fauonii
Thyna merce beatum,
constantis iuuenem fidei
Gygen? ille Notis actus ad Oricum 5
post insana Caprae sidera frigidas
noctes non sine multis
insomnis lacrimis agit.
atqui sollicitae nuntius hospitae,
suspirare Chloen et miseram tuis 10
dicens, ignibus uri,
temptat mille uafer modis.
ut Proetum mulier perfida credulum
falsis impulerit criminibus nimis

TESTIMONIA.

47 sq. 'mox — uitiosiorem' Seru. ad georg. I 24
III 7. 1 'secunda ode: quid — candida' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

47 datura *Seruius opp. Pph.* 48 uiciosiorem *τu*

III 7. AD ASTERIEN (ASTERIEM *τ*) *ABγτ* HAC ODE CONSOLATVR ASTERIĀ DE ABSENTIA (ABSENCIA *λ*) VIRI SVI SIMVLQ. MONET NE ALTERIVS SPECIE DECIPIATVR *λψ* CONSOLATVR PVELLAM DE CONIVGIS SVI DESIDERIO SIMVLQ. MONET NE ALTERIVS SPECIE VEL BLANDICIIS CAPIATVR *φ* (*simillimum in modum δπu*) 1 asteriae *Aψ* asterien *γ* candida *Diomedes opp. Acr. et sch.γ* 2 fauoni*i* *λ* 3 Thina *AFτu* 4 Constanti *ω* fide*i* *π* fidei *cett. sch.γ*[*Bland.*] fide *y*(*Lambini libri quattuor*) [*cod. Mart.*] *Bentl.* fidi *y*[*Diuae*] fidē *y* (fidī *s*) 5 Gigen *Bπτu* nothis *BλτφuA2π2* iactus *Ac. non Pph. sch.γ* 6 capę *B* sydera *τ* 9 sollicite *Aλ* 10 choen *B* cloen *u* miser/// *A*, ū *ab alt. m.* 12 mille] ille *τ* 13 pretum *τu* p̄tū *π* *Ac.* praetum *F* redulum *B* 14 compulerit *τ* inpulerit *γ* impulerit *cett.*

casto Bellerophonti 15
maturare necem refert.
narrat paene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit apstinens;
et peccare docentis
fallax historias monet; 20
frustra: nam scopulis surdior Icari
uoces audit adhuc integer. at tibi
ne uicinus Enipeus
plus iusto placeat caue;
quamuis non alius flectere ecum sciens 25
aeque conspicitur gramine Martio,
nec quisquam citus aeque
Tusco denatat alueo.
prima nocte domum claude neque in uias
sub cantu querulae despice tibiae 30
et te saepe uocanti
duram difficilis mane.

VARIA LECTIO.

15 bellerophonte A_1 bellerophonte πpr., *sed* e *in* i *mutata* π bellero fonte ψ1 bellerefonte *B* bello ro phonte λ bellaraphonte τ bellero fonti φ belloro fonti ψ2 belloróphonti *u* bello rophonti γ bellerophonti A_2 (Bellerophonte *fort. datiuus anticus est*) 17 poene γπ1τ peleu tarro π1 18 Magnessem ψ Magnessam γ hippoliten *AFπ* hipoliten *Bu* hypoliten γ hypolitem λτ fuit γ apstinē *B* abstinens *cett.* 18. 19 dum fugit | Abstinens et pecc: *F* 19 docentes *Fπu* 20 pellax *Bentl. opp. sch.γ* hystorias *F* mouet *Fχ*(μρsν1) *Bentl. non Pph. et uid. Peerlk. ad h. l.* 21 scopuli *B* ikari γ 22 Vocis *Fπχ* Voces *cett.* audit] ludit *A*, *puncta et* spernit *ab alt. m.* spernit *χ*(*nscorr. Pulmanni AB*) *om. Fπ* (*qui totum uersum pr. om.*) ('*sed nullis ille mouetur fletibus aut uoces ullas tractabilis audit*' *Acr. et sch.γ* = *Vergil. Aen.* IIII 438 *sq.*) intiger *B* 23 Nec *Bπ1uχ opp. Ac.* enipheus *ABλγ* inipeus π eunipeus *u* 25 aequum *Fπ1* equum *cett.* 26 aeque] Neq. A_1B E///q. *A*, E *et lineola infra locum rasum ab alt. m.* Equę *u* 27 equę *u* 28 albeo *B* 29 in uias *om. u* 30 Su cantu A_1 cantū *πa.ras.* quaerulę *Aφ* 31 te *om. γ* sepe *ABγφu* 32 Dura γ

VIII

Martiis caelebs quid agam Kalendis,
quid uelint flores et acerra turis
plena miraris positusque carbo in
caespite uiuo,
docte sermones utriusque linguae? 5
uoueram dulcis epulas et album
Libero caprum prope funeratus
arboris ictu.
hic dies anno redeunte festus
corticem adstrictum pice dimouebit 10
amphorae fumum bibere institutae
consule Tullo.
sume, Maecenas, cyathos amici
sospitis centum, et uigiles lucernas
perfer in lucem; procul omnis esto 15
clamor et ira.
mitte ciuilis super urbe curas:
occidit Daci Cotisonis agmen,

TESTIMONIA.

III 8. 1 Serv. ad Aen. VIII 638 praem. 'tertia ode' Diomed. 525 5 'haec solertem ut Hor. docte sermones utriusque linguae' Donat. ad Terent. eunuch. III 2, 25 9—11 'Hor. in III carminum: hic — amphorae' Prisc. XVII 161

VARIA LECTIO.

III 8. AD MECENATEM (MEC: *AFγλτ*) *ABFγλτ* *hoc carmen Horatio abiudic. Peerlk.* 1 . artiis *γ* celebs *AFλπu exp. metr. Ac. alt. l.* caeleps *γ Porph.* celeps *Ac. alt. l. sch.γλφ* calendis *τ* 2 et *om. π* thuris *u* 3 in *om. ABλGχ* 3 *sq.* carbo | In cespite uiuo *Fγπτu* 4 Cespite *aut* cespite *AFγλτu* 5 sermones *τχ(spr.? vpr.) Donatus* sermonis *V*[*codd. Bland.*] (*sed uid. mus. Rhen.* 1863, 282) sermonis *cett.G Ac. Acr.i.t. sch.γi.t. Porph.* lingue *Aιγλι* 6 dulces *Fu* 10 Corricē *B* astrictum *u* demouebit *Prisciani unus cod. non Ac.* 11 Amphore *Aι* Anphorae *Fπ* Anforae *Bγ* institute *Aι* 13 mecenas *AFτu* ciatos *Fu* ci///athos *π* 14 Hospitis *χ(δ) opp. Ac. sch.γ* uigilas *γ* 15 Profer *τχ(hv)* ('Perfer] *i. e. ducamus insomnem noctem' sch.γ*) 17 ciuiles *AFγλπτu* 18 dacci *u* cotisontis *y*

Medus infestus sibi luctuosis
dissidet armis, 20
seruit Hispanae uetus hostis orae
Cantaber sera domitus catena,
iam Scythae laxo meditantur arcu
cedere campis.
neclegens, ne qua populus laboret, 25
parce priuatus nimium cauere et
dona praesentis cape laetus horae ac
linque seuera.

VIIII

Donec gratus eram tibi,
nec quisquam potior bracchia candidae
ceruici iuuenis dabat,
Persarum uigui rege beatior.
'donec non alia magis 5

TESTIMONIA.

21 sq. 'seruit Hispan(a)e uetus hostis orae Cantaber s. d. c.' sch. γ in epist. I 18, 55

III 9. 1 Victorinus 2567 praem. 'quarta ode' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

19 infestis *τy Pph. Bentl.* infestus *cett. Ac. sch.γ* luctuosus *y Bentl.* 21 hispaniae *A1 Porph.* horę *πφ* 22 cathena *ψ* catina *γpr.* 23 scythe *λ* scithae *BF* scytę *γ* scitę u *uu.* 25—28 *del. Linkerus* 25 Negligens *Bλuπcorr.* Neglegens *cett.* 26 et *om.* *χ(p)yω* 27 presentis *φ* rape *Fuχ(δμhs)* spe *πpr.* cape *cett. πcorr. GV* [*omn. Bland.*] letus *A1γu* loetus *ψ1* Ac *A* (cape l: horae | Ac linque s: *A*) ac *y*(rape laetus horæ ac *Pulmanni A*)ω et *χ(α) Bentl. om. BFγλπτuGς*

III 9. AD LYDIAM (LID: *Bλτ*) MERETRICEM (MERITR: *B*) *ABλτ* AD LIDYAM MERETRICEM ANTAPODICE *γ* ANTAPODOTICE (ANTAPOPOT: *φ*) *F* ANTOPODOTICE AD LYDIĀ ET LYDIAE AD SE *π* 1 . onec *γ* 2 Ne *A1* bracchia *u* brachia *cett.* candide *A1γλ* 5 aliam *uχ(δ2ρ1gpv1) sch.λφ bis* (*accusatiuum test.*) *Bentl. non GV* [*omn. Bland.*] *Pph.* (*nihil de hac uoce Acr. et sch.γ*) ['*omnia scripta nostra habent* alia, *praeter Maldeg. quae habent* aliā, *cum uulgatis*' *Cr.*]

arsisti, neque erat Lydia post Chloen,
multi Lydia nominis
Romana uigui clarior Ilia.'
me nunc Thraessa Chloe regit
dulcis docta modos et citharae sciens, 10
pro qua non metuam mori,
si parcent animae fata superstiti.
'me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornyti,
pro quo bis patiar mori, 15
si parcent puero fata superstiti.'
quid si prisca redit Venus
diductosque iugo cogit aeneo,
si flaua excutitur Chloe
reiectaeque patet ianua Lydiae? 20
'quamquam sidere pulchrior
ille est, tu leuior cortice et improbo
iracundior Hadria:
tecum uiuere amem, tecum obeam libens.'

TESTIMONIA.

9 sq. 'Hor. in III carminum: me — sciens' Prisc. XVIII 194

VARIA LECTIO.

6 nec *γτu* lidia *AFu* cloen *Fπu Ac.* 7 lidia *AFγπu* 8 Romanę *πι* Ilia] ulla *F* illa *π, uar.* ilia 9 thraessa *B* thressa *Aγλ τφπ2ψ2G Acr. Priscianus* thessa *πι* thresa *ψι* trhessa *u, cf. Fleckeiseni libellus, quem inscripsit* 50 *Artikel etc. p.* 30 chressa *φ2χ(α)* cressa *y* cloe *Fu* riget *Fλπuχ* reget *χ(σ)* regit *test. sch.γ* 10 Dulces *u Prisc.* citharе*Aι* cytharae *γπτ* chytharae *φ* 11 Proqua *π* 14 Thurini *γπ τuς Ac.pr. sch.γ Porph.* Turini *F* Thyrini *Bλ* Thirini *Ayuar.* chalais *ABγπτ* orniti *AιFλιπu* 17 Quodsi *Aιγ Ac. non Pph.* 18 Deductos *Bλιψι Pph.* (*nisi quod* deductus *Pph.*) *opp. sch.γ interpr.* '*diuisos*' 19 cloe *Fπu* 20 Reiecte *Aιγ* reiecto *Peerlk.* lidiae *AFγλπu* 21 Quamuis *Fπuλuar.χ(μρσghs)* ('Quamquam] *quamuis*' *sch.γ* sydere *τψ2* pulcrior *Fu* clarior *Pph.* (*natum ex* III 1, 42 sidere clarior *et* III 9, 8 *et propter hoc damnandum; probabat Paulyus*) 23 adria *Fπ*

X

Extremum Tanain si biberes, Lyce,
saeuo nupta uiro, me tamen asperas
porrectum ante fores obicere incolis
plorares Aquilonibus.
audis quo strepitu ianua, quo nemus 5
inter pulchra satum tecta remugiat
uentis, et positas ut glaciet niues
puro numine Iuppiter?
ingratam Veneri pone superbiam,
ne currente retro funis eat rota. 10
non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
o quamuis neque te munera nec preces
nec tinctus uiola pallor amantium
nec uir Pieria paelice saucius 15

TESTIMONIA.

III 10. 'Ad Lycen loquitur, de cuius superbia in tertio questus est in illa ode cuius initium est: extremum — biberis Lyce' Porph. ad c. IIII 13 in. 'ei autem (sc. meretrici) insultat, de cuius superbia fuerat questus in illa ode: extremum Tanaym si biberes Lice' schol. γ ad c. IIII 13 in. 1 'quinta ode: extremum — Lyce' Diomed. 525 14 Seru. ad ecl. 2, 47

VARIA LECTIO.

III 10. AD LYCEN (LICEN τ) *ABτ* AD LICĒ (LINCĒ γ) SVPERBAM IN AMANTES *Fγλ* *hoc carmen Horatio abiudicabat Schwenckius mus. Rhen.* XV 245 1 biberis *A₁B Pph. opp. exp. metr. Ac.* lice *AFλπτu exp. metr.* 2 Seuo *Aλπτu* asperas *om.* τ 3 proiectum *Bentl.* obiicere τ 4 Ploralis *B* 6 pulcra *Bu* plura *y* satum *A₁* (*ut uid.*) *Bγλπ₁?τGχ Acr. sch.γ bis* situm *Fuπ₂χ*(*α₁βcorr. δ₁ϑμρσcorr.s₁v*)*y Pph. sch.λφ* sacrum *A₂*(*π₁ erasum*) 6 *sq.* remugiat? sentis et positas ut glaciet niues *Bentl.*, *sed simillimum zeugma inuenitur c.* II 1, 21 *sqq.* remugiat, uentis et pos: ut gl: n: *Peerlk.* 7 glatiet *u* glacie *π* 8 puro numine] duro n: *Bentl.* puro lumine *Scaliger* puro et lumine *Peerlk. opp. sch.λφ* 10 Nec *B Ac.* rota funis eat retro *y Bentl.* funis *A* funus *φa.r.* 11 Non in te *B* penelopem *λ₁* penelopin *π* difficile *ψ₁* 12 Thirrenus *A* Tyrhenus *B* Tyrrenus *F* Tirrenus *u* 14 nec] et *Seruius Dan.* 15 paelyce *γ* pelice *AFπτu* sautius *Au*

curuat, supplicibus tuis
parcas, nec rigida mollior aesculo
nec Mauris animum mitior anguibus.
non hoc semper erit liminis aut aquae
caelestis patiens latus. 20

XI

Mercuri (nam te docilis magistro
mouit Amphion lapides canendo)
tuque testudo resonare septem
callida neruis,
nec loquax olim neque grata, nunc et 5
diuitum mensis et amica templis,
dic modos, Lyde quibus obstinatas
applicet auris,
quae uelut latis equa trima campis
ludit exultim metuitque tangi, 10
nuptiarum expers et adhuc proteruo
cruda marito.
tu potes tigris comitesque siluas

TESTIMONIA.

III 11. 1 'sexta ode: Mercuri — magistro' Diomed. 525.

VARIA LECTIO.

16 *Curuet* u_2 suplicib: π 17 esculo *u* 18 Marsis *Heinsius* animum *ABF*π_1*G*χ(*δρns, non σ ut referunt*) *Porph.* animo $\gamma\lambda\tau u$ $\pi_2\chi$ 19 Nec τ luminis *γa.r.* 20 Celestis λu paciens τ

III 11. AD MERCVRIVM *ABτ* PROSPHONETICE MERCVRIO LYRAEQ. (LIRAEQ. *γ*) *Fγλ* *Horatio abiudic. Schwenckius* 1 Mercurii λ_1 2 anphion πu *uu.* 3—6 *del. Peerlk. quod commentator eos non legisse uideretur opp. Acr. et sch.γ Porph. sch.λφ* 3 Teque *Pph.* 7 lide $\pi\tau\psi$ lide *u* 8 Adplicet *γπ Ac. Acr. cf. Seruius ad Vergil. Aen.* I 616: '*adplicat secundum praesentem usum per d prima syllaba: secundum antiquam autem orthographiam . . . per p*' aures *Fλu* 9 aequa $\pi\psi$ 10 me///tuitque tangi φ me///tuitque tangi/// ψ 13 tygris φ tigres *Bu* comitis ψpr.

ducere et riuos celeres morari;
cessit immanis tibi blandienti 15
ianitor aulae
Cerberus, quamuis furiale centum
muniant angues caput eius atque
spiritus taeter saniesque manet
ore trilingui. 20
quin et Ixion Tityosque uoltu
risit inuito, stetit urna paulum
sicca, dum grato Danai puellas
carmine mulces.
audiat Lyde scelus atque notas 25
uirginum poenas et inane lymphae
dolium fundo pereuntis imo
seraque fata,
quae manent culpas etiam sub Orco.
impiae: nam quid potuere maius? 30
impiae sponsos potuere duro
perdere ferro.
una de multis face nuptiali
digna periurum fuit in parentem
splendide mendax et in omne uirgo 35

VARIA LECTIO.

14 celebres λ 15 inmanis *AFπu Porph.* īmanis *B* blandientis λ *uu.* 17—20 *del. Buttmannus Naekius Peerlk. Eichstadius G. Hermannus Meinekius Hauptius Luebkerus Linkerus alii* 17 quauis τ eius atque] exeatque *Bentl.* aestus atque *Doeringius* illi et usque *Froehlichius* (eius *Ac.*) 19 ēeī *B* teter *AFλπu* 21 yxion *F* exion γ titiosq. *u* ticiosq. τ tityos^q *A, punctum et* v *et* q *ab alt. m.* uultu *ABγλτu* ['Tityosque uoltu' *Bland.*] 22 inuita *B* inytto γ inuito///tatit π 23 danii γ 24 mulcet γ 25 lide ψιu lyde π Lyde sc:] scelus lide *u* 26 penas *u* penas *A om.* τ limphae *Aψu* 27 per euntes *F* 28 faeta λ 29 culpis π *uu.* 30. 31 *inuerso ordine in B test. Rittero* 30 Impie *Aιψι* 31 Impie *Aιψι* ['nam quid potuere maius impiæ? *sic habent codices Bland. ut interrogationis nota subsequatur τὸ* impiae'] putuere *B* 31. 32 potuere ferro | Perdere duro *u* 34 periuram *Aι* periurium *B test. Rittero* per iurium ψ per uirū φ

nobilis aeuom,
'surge' quae dixit iuueni marito,
'surge, ne longus tibi somnus, unde
non times, detur; socerum et scelestas
falle sorores, 40
quae, uelut nanctae uitulos leaenae,
singulos eheu lacerant: ego illis
mollior nec te feriam neque intra
claustra tenebo.
me pater saeuis oneret catenis, 45
quod uiro clemens misero peperci;
me uel extremos Numidarum in agros
classe releget.
i pedes quo te rapiunt et aurae,
dum fauet nox et Venus, i secundo 50
omine et nostri memorem sepulchro
scalpe querellam.'

TESTIMONIA.

37—39 cf. Auson. ephemer. 17 sqq. 'surge nugator lacerande uirgis; surge, ne longus tibi somnus, unde non times, detur: rape membra molli, Parmeno, lecto!' 47 sq. Seru. ad Aen. I 39. VI 1 51 sq. 'licet haec antiquitas per ἀποκοπὴν i. e. ablata I littera enuntiauerit, ut ipse de se Hor. . . . uatis Horati memorem sepulchro scalpe querellam' incerti grammatici fragm. de nomine et pronomine (ed. Eichenfeld.) § 2

VARIA LECTIO.

36 aeuo $B\chi(\varrho 2$ euo $\mu 2)$ euum *u* aeuum *rell.* 37 quae *om. B* mar to φ marto ψ 38 sonnus *u* 41 Quc *F* nanctae $\pi\iota$ *Porph.* nac te γ nactae *cett.* leenae *ABτ* laeenae γ 42 ehu λ 43 te *om. u* nec $\gamma\tau\chi$ *uu.* 45—52 *del. Linkerus* 45 seuis *Απυτcorr.* onerat *B* cathenis ψ 46 demens *y* 48 relig& π *uu.* 49—52 *del. Peerlk. imitatus est Ausonius profess.* VII 17 *sq.* 49 rapient *y* aure *A* 50 i *om.* $\pi pr.u\chi$ 51 sepulcro *BFu* 52 Sculpe $u\pi\varkappa\chi(\alpha\vartheta\mu\varrho sncorr.)$ Scalpe *cett.GV* [*codd. Bland.*] *grammaticus anonymus* ς ('Scalpe] *caela sculpe' sch.γ*) *ceterum cf. Fea ad h. l.* querellam $\pi\iota$ *grammaticus anonymus* $\chi(\beta)$ quaerelam λ querelam *cett.*

XII

Miserarum est neque amori
dare ludum neque dulci
  mala uino lauere aut exanimari
  metuentis patruae uerbera linguae.
tibi qualum Cythereae 5
puer ales, tibi telas
  operosaeque Mineruae studium aufert,

TESTIMONIA.

III 12. 1—4 Fortunatianus 2704 Terentian. 2429 Victorin. 2567 praem. 'libro tertio . . . in duodecima ode inuenimus' Victorin. de metr. Hor. 2618 Hi omnes in discriptione carminis consentiunt cum Acr. et sch. γB 1 sq. Victorin. 2496. 2537 sq. Fortunat. 2695 Diomed. 510 praem. 'septima ode' Diomed. 525 'miserarum — ludum' Plot. 9, 13 2 sq. 'neque dulci — lauere' Seru. ad Aen. X 727 4 Rufinus de metr. p. 2726. 2727 bis schol. Pers. 1, 11 Censorini fr. de metr. 2, 7 Acron uolgatus ad serm. II 3, 88 non sch. γ cf. Priscian. perieg. 1034: 'psittacus . . . humanae simulat qui uerbera linguae'

VARIA LECTIO.

III 12. SVAVEM VITAM NON ESSE SINE IVCVNDITATE (IOC: τ) ET AMORE *ABτ* PARANETICE AD NEOBVLEN (NEVLEN φ NEVBVLEN ψ) SVAVEM VITAM NON ESSE SINE IVCVNDITATE ET AMORE *F1* PARANETICE AD NEOBVLEM γ '*Hoc metrum constat Ionico (ex Ionico B) minore et est duobus primis uersibus trimetrum:* Miserarum est. neque amori. dare ludum . . Neque dulci. mala uino. lauere aut ex. *tertius uero tetrameter scanditur ita:* Animari. metuentis. patru(a)e uer. bera linguae' *Acr. et sch.γB In libris tales discriptiones inueniuntur:* Miserarum — Neque — animari — Tibi — Tibi — Studium — Simul — uit — leroph: — Catus — Agitato — Celer — *A1B* [*item 'V'*]; *simillimum in modum, sed* Lauit *et* Belleroph: *FγτA2* Miserarum — Neque — Exanimari — Verbera — Tibi — Tibi — Studium — Nitor — Simul — Lauit — Belleroph: — Segni — Catus — Agitato — Celer — Excipere — *λπ, item nisi quod* Pede, *non* Segni *u* *Nos secuti sumus Rossbachium Westphalumque de re metr. Graecorum* III 308 1 Miserorum *λ* nec amori *γχ(αβnp) sch.γ alt. l. opp. sch.γ alt. l. et Acr.* 2 dari *π1* . 3 *sq.* animari — linguae *om. B in contextu, sed adsunt in expositione metrica codicis B* 4 metuentis *Bπτχ Rufinus sch. Pers. Acr.* metuentis *A* metuentes *cett. Ac.* patrie *Aπ* patriæ *φ* 5 cythareæ *Aτ* cithereae *u* 6 telas *F*

Neobule, Liparaei nitor Hebri,
simul unctos Tiberinis
umeros lauit in undis, 10
eques ipso melior Bellerophonte,
neque pugno neque segni pede uictus;
catus idem per apertum
fugientis agitato
grege ceruos iaculari et celer alto 15
latitantem fruticeto excipere aprum.

XIII

O fons Bandusiae splendidior uitro,
dulci digne mero non sine floribus,
cras donaberis haedo,
cui frons turgida cornibus
primis et uenerem et proelia destinat; 5
frustra: nam gelidos inficiet tibi

TESTIMONIA.

III 13. 1 praem. 'octaua ode' Diomed. 525 3 Victorin. 175 G.

VARIA LECTIO.

8 neobule *Fπ* neobule *γ* neobole *λ* neobolae *Aτ* neubole *u* Liparaei nitor] lentor (e *in* i *mutata est*) *B* liparei *AFγλπτu* 10 unctus *Pph.* humeros *Apr.*(*corr. ead. m.*)*Fλπτu* 11 la | *la*Vit *A* eques *π* aequus *λ* equis *Bγ* Bellerophonte *Aγ* Bellerofonte *Bλφ* Bellorofonte *ψ* Bellaraphonte *τ* Bellorophonte *π Ac.* 12 signi *γ* pedis ictu *Seyffertus* 14 fugientes *u* 15 et *om. ABλ*1*χ*(*ρ*)*y* alto *ABγτGλ*2*ς sch.γ i.t. comment.* arto *Fλ*1*π' V'χ*(*μρσs*) *sch.λφ* arcto *uχ*(*αν*) *cf. Hom. Il. Λ* 415 *βαθείης ἐκ ξυλόχοιο*

III 13. AD FONTEM BANDVSIAE *ABτ* PROSEVTICE IN FONTEM BANDVSINV̄ (PANDVSINV̄ *γ*) QVI EST (ES *γ*1) IN SABINIS *Fγλ* 1 bandusiae *ABFλπτu V*[*omn. codd. Cr.*]*ς Ac. Acr. et sch.γ Pph. Porph. sch.λφ* bantdusie *expos. metr.* blandusiae *γχ*(*β*)*yω Diomedes. Fea contulit priuilegium Paschalis* II *anno* 1103 *scriptum, ubi legimus 'de castello Bandusii' et 'in Bandusino fonte apud Venusiam'* splendior *λ*1 3 aedo *Bχ* hedo *A* hedo *πτu* 4 fons *B* 5 et p̄lia et uenerem *B* p̄lia *ABπu* prelia *λ* 6 Fronstra *Apr., corr. ead. m.* inficet *B*

rubro sanguine riuos
lasciui suboles gregis.
te flagrantis atrox hora Caniculae
nescit tangere, tu frigus amabile 10
fessis uomere tauris
praebes et pecori uago.
fies nobilium tu quoque fontium,
me dicente cauis impositam ilicem
saxis, unde loquaces 15
lymphae desiliunt tuae.

XIIII

Herculis ritu modo dictus, o plebs,
morte uenalem petiisse laurum,
Caesar Hispana repetit penatis
uictor ab ora.
unico gaudens mulier marito 5
prodeat iustis operata diuis
et soror clari ducis et decorae

TESTIMONIA.

III 14. 1 praem. 'nona ode' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

8 soboles *τu* 11 uomere] subuomere *Fπ* 12 Prebes *τu* 13 foncium *λ* 14 inpositam *Au* īpositam *B* 16 Limphae *γu* Nimphae *Fπχ* (nymphas *Porph. i. t.*) *recte sch.λφ* dissiliunt *y*

III 14. AD POPVLVM ROMANVM *ABτ* PARANETICE CIVIBVS IN AVGVSTVM (*cett. om. γ*) VICTOREM EX HISPANIA REDEVNTEM *Fγλ* *Peerlk. totum carmen interpolatum esse duxit, Duhamelius uu.* 21—28 *Horatio abiudicabat* 3 Cesar *u* hispania *τ* penates *BF γπτu* 4 hora *u* 6 diuis *Fγτuλuar.πuar.ς Ac. Acr. et sch.γ* ('*operationes ueteres sacrificia dixerunt, iustos uero diuos, quamuis generaliter dici possint, nunc tamen specialiter* [*spet: Acr.*] *posuit . . .*' *Acr. et sch.γ*) *Pph. Porph.* sacris *ABλπGφuar.χ*(*βθnp*) [2 *Bland.*] *sch.λφ* castis operata sacris *Bentl. coni.* 7 cari *Fπχ*(*δμρσ*) *Pph.* clari *cett. πuar.φuar. sch.γ i.t.* decore *Fπ*

supplice uitta
uirginum matres iuuenumque nuper
sospitum. uos, o pueri et puellae 10
iam uirum expertae, maleominatis
parcite uerbis.
hic dies uere mihi festus atras
eximet curas: ego nec tumultum,
nec mori per uim metuam tenente 15
Caesare terras.
i pete unguentum, puer, et coronas
et cadum Marsi memorem duelli,
Spartacum si qua potuit uagantem
fallere testa. 20
dic et argutae properet Neaerae
murreum nodo cohibere crinem;

TESTIMONIA.

13 sq. 'Hor. in IIII carminum: hic — curas' Prisc. XVII 162
19 sq. Charis. p. 66

VARIA LECTIO.

8 Simplice uita *y* uita *λπuar.χ(spr.)* tuta *Fπχ sch.λφ(interpr. 'secura')* ('uitta] *al tuta, ut sit ordo: et soror clari ducis tuta suplice decore'* [!] *sch.γ recte Acr. et sch.γ alt. l.*) 11 Iam *Ω Porph. Ac. Acr. et sch.γ(interpr. 'nuptae')* non *Bentl.* expte *A* expertes *editores aliquot* male ominatis *γG 'V'χ(βιhpvs2) Porph. Acr. et sch.γ?* ('Male nominatis parcite uerbis] *siue quia pro festiuitate dierum feriae* [*fieri sch.γ*] *indicebantur et abstinebatur a litibus iurgiisque siue quia in sacrificiis praecepto silentio bona omina habere iubebantur* [*uedebantur sch.γ*] *ne* [*nec sch.γ*] *incaute* [*in ciuitate Acr. sch.γ*] *loquentes uerbis omina facerent. ideo nunc parcite malis uerbis i. e. malis ominibus* [hom: *Acr. pr. sch.γ*]' *Acr. sch.γ* — 'male ominatis] *i. e. maledictis, al* nominatis' *sch.γ*) male///ominatis *Aτ* male nominatis *BFλπuγuar. ς Ac. Pph. ω* maled ominatis *Muretus* male inominatis *Bentl.* 14 Exiget *B* Exigit *π Priscianus cons. sch.λπφ(interpr. 'expellit')* Eximet *cett. πuar. Ac.* 16 Cesare *Au* 18 cadũ *π* marsi *π* mersi *B*

19 Spartachum *ψ1* Spartag//m *π*, g *in ras.* uagacem *Charisius opp. Ac. Pph.* 21 argute *γφ* argutem *ψ* ne ere *A* ne eere *γ* neare *B* nereę *u* 22 Mirreum *u* (murreus *sch.λφ i. t. sed sch.γ: 'mirra perfusum'*) [*omn. Bland.* 'Mureum' (*sic Cr.*)] cohibente *Muretus Bentl. Meinekius* crimen *γ*

si per inuisum mora ianitorem
fiet, abito.
lenit albescens animos capillus 25
litium et rixae cupidos proteruae;
non ego hoc ferrem calidus iuuenta
consule Planco.

XV

Vxor pauperis Ibyci,
tandem nequitiae fige modum tuae
famosisque laboribus;
maturo propior desine funeri
inter ludere uirgines 5
et stellis nebulam spargere candidis.
non, si quid Pholoen satis
et te, Chlori, decet: filia rectius
expugnat iuuenum domos,
pulso Thyias uti concita tympano. 10
illam cogit amor Nothi
lasciuae similem ludere capreae:
te lanae prope nobilem
tonsae Luceriam, non citharae decent

TESTIMONIA.

27 sq. Seru. ad Aen. V 172. VII 435 28 cf. 'Oratius. defusam c̄sule planco amforam' schol. Lucan. IIII 379 [cod. Paris. 7900ᵃ] (confudit hunc locum cum c. IIII 5, 33 sq.: prosequitur mero defuso pateris)

III 15. 1 Victorinus 175 G. praem. 'decima ode' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

25 capillos τ 27 callidus *u a.ras.*

III 15. AD CHLORIDEM (CHLORIDEN τ) *ABτ* MENTICE AD CHLORIDEM (CHLORIDE γ) *Fγλ* 1 . xor γ ybici λ ibici πu 2 Tamdem π pone γτχ(αβnp)y fige *cett.* [*omn. Bland.*] *Ac. Pph.* 8 chlore *ABτ* chlore γ clori πu cholori ψ dece π 9 domus *Pph.* domos Ω *sch.*γ 10 thyias *A* thiyas *B* thyas *Fγ* thias λπτu timpano *u* timphano *Fπ* 11 nothy γ 13 lane γ 14 lucernam γι(*ut uid.*) cithare *B* cytharae *Fπτ* cythare γ

nec flos purpureus rosae 15
nec poti uetulam faece tenus cadi.

XVI

Inclusam Danaen turris aenea
robustaeque fores et uigilum canum
tristes excubiae munierant satis
nocturnis ab adulteris,
si non Acrisium uirginis abditae 5
custodem pauidum Iuppiter et Venus
risissent: fore enim tutum iter et patens
conuerso in pretium deo.
aurum per medios ire satellites
et perrumpere amat saxa potentius 10
ictu fulmineo: concidit auguris
Argiui domus ob lucrum
demersa exitio; diffidit urbium

TESTIMONIA.

III 16. 1 Seru. ad georg. III 173 praem. 'undecima ode' Diomed. 525 cf. Hieronym. epist. ad Gaudentium: 'quod didicerunt secreto, docent inclusamque Danaen uulgi sermonibus uiolant' 8 'unde eleganter Hor.: uerso in pretium deo' mythogr. III tract. 3, 5 ap. Mai auct. class. III 173 9—11 'aurum — fulmineo' Hildebert. moral. philos. p. 978 13 sq. 'Hor. in III carm.: demersa — aemulos' Prisc. X 25

VARIA LECTIO.

uu. 15. 16 *inuerso ordine in Bλ* 15 Ne *τ* 16 po///ti *γ* uetulam *uχ(αsv Pulmanni A) comm. Cr. cons. Porph. in priore adnotationis parte* uetula *ABFγλπτGς[1 Bland.] Acr. et sch.γ Pph. et Porph. in altera scholii parte sch.λφ* fece *πτuψ2*

III 16. AD C. MECENATEM *Aτ* AD MAECENATEM *B* YPOTETICE MECENATI *Fλ* AD MECENATEM HYPOTHETICE *γ* 1 danain *τ* ahenea *Diomed.* enea *A* aenea *Pph. Ac. Seruius* 2 uigilium *πa.ras.τcorr.* 3 Tristis *λπ* Trist//s *ψ* exuuiae *B* 4 ab ad:] adulteriis *F* ab *ad*ulteris *π* 6 Custodem~~que~~ *ψ* pa*u*idum *π* rabidum *Pph.* iupiter *Bγψ* *uu.* 7—27 *om. B* 7 Risisent *ψ1* risisset *Bentl.* fori *π* 8 prae//ium *λ* praetium *AF* 10 (potentis *Hildebert.*) 11 concidit — 15 muneribus *subditicia iudicat Peerlk.* 12 oblocrum *ψ*, v *ab alt. m.* 13 Dimersa *Aπτuχ(δgnsv)* Demersa *sch.γ*(?,

portas uir Macedo et subruit aemulos
reges muneribus; munera nauium 15
saeuos inlaqueant duces.
crescentem sequitur cura pecuniam
maiorumque fames. iure perhorrui
late conspicuum tollere uerticem,
Maecenas, equitum decus. 20
quanto quisque sibi plura negauerit,
ab dis plura feret: nil cupientium
nudus castra peto et transfuga diuitum
partes linquere gestio,
contemptae dominus splendidior rei, 25
quam si quicquid arat impiger Apulus
occultare meis dicerer horreis,
magnas inter opes inops.
purae riuos aquae siluaque iugerum
paucorum et segetis certa fides meae 30

TESTIMONIA.

'Hor. in III carm.: diffidit — aemulos' Prisc. VI 29 'diffidit — aemulos' Abbo Floriacensis quaest. gramm. c. 7 (Mai V 336) 15 sq. 'munera saeuos — duces' Hildebert. l. c. 17 sq. 'crescentem — maiorque fames' Hildebert. moral. philos. p. 990 sq. 17 Vincentius Bellou. VII 70 floril. Paris. 8818[a] 21 sq. 'quantum quisque sibi plura negauerit, tanto a diis plura refert' Hildebertus moral. phil. p. 991 28 Porph. ad serm. II 3, 142

VARIA LECTIO.

interpr. '*deiecta hiatu telluris*') *Priscianus* exicio *λpr.* excidio *πulcorr.χ(ϑhsv) sch.λφ* exitio *cett. Priscianus* (... '*ad bellum quod exitiale* (*exic: sch.γ exitialē Acr.*) *uelut uates' prescius* (*perscius sch.γ*) *declinabat' Acr. et sch.γ*) 14 (subripuit *Abbo Floriacensis*) emulos *Aπu* ęmulus *γpr.* 16 Seuos *τu* illaqueant *τu* 18 iure — 22 feret *del. Peerlk.* 18 perorrui *ψ1* perhorui *γ* 19 La//te *ψ* 20 Mecenas *Aτu* 22 A *γτχ(δp) Pph. ω* Ab *cett.* dis *πpr. Pph.* diis *πcorr. cett.* nihil *Aπ1* nichil *λ* 24 liquere *ψ1* 25 Contempte *Aγλ* Contemptem *ψ1* Contenpte *u* Contentae *y(Pulmanni A)* 26 si quiḍq̣d *A, punctum, c, iunctura, tertia* i *a correctore add. sunt* si¢ quid, *corr. alt. atram. ψ* inpiger *FyuAc.* non piger *yω*[impiger *omn. Bland.*] *cf. Symmach. epist.* V 67 '*sic olim Marsus impiger et fortis Sabellus robur habuerunt*' 27 Ocultare *γ* orreis *F u.* 28 *extat in B post u.* 6 *uu.* 29—44 *om. B* 29 Pure *γ* riuus *Ω* que *om. τ*

fulgentem imperio fertilis Africae
fallit sorte beatior.
quamquam nec Calabrae mella ferunt apes,
nec Laestrygonia Bacchus in amphora
languescit mihi, nec pinguia Gallicis 35
crescunt uellera pascuis;
importuna tamen pauperies abest,
nec, si plura uelim, tu dare deneges.
contracto melius parua cupidine
uectigalia porrigam, 40
quam si Mygdoniis regnum Alyattei
campis continuem. multa petentibus
desunt multa: bene est, cui deus optulit
parca quod satis est manu.

XVII

Aeli uetusto nobilis ab Lamo,

TESTIMONIA.

34 Porph. ad c. III 21, 8 . 42—44 'multa — manu' Hildebert. l. c. 43 sq. 'bene est — manu' schol. γ epist. I 2, 46

III 17. 1 praem. 'duodecima ode' Diomed. 525 'hic Lamia,

VARIA LECTIO.

31 Fulgent π_1 fulgente *Bentl. opp. sch.γ* ('*sc. homine*' *sch.φ*) africe $A_1\gamma$ affrice *u* 32 fallit. Sorte beatior, *Wakefieldus* 33 Quanquam *F* calabre *γ* ferant *τ* 34 lestrygonia *λτ* lestrigonia *AFπu* bachus *Fτ* bac///chus *π* amfora *Porph. ad* III 21, 8 35 michi *φ* 37 Inportuna *Fγπu Acr.* 38 Ne *τ* tu — 42 continuem *del. Peerlk.*, *idem pro* si *ponebat* mi, *qua forma in carminibus numquam usus est Hor.* 39 Contracta *uχ(ϑgs) Porphyrionis Guelferbyt. et edit. uetust. non Pph. Monac. Ac.* 41 mydoniis *λ* migdoniis *Aψuγcorr.* migdoneis *γpr.* halyatti *Porph.* aliatti *Acr.* halyathii *λ* alia///thii *π* halialyti A_1 *ut uid.* aliathi *u* aliathii *χ(s1v)* aliat thii *F* haliattici *τχ(p)* aliattici *γ* Alyattei *Bentl.* 43 est *om.* u_1 obtulit *γπuψ₂ Porph. non* ψ_1 *Ac. sch.γ*

III 17. AD AELIVM LAMIAM (LAMIVM *B*) *ABτ* PARANETICE AELIO LAMIAE (LAMIO *Fλ*) *Fγλ* *totum carmen del. Peerlk.* 1 a lamo *γ*, *non expos. metr. Ac. Pph.* (*quamquam in interpr. Acr. et sch.γ*

quando et priores hinc Lamias ferunt
denominatos et nepotum
per memores genus omne fastos
auctore ab illo * ducit originem, 5
qui Formiarum moenia dicitur
princeps et innantem Maricae
litoribus tenuisse Lirim
late tyrannus: cras foliis nemus
multis et alga litus inutili 10
demissa tempestas ab Euro
sternet, aquae nisi fallit augur
annosa cornix. dum potes, aridum
compone lignum: cras Genium mero
curabis et porco bimenstri 15
cum famulis operum solutis.

TESTIMONIA.

quem in carminibus alloquitur: 'A(e)li uetusto — Lamo' schol. γ epist. I 14, 16 3 sq. 'et nepotum — fastos' Seru. ad Aen. XII 530 4 'apud Hor. duplicem inuenio scripturam et fastos et fastus in III carminum: per memores genus omne fastos, et fastus in aliis codicibus' Prisc. VI 72 7 sq. 'et innantem — Lirim' Seru. ad Aen. VII 47 12 sq. 'Hor. in III carm.: nisi — cornix' Prisc. VII 34

VARIA LECTIO.

Porph. sch. λφ: a Lamo) *uu.* 2—5 *del. Buttmannus* (*mytholog.* II 366) *aliique permulti uiri doctissimi* 2 feruunt γ 4 fastus *Fπpr.*χ(δρισ) *Pph.* fastos *ABy*λτυς*πcorr. Ac. Acr. et sch.*γ ('*per fastos autem consules uult accipi' Acr. sch.*γ) *Seruius* 5 Auctore// *u* ducis Ω *sch.*γ ducit *D. Heinsius Bentl. Hauptius alii* 6 formiarum *A* menia *Au* ducitur γ 7 inantem γ 8 Littoribus *Aλu* lyrim *FτG* 9 tirannus *A* 12 fallat ψ, *corr. alt. m.* 13 potes Ως *Ac. Acr. et sch.*γ (*interpr.* '*permitteris*') *Pph.* potis πτφuar.ψτψuar.y (*Leidensis Graevianus Reginensis a prima manu*[?]) *Bentl.* potest χ(*hp*) haridum *A* 14 Conpone γu ligno φ *lignum u* 15 porca *y Pph. cf. Seruius ad Vergil. Aen.* VIII 641: *in omnibus sacris feminei generis plus ualent uictimae* bimestri *πpr. Pph.* 16 salutis *B*

XVIII

Faune, Nympharum fugientum amator,
per meos finis et aprica rura
lenis incedas abeasque paruis
aequos alumnis,
si tener pleno cadit haedus anno, 5
larga nec desunt Veneris sodali
uina craterae, uetus ara multo
fumat odore.
ludit herboso pecus omne campo,
cum tibi Nonae redeunt Decembres; 10
festus in pratis uacat otioso
cum boue pagus;
inter audaces lupus errat agnos;
spargit agrestis tibi silua frondes;
gaudet inuisam pepulisse fossor 15
ter pede terram.

TESTIMONIA.

III 18. 1—3 'Faune — incedas' Isidorus orig. VIII 8, 104 1 praem. 'tertia decima ode' Diomed. 525 3 sq. Seru. ad Aen. VII 91

VARIA LECTIO.

III 18. AD FAVNVM DEVM *ABτ* PROSEVTICE IN FAVNVM DEVM AGRESTEM *Fγλ* 1 nimpharum *Aπu* fugientum *Aγλτ expos. metr. Diomed. Isidori ω* fugientium *Bπφu Isidorus ed. Lindem.* fugentium *ψ* 2 fines *πτuλ*2 3 Laetus *y* (*test. Peerlk.*) incedis *γ* icedas icendas *B* adeasque *B* 4 Eqis *B* Aequus *cett.* alumnus *ψa.ras.* alunnis *u* 5 cadet *χ*(*ϑσ*) *opp. Ac. Acr. et sch.y* hedus *πτu* 6 ueneri *A*1*B* 7 creterrae *Fπ Porph. sch.λφ* cratere *AγτAc.* craterae *BuG cons. Acr.* cræterre *λ* hara *A* 8 Famat *F*1 Fumat *π* hodore *πu* 10 Dum *χ* decembris *uA*2*χ sch.γi.t. Ac. opp. Acr.* decenbris *λ* 11 ocioso *γ* 12 pardus *FπuAuar.ς opp. Ac. Acr. sch.γ bis uu.* 13—16 *del. Peerlk.* 13 erat *ψ*1 14 agrestes *Aγπτu* acrestis *ψ* 15 repulisse *γ*

XVIIII

Quantum distat ab Inacho
  Codrus, pro patria non timidus mori,
narras, et genus Aeaci,
  et pugnata sacro bella sub Ilio:
quo Chium pretio cadum
  mercemur, quis aquam temperet ignibus,
quo praebente domum et quota
  Paelignis caream frigoribus, taces.
da lunae propere nouae,
  da noctis mediae, da, puer, auguris
Murenae: tribus aut nouem
  miscentur cyathis pocula commodis.
qui Musas amat impares,
  ternos ter cyathos attonitus petet
uates; tris prohibet supra
  rixarum metuens tangere Gratia

TESTIMONIA.

III 19. 1 praem. 'quarta decima ode' Diomed. 525 10—15 'in expeditione . . . super mensam meam facta est inuitatio, non illa de Rubrii conuiuio ut Graeco more biberetur, sed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem et nouam lunam et Murenae auguratum ternos ter cyathos attonitus petit uates' Ausonius praefat. idyll. 11

VARIA LECTIO.

III 19. AD TELEPHVM *Bτ* AD TELEFVM *A* DIASTOLICE AD TELEPHVM MVRENAM (OB MVRAENAM *δ*) AVGVRIO HONORATVM *Fγλ* 1 Quamtum *λ* distet *ABFγλπu Pph. sch.λ sch.Fcorr. Diomedes* distat *τχ(αβgnps) Ac. sch.Fpr.* distent *expos. metr.* 2 non timidus pro patria mori *Fπuχ(δμρsv) opp. Ac. Pph.* 3 Aeaci] faci> (faciet) *B* eaci *Aλu* 4 sacra *π₁ Hauptius opp. Ac. Porph.* ('*Sacrum Ilium*' *Acr. sch.γ*) sub illo *ψpr., alt.* l *per ras. in* i *mutata* 5 precio *B* p̄cio *τ* praetio *ψ* 7 prebente *τ* 8 Peligne scaream *B* Paelignis *χ(σ₁h) Porph.* Pelignis *Ω Ac.* *uu.* 9—28 *del. Peerlk.* 9 lune *F* 10 noctis *ψ* auguris *ψ* 11 Munere *Fπχ* Mu*rene u* Murene *πuar.* 12 miscentor *cum Rutgersio et N. Heinsio Bentl.* ciathis *Aλ₁* chyatis *π* ciatis *γu* 14 Ter noster adtonitus cyathos (ciathos *ψ*) petet *F* Ternos ter attonitus ciathos (chyatos *π*) petet *πu* (*simillime σs*) ciathos *ABψu* petat *χ(n)* 15 Vatis *B* tres *λπpr.φu* træs *ψ* proibet *ψ* 16 gracia *ψ* grati*a π*

nudis iuncta sororibus.
insanire iuuat: cur Berecyntiae
cessant flamina tibiae?
cur pendet tacita fistula cum lyra? 20
parcentis ego dexteras
odi: sparge rosas; audiat inuidus
dementem strepitum Lycus,
et uicina seni non habilis Lyco.
spissa te nitidum coma, 25
puro te similem, Telephe, Vespero
tempestiua petit Rhode:
me lentus Glycerae torret amor meae.

XX

Non uides, quanto moueas periclo,
Pyrrhe, Gaetulae catulos leaenae?
dura post paulo fugies inaudax
proelia raptor,
cum per obstantis iuuenum cateruas 5

TESTIMONIA.

III 20. 1 praem. 'quinta decima ode' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

17 Nu///dis *F* 18 iub^{v}at *A*, v *ab alt. m.* iub^{nat}& *B* berecynthiae *γλτ* berecinthiae *ABφuψ2* berechintię *πψ1* *uu.* 19—29 *del. Peerlk.* 20 *fistula* *π* lira *AF* 21 Parcentes *Fπu* dextras *A* 23 licus *Fπτu* 24 habili '*V*' *opp. Ac. sch.γ Porph.* lico *πψ1u* 27 rhode *A1Bγλτχ(βσ)* *sch.γ* rode *Pph.* chloe *Fχ(δhns)* cloe *πuχ(ϑgpv)* *sch.λφ* clohe *A2*(yhode *α* clohe *μρ*) 28 glycere *γ* clycere *ψ* clycere *φ* glicere *A1* glicere *πuA2*

III 20. AD PYRRVM (PYR^{H}RRV̄ *B*, *alt.* H *ab alt. m.* PHIRRVM τ) *ABτ* AD PYRRVM, QVI NEARCVM SOLLICITABAT (SOLLICITARAT *λ*) *Fλ* AD PYRRHVM TEMPTANDO QVIN NEARCHVM SOLLICITET *γ* 1 periculo *ψ Ac.pr.* tumultu *πιuιχ(sv)y* 2 Pyrre *πψ* Phyrre τ Pirre *Au* getulae *BFπτuA2* getule *A1* leaneae *A* leenae *BFπτ* 3 paulum *Fπτλ2ς* paulo *cett. G*(?)*V*[*omn.Bland.*]*sch.γ* 4 Praelia *Aλ* p̄lia *B* 5 cum] Quae *πuar.* obstantes *u*

ibit insignem repetens Nearchum:
grande certamen, tibi praeda cedat
maior an illi.
interim, dum tu celeris sagittas
promis, haec dentis acuit timendos, 10
arbiter pugnae posuisse nudo
sub pede palmam
fertur, et leni recreare uento
sparsum odoratis umerum capillis,
qualis aut Nireus fuit aut aquosa 15
raptus ab Ida.

XXI

O nata mecum consule Manlio,
seu tu querellas siue geris iocos
seu rixam et insanos amores
seu facilem, pia testa, somnum,
quocumque lectum nomine Massicum 5

TESTIMONIA.

III 21. 1 Porph. ad epod. 13, 6 praem. 'sexta decima ode' Diomed. 526

VARIA LECTIO.

6 nearchum ψ nearcum *u* 7 *sq.* preda maior | Cædat an illi τ 7 preda γ*u* cedat *F*γ 8 maior an illa *coni. Peerlk. opp. sch.*γλφ 9 celeres *AFλu* 10 hec τ*u* timendos] superbos *y* 14 moderatis *B* u. *Ac.* humerum Ω 15 nereus Ω *Ac. Acr. et sch.*γ *Pph. Porph.* (*opp. Acr. I Porph. I*)

III 21. AD. AMPHORAM (ANFORAM *A*) *AB*τ PARANETICE AD AMPHORAM *F*γλ 1 mallio *B Diomedes sch.*γ*pr. Porph. ad ep.* 13, 6 manlio *Ac. Acr. sch.*γ *corr. Pph. et sic huius consulis nomen scriptum est apud Ritschelium* (*priscae Latinitatis monum. epigraph.* XII F) *et apud Mommsenum* (*inscription. Latinitatis antiquiss. p.* 136 *et n.* 784) (mansilio *pro* manlio *sch.Fλ* alio *Porph. ad h. l. i. t.*) 2 querellas π querellas *Porph.* querelas *cett.* querelas *Acr.* siue] seu τ*u* 4 sonnum *u* 5 q: fetum numine *Bentl.* numine *B*χ(*p*)*y Bentl. Sivrius, opp. Ac. Acr. et sch.*γ(*interpr.* '*Nomine consule*') masicum γ Liberum *Peerlk.*

seruas, moueri digna bono die,
descende, Coruino iubente
promere languidiora uina.
non ille, quamquam Socraticis madet
sermonibus, te necleget horridus: 10
narratur et prisci Catonis
saepe mero caluisse uirtus.
tu lene tormentum ingenio admoues
plerumque duro; tu sapientium
curas et arcanum iocoso 15
consilium retegis Lyaeo;
tu spem reducis mentibus anxiis
uiresque et addis cornua pauperi,
post te neque iratos trementi
regum apices neque militum arma. 20
te Liber et si laeta aderit Venus
segnesque nodum soluere Gratiae
uiuaeque producent lucernae,
dum rediens fugat astra Phoebus.

TESTIMONIA.

11 sq. Victorinus 2607 17—20 Acron uolgatus ad c. I 18, 15 22 Seru. ad Aen. I 720 et mythographus III tract. 11, 2 ap. Mai auct. class. III 250

VARIA LECTIO.

uu. 6—8 *om. B* 6 S/////seruas *π* *u.* 8 *om. u*1 languiora *γ* 9 quanquam *ψ* 10 neglegit *Aχ(β) Acr. et sch.γ Pph. Porph. Bentl.* negligit *Bχ(n)* negleget *Fγλ*1?*πτς Ac. sch.F cons. sch. γλ* negliget *uχ(gv)* 12 Sepe *Aτ* incaluisse *Victorinus, Bentl. opp. Ac.* caluisse// *u* 13 admoues *Fτuχ Ac. Acr. et sch.γ Pph. Porph.* ammouis *A*1*λ* ammoues *BA*2*y* amoues *γφp.ras.χ(αβσnscorr.) sch.γ loco tert.* 14 tu] te *A*1 15 archanum *τψu* 16 regis *u*1 reteges *π* lyeo *Bτ* lieo *u* 17 reducieis *τ* anxius *γτ* 19 Poste *ψpr.* Po ste *π*1 nec *γτ* *uu.* 21—24 *del. Peerlk. et Prienius* 21 leta *τu* 22 *Se*gnes *A* egnes *λpr.* Vrgues *λcorr.* (V *ex sequente uersu huc inrepsisse uideatur*) 24 fugit *τ* phebus *A* phebus *u*

XXII

Montium custos nemorumque, Virgo,
quae laborantis utero puellas
ter uocata audis adimisque leto,
diua triformis,
imminens uillae tua pinus esto, 5
quam per exactos ego laetus annos
uerris oblicum meditantis ictum
sanguine donem.

XXIII

Caelo supinas si tuleris manus
nascente luna, rustica Phidyle,
si ture placaris et horna
fruge Lares auidaque porca,
nec pestilentem sentiet Africum 5
fecunda uitis nec sterilem seges
robiginem aut dulces alumni

TESTIMONIA.

III 22. 1 praem. 'septima decima ode' Diomed. 526 7 'obliquum meditantis ictum' schol. Stat. Theb. VIII 534

III 23. 1 praem. 'octaua decima ode' Diomed. 526 3 sq. 'et horna (orna mythographus) fruge' Seru. ad Aen. II 133 et mythographus

---

VARIA LECTIO.

III 22. AD DIANAM LVCIFERAM *ABλτ* HYMNVS IN DIANAM *F* HYMNVS IN DIANAM LVCIFERAM *γ* 2 Que *τ* laborantes *FτuA*2 3 audis *om. B* leto *AB* l̊eto *ψ* loeto *γλπu* *uu.* 5—8 *om. B* 5 Inminens *uAc.* 6 l&us *ψu* 7 oblicum *Apr. Ac.* obliquom *F*1*χ*(*ρ*1) obliquum *cett. Acorr.F*2

III 23. AD PHIDILEN (FIDYLEN *B*) RVSTICAM *ABτ* PROSEVTICE MONOCOLOS PHILLIDE (PHIDILE *corr. ψ*) *F* PROSPHONETICE MONOCOLOS AD PHIDILEN RVSTICAM *γ* PROSEVTICE MONOCOLOS FIDILE RVSTICĀ *λ* 1 Celo *τu* 2 phidyle *BV* [*omn. Bland.*] phidile *Aλ*1*G* phydile *γφ* phydilae *πψ* phillide *u* phidile *τ* 3 thure *u* 5 sentiat *τ* affricum *u* 6 stilē ḡ seges *B* 7 Robiginem *A*1*V Ac.* ['*sic legunt Bland. cod.*'] Rubiginem *cett. A*2 *Acr. et sch.γ i. t. illa est forma antiquior* dulcis *B* alunni *u*

pomifero graue tempus anno.
nam quae niuali pascitur Algido
deuota quercus inter et ilices, 10
aut crescit Albanis in herbis
uictima, pontificum secures
ceruice tinguet: te nihil attinet
temptare multa caede bidentium
paruos coronantem marino 15
rore deos fragilique myrto.
immunis aram si tetigit manus,
non sumptuosa blandior hostia
molliuit auersos Penatis
farre pio et saliente mica. 20

TESTIMONIA.

III tract. 6, 32 ap. Mai auct. class. III 210 17—20 schol. Pers. 2, 75 17—19 Hildebert. philos. moral. p. 972 18—20 Seru. uolgatus ad Aen. V 745 (sed in eis mss., quos Thilo contulit, Hor. non laudatur)

VARIA LECTIO.

8 pomiferi . . . anni *Marklandus* 9 Namque A_1*Ba.corr.*π niuale *upr.* alcido *Fuπcorr.*χ 10 ilices rł *B sed addidit u.* 11 *uu.* 12—20 *om. B* 12 securim χ(δσgsιν)y(*Pulmanni H etc.*) *Bentl.* securiţ π securum (*pro* securim) *u* secures *cett. Porph. sch.*γ *i.t.* 13 tinget *Aλ non G* nichil φu adtinet *Au*$_2$ ate u_1(*sic*) at tinet γ 14 Temtare ψ_1 cede $\pi\tau u$ bidentum χ 16 mirto *Au uu.* 17—20 *del. Peerlk.* 17 Inmunis *F Porph. Acr.* 19 Molliuit $\gamma\tau$(*A*$_1$? *lectio pristina euanuit*)χ(αβισh)[1 *Bland.*] *Bentl.* Mollibit *AFλu*χ *Seruius Dan. Hildebertus* Mollibit π *Prima lectio confirmatur conlato Statii loco simillimo silu.* I 3, 127 *sqq.* '*Qua nunc tibi pauper acerra digna litem? nec si uacuet Meuania ualles aut praestent niueos Clitumna noualia tauros, sufficiam: sed saepe deis hos inter honores caespes et exiguo placuerunt farra salino; cf. etiam Tibull.* IIII 1, 14 *sq. Paruaque caelestes placauit mica nec illis semper inaurato taurus cadit hostia cornu.*' *Formae mollibo exemplum non extat* aduersos $\psi_1 y$ auersos *cett.* [*Bland.*] *Ac. Acr. et sch.*γ (*interpr.* '*offensos*') penates *Fγλτu* 20 salliente γ

XXIIII

Intactis opulentior
thesauris Arabum et diuitis Indiae
caementis licet occupes
* terrenum omne tuis et mare publicum:
si figit adamantinos 5
summis uerticibus dira Necessitas
claues, non animum metu,
non mortis laqueis expedies caput.
campestres melius Scythae,
quorum plaustra uagas rite trahunt domos, 10
uiuunt et rigidi Getae,
immetata quibus iugera liberas
fruges et Cererem ferunt,
nec cultura placet longior annua,

TESTIMONIA.

III 24. 1—8 Hildebert. moral. philos. p. 988 praeter: 'et mare publicum' et 'adamantinos' 1 praem. 'nona decima ode' Diomed. 526 9—11. 14. 12 sq. 24. 'de quarum laude gentium Horatium in lyricis suis ita meminit: campestres, inquit, Scythae melius uiuunt et rigidi Getae, quorum — domus, nec cultura — annua. dos est magna parentum uirtus; et peccare nefas, aut precium est mori' Adamus descript. insularum Aquilonis c. 18 (Pertz uol. VIIII)

VARIA LECTIO.

III 24. AD (*om. A*) DIVITES AVAROS *ABτ* LICET OMNIA FACIAS MORIVNDVM EST *Fλ*, *praemittit ψ*: ALIA ODE, *λ*: DIVITES AVAROS *Fλ* AD DIVITES AVAROS QVI LICET OMNIA FACIANT MORIENDV̄ EST *γ* 2 Tesauris *u* *uu.* 3—7 *del. Peerlk.* 3 Cementis *u* 4 terrenum *Lachmannus et hanc Porphyrionis et Acronis et sch. λφ lectionem fuisse interpretationibus eorum effici uidetur.* Tirrenum *Aψu* Tyrrenum *Byλπφ* Thirrhenum *τ* marea pulicum *F* publicum *γπpr.τ 'V'* [*et* 1 *al. Bland.*] *χ*(*gpσzuar.*) *Ac.pr. Acr. sch.γ bis, item Porph. legisse putandus est.* apulicum *Fuπcorr.χ*(*αδμρv*) punicum *y*(*ρuar.σ2 Pulmanni H*) ponticum *ABλyuar.uuar.χ*(*βθσιhnvuar.*) [1 *Bland.*] *Ac. corr.* 5 si] sic *Bentl.* figet *Ac.* *figit A* figat *y opp. Pph.* 6 dura *Bentl.* saeua *Hildebertus* 7 Clauum *τ* animos *uχ opp. sch.γ i. t.* 8 capud *u* 9 Cāpestris *B* scithe *A* schytę *π* 10 domos rite trahunt uagas *y* uagos *τ* domus *Ac. Adamus cf. epod.* 5, 53 11 gete *τ* 12 Inme tata *F cf. c.* II 15, 15 Inmetata *γπu Ac.* Imōtata *B* Immetata *Aλτ* 13 Frugis *λ*

defunctumque laboribus 15
aequali recreat sorte uicarius.
illic matre carentibus
priuignis mulier temperat innocens,
nec dotata regit uirum
coniunx, nec nitido fidit adultero. 20
dos est magna parentium
uirtus et metuens alterius uiri
certo foedere castitas,
et peccare nefas aut pretium est mori.
o quisquis uolet impias 25
caedes et rabiem tollere ciuicam,
si quaeret 'pater urbium'
subscribi statuis, indomitam audeat
refrenare licentiam,
clarus post genitis: quatenus, heu nefas, 30
uirtutem incolumem odimus,
sublatam ex oculis quaerimus, inuidi.
quid tristes querimoniae,
si non supplicio culpa reciditur?

TESTIMONIA.

26 cf. Flor. II 9, 5: 'ultimo non ciuicam modo, sed hostilem prope rabiem supergressum' 31 sq. sch. γ epist. II 1, 11

VARIA LECTIO.

19 dodata τ *hic in u monachus quidam haec adscripsit: 'qui credit hoc quod inuenitur in hoc libro, excommunicatus sit et ana(thematizatus)'* 20 Coniux *πpr.ψ* 21 parentum *Αλτu Adamus* 23 federe *A* federe *u* 24 pretium emori *y opp.sch.γi.t.* precium *τψ* p̄cium *λ* est *om.χ(μ)y non Pph. Acr. et sch.γ* 25 *'Non recte a superiore ode haec separata sunt, cum inde pendeant et illis adnexa sint' Porph.* quisq; *γ* quis quis *Fλ Bentl. non Acr. Pph.* inpias *λ* 26 Cedes *Aλ* et] aut *Fπχ(δμpv)y non G* 27 quaeret *Bγχ Pph.* queret *Αλτu2χ(g)* querit *φψ2χ(δp1)* querit *πψ1u1χ(μρs1v)* 28 statuis] stati us *A1* *uu.* 30—64 *om. B* 30 Carus *y opp. Acr. et sch.γ* postgenitis *editores plerique* quatinus *χ(gns1) non sch.γ Pph.* 31 incolumen *ψ* incolomem *sch.γ epist.* 32 occulis *ψa.ras.* querimus *γu* 33 quaerimoniae *Aγλψ1 Acr.* queremoniae *φψ2* 34 supplitio *γψ* suplitio *u*

quid leges sine moribus 35
uanae proficiunt, si neque feruidis
pars inclusa caloribus
mundi nec Boreae finitimum latus
durataeque solo niues
mercatorem abigunt, horrida callidi 40
uincunt aequora nauitae,
magnum pauperies opprobrium iubet
quiduis et facere et pati,
uirtutisque uiam deserit arduae?
uel nos in Capitolium, 45
quo clamor uocat et turba fauentium,
uel nos in mare proximum
gemmas et lapides aurum et inutile,
summi materiem mali,
mittamus, scelerum si bene paenitet. 50
eradenda cupidinis
praui sunt elementa, et tenerae nimis
mentes asperioribus
formandae studiis. nescit equo rudis
haerere ingenuus puer 55
uenarique timet, ludere doctior,

TESTIMONIA.

42 sq. 'magnum pauperies opprobrium iubet quiduis (om. Vincent.) et (om. Hildeb.) facere et pati' Vincent. Bellou. VII 70 Hildebert. moral. philos. p. 990 50—54 'scelerum — studiis' Hildebert. moral. philos. p. 971

VARIA LECTIO.

36 Vane γ profitiunt *F* 37 coloribus ψ ~~laboribus~~ *caloribus u* 39 Durata eque λ solo] gelu *Bentl.* 41 nautae *u* 42 pauperis γ obprobrium Ω iubet] pati *upr.* 44 Virtusque *ypr.* deserere *Bentl.* 47 proximum] publicum ω 48 aurum inutile u_1 49 materiā $u\chi(p)$ matheriam ψ materiē *Ac.* 50 pęnitet φ penitet $A\gamma\lambda\pi u$ poenitet $\tau\psi$ 52 Praua *Fπcorr.*$\chi(\varrho p)$ Prauae $u\chi(s)$ elementa] fomenta π temerae γ 54 Formande γ aequo $A\psi$ 55 Herere τu 56 ditior π

seu Graeco iubeas trocho
  seu malis uetita legibus alea,
cum periura patris fides
  consortem socium fallat et hospites, 60
indignoque pecuniam
  heredi properet. scilicet improbae
crescunt diuitiae: tamen
  curtae nescio quid semper abest rei.

XXV

Quo me, Bacche, rapis tui
  plenum? quae nemora aut quos agor in specus
uelox mente noua? quibus
  antris egregii Caesaris audiar
aeternum meditans decus 5
  stellis inserere et consilio Iouis?
dicam insigne, recens, adhuc
  indictum ore alio. non secus in iugis
exsomnis stupet Euhias,

TESTIMONIA.

III 25. 1 sq. 'Hor. carminum libro III: quo — specus' Prisc. VI 75 1 praem. 'vicesima ode' Diomed. 526 2 'quae — specus' Seru. ad Aen. VII 568

VARIA LECTIO.

57 greco *AFγλτu* trhoco *u* 59 per iura *AF* peiura *τ* 60 sotium *γψ* fallet *Acr. et sch.γ i.t. opp. Pph.* hospitem *Fλπuχ(ϑμϱ hpsv)Pph.Porph.i.t. sch.λφ* hospites *AγτG'V'*[*Bland.*] *χ Acr. et sch.γ i.t. Bentl.* 62 Haeredi *F* improbe *AF* inprobę *γ*

III 25. YMNVS AD LIBERVM PATREM *ABτ*, *A add.* SCRIBIT METRO EODEM, *B add.* VT SVPRA LIBERVM PATREM INVOCAT. LAVDES (LAVDIS *φ*) CAESARIS (CESARIS *γ*) DICTVRVS *Fγλ* *totum carmen del. Gruppeus* 1 bache *τ* 2 quae in nemora *yω* que nemora *τ* aut] et *Priscianus y(Pulmanni A)ω* aut *Ω'V'*[*omn. Bland.*] *Ac. Pph. uu.* 3 uelox — 8 alio *del. Peerlk.* 4 ægregii *π* cesaris *Aγτu* 6 concilio *Fπu Bentl.* [consilio *omn. Bland.*] *uu.* 8. 9 *om. B uu.* 8 non secus — 14 libet *del. Schwenckius mus. Rhen.* XV 247 8 Indictummore *ψ* 9 Exsonnis *u* Exomni[s] *π* Edonis *Bentl. opp. Ac. Acr.*

Hebrum prospiciens et niue candidam 10
Thracen ac pede barbaro
lustratam Rhodopen, ut mihi deuio
ripas et uacuum nemus
mirari libet. o Naiadum potens
Baccharumque ualentium 15
proceras manibus uertere fraxinos,
nil paruom aut humili modo,
nil mortale loquar. dulce periculum est,
o Lenaee, sequi deum
cingentem uiridi tempora pampino. 20

XXVI

Vixi puellis nuper idoneus
et militaui non sine gloria:
nunc arma defunctumque bello
barbiton hic paries habebit,
laeuom marinae qui Veneris latus 5
custodit. hic hic ponite lucida

TESTIMONIA.

III 26. 1 praem. 'vicesima prima ode' Diomed. 526 hanc oden praetermisit expositionis metricae auctor

---

VARIA LECTIO.

IIII 7. 1 sq. Fortunatianus 2704 Augustinus de musica V 13, 28 'ad Mallium Torquatum hanc (sc. epistulam) scribit, ad quem etiam illam oden: diffugere niues r. i. g. c. a. q. c.' schol. γ, epist. I 5, 1 'septima ode: diffugere — comae' Diomed. 527 'lib. IIII ode VII talis est: diffugere — comae' Victorinus de metr. Hor. 2618 2 Diomed. 515 3 'mutat terra uices' Didonis epistula ad Aeneam u. 59 7 sq. 13—16 Hildebert. moral. philos. 971 9—11 cf. Salei Bassi ep. ad Pison. 138 sq. 'uer fugit aestates: aestatum terga lacessit pomifer autumnus nebulis cessurus et undis'

VARIA LECTIO

41 diis *Aγλτ* 42 Seculo *Au* 43 Redi[illegible] 44 horatii *ABu* horacii *λ*

IIII 7. AD MANLIVM TORQVATVM DE M[illegible]TALITATE REFERT (REFERET *A*) ENIM OMNIA MVTARI (MATVRI *γ*) [illegible] MOMENTO TEMPORIS PARAENETICE (PARANETICE *Aγ,n.l.* *λ*) TETR[illegible]COLOS (*n.l.λ om.γ*) *ABγλ* AD MANLIVM TORQVATVM VERNI[illegible]EMPORIS SCRIPTIO (DESCRIPTIO *δ*) *F inscr. om.* *τ* 4 pretereun[illegible] *Fγλ* 5 nimphis *ABτu* 7 Iḿortalia *B* Immortalia *π* et] ad *τ* album *χ* allium *γ* 8 Quē *τ* 9 zephiris *Aγτφu* zefyris *B* estas *u* *u.* 10 *om.λ*ι 10 Imperitura *τ*

pomifer autumnus fruges effuderit, et mox
bruma recurrit iners.
damna tamen celeres reparant caelestia lunae;
nos, ubi decidimus,
quo pius Aeneas, quo Tullus diues et Ancus, 15
puluis et umbra sumus.
quis scit an adiciant hodiernae crastina summae
tempora di superi?
cuncta manus auidas fugient heredis, amico
quae dederis animo. 20
cum semel occideris et de te splendida Minos
fecerit arbitria,
non, Torquate, genus, non te facundia, non te
restituet pietas:
infernis neque enim tenebris Diana pudicum 25
liberat Hippolytum,

TESTIMONIA.

14 Seru. ad Aen. I 714 16 cf. Auson. epitaph. 17, 2 'ductores quondam puluis et umbra sumus' 17 sq. Hildebert. moral. philos. p. 990 25 sq. 'neque enim Diana pudicum liberat Hippolytum' Seru. ad Aen. VI 617 mythographus II c. 128 ap. Mai auct. class. III 132 cf. Prudent. cathemer. XII 164 sqq. 'at nos ... dux noster hoste saucio mortis tenebris liberat' 26 expositio metrica

---

VARIA LECTIO.

11 autunnus *u* autūmus *τ* effunderet. mox *A*1 effunderit *τ* 12 recurret *y* inhers *A* inærs *τ* 13 Danna *u* celeris *B* celeres *π* celestia *Αlu* 15 Quis *φ*1 pater *πτu' V'χ*(*αδ*1*θσqv*) pius *cett. Gπuar. sch.γ Pph. Hildebertus* ('*ego* pius *legerim*' *Broukhusius et cf. Ouid. am.* II 18, 31. *Vergil. Aen.* I 378) tullus diues *AγλG*(*ex sil. Pulm.*) *χ* (*βhnp*) *Ac. Pph. Hildebertus* tullius diues *B* diues tullus *πτuχ*(*αδμρ*2*σqs*) diues dullus *sch. λ pr. sch.φ* diues iulus *Fχ*(*ρ*1 *ut uid.*) Tullus abiuit *Peerlk. et Schwerdtius* 17 Qui scit *χ*(*v*) *Pph.* Qui scis *By Hildebertus* Quid scis *χ*(*s*) Quis scis' *sch.λ opp. Acr. sch.φ* anadi ciant *τ* aditiant *u* summae *BFγλ*1*χ*(*αμονps* summe *g alt.l.*) *item A*1 (?) uitae *πτuG' V' A*2*φ uar.χ*(*βδθσg alt.l.hq uar.*) *Hildebertus.* uitae *glossema est, ut in antecedenti carmine* flexu 18 Tympora *A* dii *Aγλτu* (di] *pro* dii *sch.λφ*)

19 herebis *ψ*1 *λ*2 *uar. u*2 *χ*(*βθρ*1*h*) herebis *τ* herebit *φ*1 *et φ*2 *uar. ψ*2 *sch. Fλ opp. Acr. Porph. sch.γ* 20 Que *γ* 21 Que at Cum *γ* mynos *π* (*sed* o *in ras.*) *τ* *u.* 24 *om. γ pr.* 26 hippolitum *A* hyppolitum *B* hyppolitum *Fπ* hypolitum *γλ* yppulitum *τ* ipolitum *u recte Pph.*

nec Lethaea ualet Theseus abrumpere caro
uincula Pirithoo.

VIII

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus,
donarem tripodas, praemia fortium
Graiorum, neque tu pessuma munerum
ferres, diuite me scilicet artium, 5
quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,
hic saxo, liquidis ille coloribus
sollers nunc hominem ponere, nunc deum.
sed non haec mihi uis, non tibi talium
res est aut animus deliciarum egens. 10
gaudes carminibus; carmina possumus
donare et pretium dicere muneri.

TESTIMONIA.

IIII 8. 1 Terentianus 2443 praem. 'octaua ode' Diomed. 527 6—8 Seru. ad Aen. VI 20

VARIA LECTIO.

27 Nec τ Non χ(α) lethea *Aλιu* laethaea π lethea *F* loethea τ teseos τ 28 perithoo *ABλπpr.τ*

IIII 8. AD CENSORINVM CŌPARATIO POETICES DIVITIARVM SIMVL AC VIRTVTIS. ENCOMIASTICE MONOCOLOS *AB* AD CENSORINV MARCVM *F* AD MARCIVM CENSORIVM CŌPORATIO POETICES DIVITIARVM SIMVL ET VIRTVTIS. ONCOMIASTICE TETRACOLOS γ AD MARCIVM CENSORINVM CŌPARATIO POETICE FORTVNARVM SIMVL AC VIRTVTIS ENCOMIASTICE MONOCOLOS λ *inscr. om.* τ 1 commodus *ABγGV*[3 *Bland.*] *φuar.χ(βσιns) expos. metr. Acr. sch.γ Diomed. Terent.* commodis *Fλπτuχ(αδμρhpv)ω* (commodijs *g*) 3 trippodas λ premia *Au* proemia γτ 4 pessima *ABλτuγzπp.ras.* 5 quas aut] qualis *Seruius D.* parhasius γ parrasius *Fλ* 8 Solers *sch.φ* [Sollers 3 *Bland.*] 9 Set γ hec *Aιφ* nec tibi τ'*V'χ(σsμuar.ρuar.) non Pph.* 10 delitiarum *Au* diliciarum *B* delicirum τ 11 Gaude////s λψ 12 pcium τ muneris χ(*μuar. et Lambini Vanderbourgique codd. aliquot*) *Porphyrionis* ω muneri *ΩGV*[3 *Bland.*] ς *Ac. Pph.*

non incisa notis marmora publicis,
per quae spiritus et uita redit bonis
post mortem ducibus, non celeres fugae 15
reiectaeque retrorsum Hannibalis minae,
non incendia Carthaginis impiae
eius, qui domita nomen ab Africa
lucratus rediit, clarius indicant
laudes, quam Calabrae Pierides: neque, 20
si chartae sileant quod bene feceris,
mercedem tuleris. quid foret Iliae
Mauortisque puer, si taciturnitas
obstaret meritis inuida Romuli?
ereptum Stygiis fluctibus Aeacum 25
uirtus et fauor et lingua potentium
uatum diuitibus consecrat insulis.
dignum laude uirum Musa uetat mori.
caelo Musa beat. sic Iouis interest
optatis epulis impiger Hercules, 30
clarum Tyndaridae sidus ab infimis
quassas eripiunt aequoribus rates,

TESTIMONIA.

28 Hildebert. moral. philos. p. 992

VARIA LECTIO.

13 Publica *Pph. opp. sch. γ* *uu.* 14—17 *del. Peerlk.* 14 Perque *A* *uu.* 15 non — 19 rediit *del. Lachmannus Meinekius Hauptius Peerlk. Linkerus* 15 celeris fuga *ABλ* 16 annabilis *τ* *u.* 17 *del. Bentl. Buttmannus* [*mytholog.* II *p.* 367] in dispendia *G. Hermannus* impendia *Cuninghamus* stipendia *Döringius* kartaginis *Bγ* cartaginis *πτ* inpię *λ* 19 clarus *A*ι 21 Sic arte *τ* Sic ḥarte *B* charte *γ* carthę *A* cartae *Fπu* bone *λ* 22 Mercede *τ* 24 Optar& *π* 25 stigiis *AFλτu* eacum *πuφuar.* aequum *Fτπuar. sch. λφ* 26 pauor *τ* *u.* 28 *del. Lachmannus Hauptius alii* 29 Celo *τu* beatus *τ* 30 inpiger *Fλ* inpigær *γ* 31 tyndaride *λ*ι tindaridę *F* tindaride *τu* sydus *ψ* 32 eripiunt, a *ab alt. m. A* equoribus *u*

ornatus uiridi tempora pampino
Liber uota bonos ducit ad exitus.

VIIII

Ne forte credas interitura, quae
longe sonantem natus ad Aufidum
non ante uolgatas per artes
uerba loquor socianda chordis,
non, si priores Maeonius tenet 5
sedes Homerus, Pindaricae latent
Ceaeque et Alcaei minaces
Stesichorique graues Camenae;
nec si quid olim lusit Anacreon,
deleuit aetas; spirat adhuc amor 10
uiuuntque commissi calores
Aeoliae fidibus puellae.
non sola comptos arsit adulteri
crines et aurum uestibus illitum
mirata regalisque cultus 15

TESTIMONIA.

IIII 9. 1 praem. 'nona ode' Diomed. 527 8 cf. 'Stesichori graues Camenas' Apollin. Sid. carm. VIIII 212

VARIA LECTIO.

u. 33 *del. Lachmannus Hauptius alii* tĕmpora, y *ab alt. m. A* 34 nota *π* duxit *ABλ, non Ac. sch.γ*

IIII 9. CONSECRARI AIT CARMINA SVA MERERI, QVONIAM NIHIL (NICHIL *A*) EST (*om. Aγ*) QVOD (*om. Aγ*) NON CARMINIBVS ILLVSTRATVR *ABγλ, add.* λ: AD LOLLIV̄ DE INMORTALITATE CARMINVM SVORVM λ AD LOLLIVM DE IMMORTALITATE CARMINVM SVORVM *F inscr. om.* τ 2 sonante ego natus *u* 3 uulgatas *ABλτu* artis *πpr.* arces *γ* 4 loquar *Fπuχ*(*αριh*) cordis *F τu* codis λ 5 meonius *Bτu* 6 pindarichæ *π* 7 alcei *AFλτu* 8 Stersichoriq. *γπ* Sersicoriq. τ Tersichoriq. *Ac.* Sthersichorique *F* Stesichoriue *Bλ*1 (q *add.λ*2) Stersichoriue *A* T*ersico*riq. *u* 9 anacroen *A* 10 recens *π* 12 Eolię *u* 13 conptos *u* 14 inlitum *Fγπu* 15 M*ira*ta *u* regales *u*

et comites Helene Lacaena;
primusue Teucer tela Cydoneo
direxit arcu; non semel Ilios
uexata; nec pugnauit ingens
Idomeneus Sthenelusue solus 20
dicenda Musis proelia; non ferox
Hector uel acer Deiphobus grauis
excepit ictus pro pudicis
coniugibus puerisque primus.
uixere fortes ante Agamemnona 25
multi; sed omnes inlacrimabiles
urgentur ignotique longa
nocte, carent quia uate sacro.
paulum sepultae distat inertiae
celata uirtus. non ego te meis 30
chartis inornatum sileri
totue tuos patiar labores
impune, Lolli, carpere liuidas
obliuiones. est animus tibi

TESTIMONIA.

18 sq. 'non semel—uexata' Seru. ad Aen. III 3 29 sq. 'paulum—inercie celata uirtus' Vincentius VII 70

VARIA LECTIO.

16 helenae *Bλτu* helene *π* helena *A* lacene *π* lacenae *Fλτ* lacena *cett.* *uu.* 17—24 *del. Peerlk.* 17 Primusque *FπτuAc.* cydonio *u* cidoneo *ABF* 18 Dilex *τ* illos *τ* 19 Vexat *B* nec *Fγχ* (*βμρhnpv*) non *ABλτuχ*(*αδθσgs*) *Ac.* n^ec^ *π* 20 sthenelusue *Fγχ* sthenelusq. *Aπ* stenelusq. *u* sthelenusque *Bλι* (?) stelenusq. *τ* sthele////lusque *λ* (st: ue *βδμρσnp*) 21 praelia *A* plia *Bλπu* prelia *F* 22 Haector *FπAc.* dei foebus *B* deiphoebus *γλsch.λφ* deiphebus *πτu* graues *Fτuπι* 24 primi//// *π* 25 agamennona *AFu* 26 ['inlacrimabiles. *hic seruaui antiquam scripturam*' *Cr.*] illacrimabilis *B* inlacrimabilis *π pr.* 27 Urguentur *χ*(*αβδh*) Urgentur *π* Ungentur *γ* 28 quia] q, *τ* 29 inerciae *τ* inertiæ *π* inertiâ *Bentl.* 30 Caelata *Fπγι* 31 Cartis *Fτu* Carthis *Aλ* silebo *ABλuιχ*(*σ*) *opp. Gς* 33 *inde ab h. u.—c.* 11, 12 *deficit τ; interiit enim folium unum* Inpune *Fπu* Ipune *B* 34 Obliuione *B* Obliuionis *πpr.*

rerumque prudens et secundis 35
temporibus dubiisque rectus,
uindex auarae fraudis et apstinens
ducentis ad se cuncta pecuniae,
consulque non unius anni;
sed quotiens bonus atque fidus 40
iudex honestum praetulit utili,
reiecit alto dona nocentium
uoltu, per obstantis cateruas
explicuit sua uictor arma.
non possidentem multa uocaueris 45
recte beatum; rectius occupat
nomen beati, qui deorum
muneribus sapienter uti
duramque callet pauperiem pati,
peiusque leto flagitium timet, 50
non ille pro caris amicis
aut patria timidus perire.

X

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens,

TESTIMONIA.

45—50 Hildebert. moral. philos. p. 991 45—49 Vincent. l. c. 45 sq. 'non—beatum' floril. Paris. 8818[a]

IIII 10. 1 Terentianus p. 2443 Fortunat. 2705 praem. 'decima ode'

VARIA LECTIO.

35 rarumq. *Ac.* que *om.* *ABλχ*(σ) 36 rectis *φpr.* 37 et apst: — *u.* 40 *om.* *B* abstines *λpr.* abstinens *cett.* 38 peccunie *u* 40 Set *γι* quociens *λ* quoties *γι* 41 utili et *yω* *Bentl.* *uu.* 42—55 *om.* *B* 43 Vultu *Aγλu* et per *ω* obstantes *Fyu* *uu.* 45—52 *del.* *Peerlk.* 45 uocaberis *λ* *Pph.* *floril.* *Paris.* uocaris *u* 50 leto *Au* loeto *Fγλπ* 52 peribit *ABλ* ('*al lib.* perire' *λ*) [2 *Bland.*] *opp.* *G*'*V*' *Pph.* *Porph.* *sch.λφ*

IIII 10. AD LIGVRINVM PVERVM (*om.* *AB*) SPECIOSVM (SPETIOSVM *γ*, *cett.* *om.* *F*) ET ARROGANTEM ADVERSVM MAIORES (ADVERSVS AMATORES *γ*). EROTICE MONOCVLOS *ABFγλ* 1 ueneris potens

insperata tuae cum ueniet pluma superbiae
et, quae nunc umeris inuolitant, deciderint comae,
nunc et qui color est puniceae flore prior rosae,
mutatus, *Ligurine, in faciem uerterit hispidam, 5
dices 'heu' quotiens te speculo uideris alterum,
'quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit,
uel cur his animis incolumes non redeunt genae?'

XI

Est mihi nonum superantis annum
plenus Albani cadus; est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis;
  est hederae uis
multa, qua crinis religata fulges;
ridet argento domus; ara castis
uincta uerbenis auet immolato
  spargier agno;
cuncta festinat manus, huc et illuc

TESTIMONIA.

Diomed. 527. praem. 'quarto . . . libro semel, ita' Victorinus de metr. Hor. 2617 3 cf. Prudent. peristeph. III 151 sq. 'crinis odorus ut in iugulos fluxerat inuolitans umeris'

III 11. 1 praem. 'undecima ode' Diomed. 527 6 'ridet—domus' Seruii Leidensis ad ecl. 4, 20 6 sq. 'ara—uerbenis' mythographus III tract. 11, 1 ap. Mai auct. class. III 250

VARIA LECTIO.

muneribus γ potes *B* 2 pluma] bruma *Bentl.* ruga *Marklandus* poena *Withofius* 3 umeris *B* huneris *u* humeris *cett.* 5 lig̅rinū π ligurinum *cett.* Ligurine *Bentl.* uerterit in faciem hispidam *Fπuχ* 6 quoties γ_1 in speculo *ABλχ(g)* [2 *Bland.*] *Bentl. opp. G Ac.* 8 incolumis *B*

IIII 11. AD PHILLIDAM (PHYLLĀ *B* FILLIDEN γ) DE DIE NATALIS SVI SIMVL ET MECENATIS (MECEN: *Aλ*) QVI ERAT IDIBVS APRILIBVS. EROTICE TETRACOLOS *ABγλ* AD PHILLIDAM DE DIE NATALI MECENATIS *F* 1 · st γ michi *u* nouum $\gamma_1\chi$ 2 inorto $\gamma\lambda$ 3 Philli $\gamma\pi u$ 4 aedere λ_1, *alt. m. add. h* *uu.* 5—12 *del. Peerlk.* 5 crines *Fπu* 6 domos *A* 7 habet $F\lambda_1\pi_1\chi$ inmolato *F Ac.* 8 Spargit *πpr.*

cursitant mixtae pueris puellae; 10
sordidum flammae trepidant rotantes
uertice fumum.
ut tamen noris quibus aduoceris
gaudiis: Idus tibi sunt agendae,
qui dies mensem Veneris marinae 15
findit Aprilem,
iure sollemnis mihi sanctiorque
paene natali proprio, quod ex hac
luce Maecenas meus affluentis
ordinat annos. 20
Telephum, quem tu petis, occupauit
non tuae sortis iuuenem puella
diues et lasciua tenetque grata
compede uinctum.
terret ambustus Phaethon auaras 25
spes, et exemplum graue praebet ales
Pegasus terrenum equitem grauatus
Bellerophontem,
semper ut te digna sequare et ultra
quam licet sperare nefas putando 30
disparem uites. age iam meorum
finis amorum
(non enim posthac alia calebo
femina), condisce modos, amanda

VARIA LECTIO.

10 *incipit* ε 11 crepitant *y* (*Gothan. I*) *Bentl.* rotantis λ 13 *redit* τ 15 Qui dies *euan.* ε messem ε mensis πι 16 Findit *euan.* ε 17 Iure *euan.* ε solemnis *A*ιτ sollēnis *B* sollennis *u* 18 Pene *ABλu* Poene τ *euan.* ε quo πι 19 Luce mae *euan.* ε mecenas *AFγλτu* affluentes *γeu* adfluentes *F* 20 Ordinat· ε 21 Tel hum *euan.* ε 22 Non t: sor:]::n tue::ortis ε iuuenem] uiuentem ε 23 Diues et las]:::es&::sciua ε 24 Conpede *γλu Pph.* ::ompede:: ε uictum *A*ι*Bελιπpr.* 25 Terret]:::et ε pheton *Aτ* phoeton *γεπφu* phoēton *B* phoethon *ψ* 26 Spes et exe *euan.* ε prebet *Fγ* 27 Peg:::errenum ε ≡ grauatur ε 28 Bellerofontem *A* Bellorophontem *Fγεπτ Ac.* Bellorofontem *Bλu* 29 ut te] uite *γ* sequare^s & *π* 31 Dispare ε 33 celæbo ε

uoce quos reddas: minuentur atrae 35
carmine curae.

XII

Iam ueris comites, quae mare temperant,
impellunt animae lintea Thraciae;
iam nec prata rigent, nec fluuii strepunt
hiberna niue turgidi.
nidum ponit Ityn flebiliter gemens 5
infelix auis et Cecropiae domus
aeternum obprobrium, quod male barbaras
regum est ulta libidines.
dicunt in tenero gramine pinguium
custodes ouium carmina fistula 10
delectantque deum, cui pecus et nigri
colles Arcadiae placent.
adduxere sitim tempora, Vergili.
sed pressum Calibus ducere Liberum
si gestis, iuuenum nobilium cliens, 15
nardo uina merebere.

TESTIMONIA.

35 sq. cf. Nemesian. eclog. 4, 19: 'cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas'

IIII 12. 1 praem. 'duodecima ode' Diomed. 527 2 Seru. ad Aen. I 57. VIII 403 schol. Pers. 1, 14

VARIA LECTIO.

minuuntur $u_2\chi(\varrho_2$ *cod. Bersmanni*) *opp. Ac.* 36 *om.* A_1, *add. alt. m.*

IIII 12. VERIS DESCRIPTIO (DESCRITIO λ) EST AD VIRGILIVM QVOD TEMPVS MORTALIBVS (IN MORT: *ABγ*) EST (SIT *B*) GRATISSIMVM (CRATISSIMV λ). PARAENETICE (PARAENTICE *B* PARANETICE $\gamma\lambda$) TETRACOLOS *ABγλ* AD VIRGILIVM QVENDAM VNGVENTARIVM *F* *inscr. om.* $\varepsilon\tau$ 1 · am γ qui π (*sed* i *in ras.*) 2 Inpellunt $F\tau$ animę π_1 niueę π_2 linthea λ*a.ras.* traciae *B* trhaciae *u* 3 Iam non prata ε fluuiis trepunt τ fluui $B\pi$ 5 ityn *ABγ Pph.* itin *Ac.* ithyn λ itys *F* hithis $\varepsilon\tau$ ythi*n* *u* ythin π*a.ras.* ythis π*p.ras.* 6 caecropiae ε cecropeae γ cicropiae *u* 7 obp̄ū *B* quo*d* ε quae *y* 8 Regnū *B* 9 in t:] integro τ 11 Delectante $\pi u\varphi_2$ Delectantem $\tau\varphi_1$ Delectant-*que* ψ Delectant~~que~~ λ nigrae *y* 12 archadiae $F\gamma\varepsilon\tau u$ 13 uirgili $F\gamma\varepsilon\lambda\pi\tau u$ 14 Set γ_1 15 clyens τ 16 bina *B* mereberis $F\pi\tau u\lambda u\alpha r$.

nardi paruos onyx eliciet cadum,
qui nunc Sulpiciis accubat horreis,
spes donare nouas largus amaraque
curarum eluere efficax. 20
ad quae si properas gaudia, cum tua
uelox merce ueni; non ego te meis
immunem meditor tinguere poculis,
plena diues ut in domo.
uerum pone moras et studium lucri, 25
nigrorumque memor, dum licet, ignium
misce stultitiam consiliis breuem:
dulce est desipere in loco.

XIII

Audiuere, Lyce, di mea uota, di
audiuere, Lyce: fis anus, et tamen
uis formosa uideri,
ludisque et bibis impudens,
et cantu tremulo pota Cupidinem 5

TESTIMONIA.

26 Seru. ad Aen. IIII 384 27 sq. florileg. Paris. 8069 28 Porph. ad epist. I 18, 60

IIII 13. 1 praem. 'tertia decima ode' Diomed. 527

VARIA LECTIO.

χ(αδμ[*sed* merebere *μuar.*]ρσ2sv)*Ac.alt.loc.opp. G Acr. alt.l.* ('Merebere] *mereberis' Acr.*) *Pph. Bentl.* 17 paruus Ω onix *γεπu* elicet τ 18 sulpitiis *u* sculpitiis *γ* suppliciis τ orreis *F* 21 Adque φ Atque *γι* 23 Inmunem *Fγετu* tingere *ABγλuG Ac.* tinguere *Fεπ τ'V'* 25 mores τ 27 stulticiam *Bετu* 28 in ioco *Porph. ad epist. I 18*

IIII 13. COMPOTEM SE VOTI SVI (VOTI SVI SE *γ*) FACTVM ESSE DICIT (*om. Aγ*) QVOD LYCE (LICE λ LICE *γ*) ANVS FACTA SIT. PARANETICE (PARENTICE *B*) TETRACOLOS)*ABγλ*. AD LYCEN VETVLAM MERETRICEM *F inscr. om. ετ* (*μεμπτικὴ. παραινετικὴ, G*) 1 udiuere *γ* lice *AFγu expos. metr.* lice π di mea — *u*. 2 Lyce *om. B* dii...dii *Aγλτu Diomed.* 2 lice *Aγu* lyce π fi sanus *Aιτψ* 3 formonsa *Pph.* formosa Ω *Ac. Acr. sch.λφ* 4 inpudens *Fγελu*

lentum sollicitas. ille uirentis et
doctae psallere Chiae
pulchris excubat in genis.
importunus enim transuolat aridas
quercus et refugit te, quia luridi 10
dentes te, quia rugae
turpant et capitis niues.
nec Coae referunt iam tibi purpurae
nec cari lapides tempora, quae semel
notis condita fastis 15
inclusit uolucris dies.
quo fugit uenus heu, quoue color? decens
quo motus? quid habes illius, illius,
quae spirabat amores,
quae me surpuerat mihi, 20
felix post Cinaram, notaque et artium
gratarum facies? sed Cinarae breuis
annos fata dederunt,
seruatura diu parem
cornicis uetulae temporibus Lycen, 25
possent ut iuuenes uisere feruidi

TESTIMONIA.

12 'sunt et durae (sc. translationes) i. e. a longinqua similitudine ductae ut capitis niues' Quintilian. instit. VIII 6, 17 16 'Hor. in IIII carm.: inclusit — dies' Prisc. V 18 20 'Hor. in IIII carm.: quae — mihi' Prisc. XVII 18 cf. anthol. Lat. Burm. I p. 687: 'me mihi surripuit contraria flamma sororum'

VARIA LECTIO.

6 uires ε uirentes πι 7 Docte γιτ chie τ 8 Pulcris u ingeniis Bτ 9 Īportunus B Inportunus Fγεπu 10 Quercus π refigit επι 11 ruge τ 13 Nec choe referunt u choae λπu choe ετ 14 cari Fγεπτυιg' V'χ(βδρσhnps kari μuar.)Ac.Acr.Pph.Bentl. clari ABλuzχ(αμgv)[2Bland.] 15 faustis λι factis πιφι 17 uenus om. B. quoque y (Orelli d) nec scio an σpr. color decens?|Quo τω 18 illius ~~illius~~ φ 19 sperabat τ 20 suripuerat ua.ras. usurpuerat B michi γu 21 cynaram λ cynaran A cyniram F cinara τ 22 sed c:|Breu: a: f: d: Fεπτ set y cinare ετ cinirae F breues AFελτu 24 Seruata A 25 licen Aγτu lycem λ licen ψ 26 Possint λφ ut] ite ε

multo non sine risu
dilapsam in cineres facem.

XIIII

Quae cura patrum quaeue Quiritium
plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, uirtutes in aeuom
per titulos memoresque fastus
aeternet, o qua sol habitabilis 5
illustrat oras, maxime principum?
quem legis expertes Latinae
Vindelici didicere nuper,
quid Marte posses. milite nam tuo
Drusus Genaunos, inplacidum genus, 10
Breunosque uelocis et arces

TESTIMONIA.

IIII 14. 1 praem. 'quarta decima ode' Diomed. 527 13 sq. 'Horatius "maior Neronum" dixit in IIII carm.: deiecit—Neronum' Prisc. XVIII 205

VARIA LECTIO.

27 *h. u. ultimus est in ε* Multi λ_1 28 Dilapsam *Fπτυχ(αδgv) Acr. Pph.* Delapsam *ABλGχ(βϱμσhnps Orelli d)* Delampsam *γ* cinerem *τχ(δ)sch.γ i. t. opp. Acr. Pph. Porph. sch.λφ post h. u. in fol.* 181 *ea leguntur, quae descripta uides p.* 184

IIII 14. DE SALVTE (DELVTE *A*) AVGVSTI AIT (DICIT *λ*) ESSE SOLLICITOS PATRES. AD PLEBEM. ENCOMIASTICE TETRACOLOS *ABλ* LAVDES AVGVSTI *F* AD PLEBEM ENCOMIASTICE IN QVA DE SALVTE AVGVSTI AIT ESSE PATRES SOLLICITOS TETRACOLOS *γ inscr. om. τ*

1 ·uę *γ* quiritum *ABγχ* 2 Plen//s *γ* tuis *B om τ.* 3 Augustę *τ* euum *πu* aeuum *cett.* 4 fastos *λpr.uπ2χ(ϱσs Orelli cd) Ac. pr. post u.* 4 *in B reperiuntur quae memorauimus p.* 184; *reliqua om. B fol.* 171 5 Aeterne et o qua *F* Aeternę & o qua *π* Aeternae et qua *τ* sol] lux *Aλ (al lib. sol λ) y opp. sch.λφ i.t.* habitabiles *Fλπ τu* 6 Inlustrat *Fπ* horas *Fπτuλ2* principium *τ* 8 dedicere *A1λ uu.* 9—40 *del. Peerlk.* 10 genas unos *λ* geraunos *u* [genaunos 3 *Bland.*] 11 Breunos *AFλπu V*[3 *Bland.*]*χ* ('Breunos] *ipsas (ipsius sch.φ) gentes' sch.λφ)* Brennos *γτGAcr.sch.γPph.ς(αβδ[ex sil. Br.]μϱσg nps Orelli cd)* uelocis *π1* ueloces *cett.* artes *π1*

Alpibus impositas tremendis
deiecit acer plus uice simplici;
maior Neronum mox graue proelium
commisit immanisque Raetos 15
auspiciis pepulit secundis,
spectandus in certamine Martio
deuota morti pectora liberae
quantis fatigaret ruinis,
indomitas prope qualis undas 20
exercet Auster, Pleiadum choro
scindente nubes, impiger hostium
uexare turmas et frementem
mittere ecum medios per ignes.
sic tauriformis uoluitur Aufidus, 25
qui regna Dauni praefluit Apuli,
cum saeuit horrendamque cultis
diluuiem meditatur agris,
ut barbarorum Claudius agmina
ferrata uasto diruit impetu, 30

TESTIMONIA.

20 sq. 'undas—Auster' Porph. ad epod. 9, 31 27 sq. 'Hor.: horrendamque—meditatur agris i. e. infert, exercet. nam in ipsa meditatione exercitium est' Seru. ad georg. III 153. 'meditatur, exercet: sic Hor.: et horridam cultis diluuiem meditatur agris' Seru. ad Aen. IIII 171. 'Oratius carm. lib. IIII: horrendamque cultis diluuiem minatur agris' Nonius p. 138 s. u. diluuium

---

VARIA LECTIO.

12 inpositas *Fγ* 14 plium *Aπ* praelium *λ* prelium *u* 15 Cōmisit *A* Conmisit *u* inmanis *A* imanis *λ* inmanes *F* immanes *γπτu* retos *F* raethos *λ* rhetos *πτ* roethus *u* 16 Auspitiis *Aγ* repulit *y* (*Gothan. I et Pulmanni H*) reppulit *χ*(σι) redit *τ* 18 libere *φ* 19 fatigarat *Fχ*(*αβσ*) 20 Indomitus *τ Bentl.* 21 pliadum *τπ p.ras.* 22 inpiger *F* ampiger *τ* 24 aequū *π* equum *cett.* per enses *Bentl. uu.* 25 tauriformis — 29 ut *del. Linkerus.* 26 qua *Bentl.* perfluit *ω* 27 seuit *γπτφu* 28 meditatur *γGuuar.χ*(*αβμφhnp*)*sch.γPorph. I Seruius* minitatur *AFλ* (*al lib* meditatur *λ*) *πτu V*[3 *Bland.*]*χ*(*δσgsvμuar.*) *Pph.* minatur *Nonius Gerlachii* 30 Ferrato *γ*

primosque et extremos metendo
strauit humum, sine clade uictor,
te copias, te consilium et tuos
praebente diuos. nam tibi quo die
portus Alexandrea supplex 35
et uacuam patefecit aulam,
fortuna lustro prospera tertio
belli secundos reddidit exitus,
laudemque et optatum peractis
imperiis decus arrogauit. 40
te Cantaber non ante domabilis
Medusque et Indus, te profugus Scythes
miratur, o tutela praesens
Italiae dominaeque Romae.
te fontium qui celat origines 45
Nilusque et Ister, te rapidus Tigris,
te beluosus qui remotis
obstrepit Oceanus Britannis,
te non pauentis funera Galliae
duraeque tellus audit Hiberiae, 50
te caede gaudentes Sygambri
compositis uenerantur armis.

TESTIMONIA.

34—36 '. . . tamen et Alexandrea dicitur. Hor. in IIII carm.: nam — aulam' Prisc. II 47 40 cf. Phocas de historia uu. 22—24 [Wernsd. III 412]: '. . . perenne Romulae uoci decus arrogauit carmine sacro'

VARIA LECTIO.

31 et *om.* τ 32 humi $\pi_2\omega$ 34 Prebente *AFγτu*$_2$ Prebere u_1 nan tibi A_1 35 alexandre A_1 alexandrea *Fγπa.ras.A*$_2\chi$($\beta_1\delta gn$) *Priscianus* alexandri τ alexandria *λuπcorr.ς Pph.sch.λφ i. t.* '*alexandriam*' *Acr.sch.γ Porph. i. t.* suppllex *u* 36 patefacit *A* 37 tercio *u* 39 optatū φ 40 adrogauit *Fλ* abrogauit π 42 scithes *AFλu* scytes τ 43 presens *Au* 44 domine τ 45 caelat *Fπ* 46 te rap: t:] rapidusq: tigris $u_1\chi$ tygris *Fγ* 48 brittannis *Aγλ*$_1$ *uu.* 49—52 *sic dispositi sunt in u:* 51. 52. 50. 49, 49 pauentis *Fλτu* *A*$_2$*πcorr.ς Ac,sch.γ* pauentes *A*$_1$*γπ pr.χ*(*spr.*) *Pph. Porph. Bentl.* 50 Dure γ 51 cede *AFλπτu* cedę γ sycambri *FπA*$_2$ sicambri *τu* 52 Conpositis *λu*

XV

Phoebus uolentem proelia me loqui
uictas et urbes increpuit lyra,
ne parua Tyrrhenum per aequor
uela darem. tua, Caesar, aetas
fruges et agris rettulit uberes, 5
et signa nostro restituit Ioui
derepta Parthorum superbis
postibus, et uacuum duellis
Ianum Quirini clausit et ordinem
rectum euaganti frena licentiae 10
iniecit emouitque culpas
et ueteres reuocauit artes,
per quas Latinum nomen et Italae
creuere uires famaque et imperi
porrecta maiestas ad ortus 15
solis ab Hesperio cubili,
custode rerum Caesare non furor

VARIA LECTIO.

IIII 15. AD DIVVM AVGVSTVM *Fγλ*, *add.* TETRACOLOS *γλ* (*consent.* *πυς*) '*Haec Ode inuenitur in codic. manuscrip. adhaerere praecedenti indiuisa*' *Cr. idem repperimus in A neque alia de causa in B totum hoc carmen deest. In A inter hanc oden et XIIII nulla uacua linea intercedit: ceterum iam qui codicem scripsit in initio uocis Phębus uncialem litteram posuit maiorem et in margine adscripta uidimus:* AD AVGVSTVM TETRACOLOS. '*Quidam separant hanc oden a superiore, sed potest illi iungi, quoniam et hic laudes dicuntur Augusti*' *Porph. sch.γ cons. sch. Argentor. II* 1 Phębus *Au* ·hoebus *γ* Phebus *τ* plia *Aπu* 2 lira *Ayu* 3 tyrrenum *λ* tirrhenum *A* thirrenū *τ* tirrenum *u* equor *πτu* 4 daremus *τ* cesar *A* 5 rettulit *Aπχ* (*hp*) *Ac.* re tulit *φ* retulit *cett.* 7 Direpta *u* Direpta *cett. G* [1 *Bland.*] Derepta *y* [2 *Bland.*] 9 Ianuū *τ* Quirinum *Passeratius et I. Fr. Gronovius* 10 euaganti *Aιγπτ̄Gχ*(*vpr.*)*Pph.cons.sch.γ* et uaganti *FλuA2* tiuo *ς* emouit] dimouit *πιτχ*(*αϲs Pulmanni H.*) [1 *Bland.*] domuit *uχ*(*v*) amouit *Azy* emouit *χ*(*μ*) [emouit 2 *Bland.*] culpas] nefas *uι* 12 et] In *Aι* 13 P////quas *π* italię *πιτ* itali *λι* 14 imperii *AFλπτu* 15 Porrectaq. *τ* ortum *τχ*(*σ*) *opp. G* [1 *Bland.*] 17 cesare *Aτ*

ciuilis aut uis eximet otium,
non ira, quae procudit enses
et miseras inimicat urbes. 20
non qui profundum Danuuium bibunt
edicta rumpent Iulia, non Getae,
non Seres infidiue Persae,
non Tanain prope flumen orti.
nosque et profestis lucibus et sacris 25
inter iocosi munera Liberi,
cum prole matronisque nostris
rite deos prius adprecati,
uirtute functos more patrum duces
Lydis remixto carmine tibiis 30
Troiamque et Anchisen et almae
progeniem Veneris canemus.

VARIA LECTIO.

18 aut tuis existimet otium *τ* exiget *λιπ Ac. Pph. Porph.* exigit *Aχ*(*δ2uar.* eximet *FγuGς*[2 *Bland.*] [exegit 1 *Bland.*] 19 iraq. que *τ* que *γ* *uu.* 21—24 *del. Peerlk.* 21 danuuium *A1* dan//ubium *γ* danubium *cett. A2* 22 Et dicta *γ* Et dicta *τ cons. sch.γ non Ac. Acr.* rumperit *γ* iulie *A1* gete *π* 23 infidiue *FπGλp.ras.χ*(*δρσhsv*) *Ac.* inuidiue *τ* infidique *Aγλ1uχ*(*αβμgnp*) 24 Nontana inppe *τ* tanaim *λπ2* 25 et *om. Aλ* 28 apeccati *A* apprecati *λu* 30 Lydiis *Fλ* Lidiis *πτu* remixto]////mixto *λu* tybiis *γ* 31 anchisem *λ1u*

Q. HORATI (HÓRATII *B*) FLACCI CARMINV LIB ·IIII· EXPLICIT. INCIPIT EPODON FELICITER *AB* (*in B post c.* IIII 14, 4) *consent. μρσns* Q. (*om. φ*) HORATII FLACCI CARMINVM LIB ·IIII· EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM (*om. γφ*) DE ARTE POETICA. (*haec om. τ*) ... Q. (*om. φ*) HORATII FLACCI (FLACCHI *τ* FLACCII *λ* F. HORATII *φ*) DE ARTE POETICA (LIBER *add. φ*) EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM (*om. γ τφ*) EPODON (EPPODON *γ*) *Fγλτ. consent. αβδπhqu* Q. HORATII FLACCI CARM LIB ·IIII· EXPLI INCIP LIB ·V· EPODON *B post c.* IIII 13, 28 *librum epodon post carmen saeculare exhibet v*

Q. HORATI FLACCI

E P O D O N

LIBER

I

Ibis Liburnis inter alta nauium,
amice, propugnacula,
paratus omne Caesaris periculum
subire, Maecenas, tuo.
quid nos, quibus te uita *si superstite 5
iucunda, si contra, grauis?
utrumne iussi persequemur otium,
non dulce, ni tecum simul,
an hunc laborem, mente laturi decet
qua ferre non mollis uiros? 10

TESTIMONIA.

Epodon liber. 'liber quintus qui epodon inscribitur' Diomed. 527 Victorin. 2618 cons. Acr. sch.γ Porph.

Epod. 1. 1 sq. Terentianus p. 2438 Victorin. 2618 sq. 2621 Fortunatianus 2705 1 Diomed. 515 Plotius 4, 18 Isidorus orig. XVIIII 1 Mallius Theodorus 5, 3. 13 praem. 'prima ode' Diomed. 528 'ibis Liburnis' Diomed. 509 3 Victorin. 2506 4 Victorin. 2585

VARIA LECTIO.

Epod. 1. AD MAECENATEM (MEC: *Aγτ*) *ABγτ*, *inscr. om. Fλ.* '*Odarum nomen ad* ἐπωδοὺς *fere singulas in iis* (*i. e. Bland. codd.*) *omissum*' *Cr. idem cod.* π *in epodon libro titulis caret* *uu.* 1 *sq. bis posuit B* 3 cesaris τ Caesari *πp.ras.Botheus et Peerlk.* 4 mecenas *Fλτ* mecenas π o mecenas *uλ2* tui *Wakefieldus opp. sch.γλφ* 5 sit ω *Meinekius Herbstius* si *ABFλτυχ*(*δμφgscorr.v*)*Ac.Porph.sch.γλφ om.γπχ* (*αβσhnps pr.*) sic ω si est *Ritterus* 6 locunda *τυχ* 7 prosequemur *γτχ*(*φυ1?*) 9 A*n*///hunc*γ* Adhuc *B* Anhuc *λ1* 10 Qua *ABγτGλ2*(a *in rasura*)

feremus et te uel per Alpium iuga,
inhospitalem et Caucasum,
uel Occidentis usque ad ultimum sinum
forti sequemur pectore.
roges, tuum labore quid iuuem meo 15
inbellis ac firmus parum?
comes minore sum futurus in metu,
qui maior absentis habet;
ut assidens implumibus pullis auis
serpentium allapsus timet 20
magis relictis, non, ut adsit, auxili
latura plus praesentibus.
libenter hoc et omne militabitur
bellum in tuae spem gratiae,
non ut iuuencis illigata pluribus 25
aratra nitantur meis,
pecusue Calabris ante sidus feruidum
Lucana mutet pascuis,
nec ut superni uilla candens Tusculi

TESTIMONIA.

12 cf. Senec. Med. 43: 'inhospitalem Caucasum mente indue'

VARIA LECTIO.

Pph.comm. Quem *Fuγuar.πp.ras.etcorr.χ(βρnsvOrelli cd)ω* Que *πa. ras.et corr.* mollis *πPph.* molles *cett.* 15 labore *Glareanus* laborem *Ωsch.γ* iuues *Bλpr.* 16 Inbe///λlis *γ* Ībellis *B* Imbellis *Aλ* firmum *γ* 17 sim *N. Heinsius, Bentl.* immetu *π* 18 absentes *Fγλτu uu.* 19—9, 36 *desunt τ uu.* 19—22 *del. Peerlk.* 19 adsidens *FAc. Pph.* implumibus *Aπ* inplumibus *FγλuAc.Pph.* īplumibus *B* 20 adlapsus *Fuλ2Ac.* alapsus *γ* allapsu us *B* 21 ut adsit *AλGχ(δ)*[3 *Bland.*] *Porph.comm.Cr.* ut assit *Bγχ(σghnβcorr.)sch.γ* ut sit *Fπuχ(αβpr.μρpv)* (ut non sit *s*) uti sit *y* (*Pulmanni H*) [1 *Bland.*]: *quae lectio propter nimiam uocalis I frequentiam improbanda esse uideatur: ceterum eam praetulerunt Bentl. Hauptius Meinekius Paulyus Linkerus alii* auxili *χ* auxilii *Ω* 22 presentibus *γu* 25 inligata *π* 26 mea *π2χ(qv)opp. sch.λφ* 27 Pe//cusue *γ* 28 pascuis *FγπuGV*[4*Bland.*]*ς Pph.Bentl.* pascua *Aλχ(αμ*[*sed* pascuis *μuar.*]*ρ)comm.* pascula *B* 29 Neque *ABλpr.* Nec *Fγπuλcorr.Ac.* supernę *γ* superne *πχ(p1)* (*sch.λφ*: su perni] *quia in monte sita est*) superni *cett. γuar. Acr.* supini *Bentl.* tangens *F* cadens *λ1y* candens *π* tuscula, *superscr. ul* tusculi *γ*

Circaea tangat moenia. 30
satis superque me benignitas tua
ditauit: haud parauero
quod aut auarus ut Chremes terra premam,
discinctus aut perdam ut nepos.

II

'Beatus ille qui procul negotiis,
ut prisca gens mortalium,
paterna rura bobus exercet suis
solutus omni fenore,
neque excitatur classico miles truci 5
nec horret iratum mare,
forumque uitat et superba ciuium
potentiorum limina.

TESTIMONIA.

33 sq. Seruii ad Aen. I 210 libri deteriores 34 schol. Pers. 3, 31 Epod. 2. 1—4 Hildebert. moral. philos. p. 984 1—3 '... bobus pro bouibus. Hor. in epodo: beatus—suis' Prisc. VII 81 1 sq. Isidorus orig. I 38, 24. Victorin. 2527. 2589 1 Augustin. de mus. V 11, 23. Terentianus p. 2435. Victorinus 2524. 2585. Fortunat. 2692. praem. 'secunda' Victorin. de metr. Hor. 2618. praem. 'secunda ode' Diomed. 528 'beatus—procul' Plotius 7, 8 2 Diomed. 510. 511. Victorin. 2619 3 Abbo Floriacensis c. 7 [Mai auct. class. V 336] Victorin. 174 G. cf. Fortunat. I 3, 3 'nec exc: cl: truci miles' 7 sq. cf. Senec. epist. 68 (7, 6) § 10: 'pulsare superbas potentiorum fores' 8 Porph. ad c. I 35, 22 cf. Martial. XII 18: 'dum per limina te potentiorum etc.' Columell. de re rust. I 1: 'an honestius dixerim mercennarii salutatoris mendacissimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum?' Claudian. in pr. cons. Stilich. I 42: 'nullis haerere potentum liminibus'

VARIA LECTIO.

30 Circaea χ(σ) Circea Ω menia *A* 32 haud *AFγλπu* haut B 33 cremes *γ* 34 Discintus *A* ut nepos *FγπζPph.Seru.Bentl.* nepos *ABλuχ(σ) sch. Pers.*

Epod. 2. VITAM AGRICOLARVM SVMMA TRANQVILLITATE (TRAMQV: λ) RERVM EXORNATAM (EXORNATV̄ λ) PROSEQVITVR *ABλ add. λ*: LAVDACIO VITE RVSTICE LAVDATIO VITAE RVSTICAE (RVSTICE *F*)*Fγ. add. γ*: EXORNATĘ SVMMA TRANQVILLITATE RERVM *γ* 1 negotio *Augustinus* 3 bubus *Aπιuιχ(npr.σ)* exarat *Abbo* 4 fenore *AB* foenore *Fγπ* 5 ['*codd. Bland. bis habent*, naque' Cr.] ut miles χ(μϱ 6 Neque *ABλu* Nec *FγπGBentl.* orret *F* 7 superbia *B*

ergo aut adulta uitium propagine
altas maritat populos, 10
aut in reducta ualle mugientium
prospectat errantis greges,
inutilisque falce ramos amputans
feliciores inserit,
aut pressa puris mella condit amphoris, 15
aut tondet infirmas ouis:
uel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit,
ut gaudet insitiua decerpens pira,
certantem et uuam purpurae, 20
qua muneretur te, Priape, et te, pater
Siluane, tutor finium.
libet iacere modo sub antiqua ilice,
modo in tenaci gramine.
labuntur altis interim ripis aquae, 25
queruntur in siluis aues,

TESTIMONIA.

10 Fortunat. 2682 Eutych. 2185 21 'munero, sed Hor.: muneretur te Priape' Diomed. 382

VARIA LECTIO.

9 aut] ut $\gamma_1\chi(p)$ adultae u: propagini *Botheus* 10 Altos *B* *uu.* 11 *sqq. sic disposuit Fabricius* 13. 14, 11. 12 *sequens cod. Altorf.*(?) 12 errantes *γu* 13 Inutilesque *AFγu* Inuictusq; *π* inutilisue *Bentl.* amputantes *B* amputas *γ* 16 oues *ABγλu* 17 decoris u_1 militibus *B* capud *u* 18 Autunpnus *u* aruis extulit *γGχ* (*βμ uar.*) uuis (*pro* aruis?) extulit *π* agris extulit *ABλV* [4 *Bland.*] *χ* (*δσghns*) a. ext. *Pph.* agnis ext. *Ac.* extulit agris *Fχ*(*αμρpv*) agris *extulit u* 19 Aut $\chi(s)y$ Et π_2 gaudens $F\pi_1$ decerpit *πuar.* 20 purpura *V* [4 *codd.Cr.*] *opp. Ac.* 21 Quis *Cuninghamus* muneret *Fχ*(*ρp*), *cf. Diomed. loc. supra citat.* 23 *nouum epodum incipiunt Aγλ Acr.χ*(*βμρghn*). INTRODVCIT QVENDAM FENERATOREM LOQVENTEM ET (*om.* λ) LAVDANTEM (*om.* λ) VITAM (*om.* λ) QVIETE (*om.* λ) ET NON TAMEN SVVM PROPOSITVM (EST *add. A*) DESERENTEM *Aλ* [*sim.* 2 *Bland*]. *inter u.* 22 *et* 23 *linea uacua γ. nulla interruptio in BFπuχ*(*αδσpsv*)*sch.γ Porph. sed ad marginem ψ eadem exhibet quae λ* 25 ripis *Aγλ*π_1*GB*$_2\chi$(*βσgnsv uar.*) *Bentl.* riuis B_1Fu '*V*'*χ* //riuis *π uid. mus. Rhen.* 1863, 283 *sq.* 26 Queruntur *Aπψ* auis *B*

*frondesque lymphis obstrepunt manantibus,
somnos quod inuitet leuis.
at cum tonantis annus hibernus Iouis
imbres niuesque comparat, 30
aut trudit acris hinc et hinc multa cane
apros in obstantis plagas,
aut amite leui rara tendit retia,
turdis edacibus dolos,
pauidumque leporem et aduenam laqueo gruem 35
iucunda captat praemia.
quis non malarum, quas amor curas habet,
haec inter obliuiscitur?
quodsi pudica mulier in partem iuuet
domum atque dulcis liberos, 40
Sabina qualis aut perusta solibus
pernicis uxor Apuli,
sacrum uetustis extruat lignis focum
lassi sub aduentum uiri,
claudensque textis cratibus laetum pecus 45
distenta siccet ubera,
et horna dulci uina promens dolio

TESTIMONIA.

28 cf. Stat. silu. I 3, 4 'teneros inuitant murmura somnos' 31 sq. 'uenor multis canibus et multo cane, ut Hor.: aut trudit — plagas' Serv. ad Aen. I 378 33 sq. cf. Martial. III 58, 26: 'sed tendit auidis rete subdolum turdis' 34 Victorinus 2585 Fortunat. 2680 35 Fortunat. 2693

VARIA LECTIO.

27 Fontes *ΩPorph.sch.γλφ* frondes *Marklandus prob. Peerlk. uid. mus. Rhen.* 1863, 284 limphis *Au* lynphis *γ* lyphis *λ1* mantibus *B* 28 Sonnos *u* leues *ABFλu* 29 Aut *Buχ* hiberni *B* 31 hinc acris *Seruius Dan.* acres *Fu* agris *λ* multo *Seruius Dan. πuar.s corr.* 32 obstantes *Fu* 33 amite *π* rara tetendit *F* 35 pauidumue *Bentl.* laqueo]//////*φ* 36 Iocunda *u* premia *γλu* *uu.* 37—70 *om. B* *uu.* 37. 38 *del. Peerlk.* 37 malorum *χ(βpr.)ω* 39 quid si *ω Hauptius* inparte *A Ac.* dulces *γu* 42 Sacrum et uetustis *y* [*cφd. Siluius*] sacrumque uetustis *Lambinus* 47 orna *Fλπ1u*

dapes inemptas apparet:
non me Lucrina iuuerint conchylia
magisue rhombus aut scari, 50
si quos Eois intonata fluctibus
hiemps ad hoc uertat mare;
non Afra auis descendat in uentrem meum,
non attagen Ionicus
iucundior, quam lecta de pinguissimis 55
oliua ramis arborum,
aut herba lapathi prata amantis et graui
maluae salubres corpori,
uel agna festis caesa Terminalibus
uel haedus ereptus lupo. 60
has inter epulas ut iuuat pastas ouis
uidere properantis domum,
uidere fessos uomerem inuersum boues
collo trahentis languido,
positosque uernas, ditis examen domus, 65
circum renidentis lares.'
haec ubi locutus fenerator Alfius,
iam iam futurus rusticus,

TESTIMONIA.

48 'hortorum... aeque curam suscipere debebit, ut et quotidiani uictus sui leuet sumptum et aduenienti domino praebeat, quod ait poeta, inemptas ruris dapes' Columella de re rustic. XI 3 49—52 Priscian. VIIII 37 XI 34 63 sq. Seru. ad ecl. 2, 66

VARIA LECTIO.

49 non me] Nonne *u* conchilia *Au* 50 rombus *Fγλ* scauri *λa.ras.uπχ* *uu.* 51. 52 *del. Peerlk.* 52 Hiems *A* uertit *aliquot codd. Prisciani.* uerrat *N. Heinsius* 54 atagen *πu* 55 locundior *u* lecta de pinguissimis] leta deposcimus *A, corr. alt. m.* 57 lapati *u* laphati *Fγπ* 59 cesa *γu* 60 hedus *AFπu* edus *γ* hereptus *A* 61 epulas *F* aepulas *λ* ut] et *γ* oues *AFγπu* 62 properantis *π* properantes *cett.* domum properantes *u* 64 trahentis *χ(μρ)* trahentes *Ω* 66 renidentis *πχ(μρ)* renidentes *cett.* 67 foenerator *γ* alpheus *uχ(ρ)* Alphius *Peerlk. citato Wesseling. de Iud. arch. pag.* 89

omnem redegit Idibus pecuniam,
quaerit Kalendis ponere. 70

III

Parentis olim si quis impia manu
senile guttur fregerit,
edit cicutis alium nocentius.
o dura messorum ilia!
quid hoc ueneni saeuit in praecordiis? 5
num uiperinus his cruor
incoctus herbis me fefellit, an malas
Canidia tractauit dapes?
ut Argonautas praeter omnis candidum
Medea mirata est ducem, 10
ignota tauris illigaturum iuga
perunxit hoc Iasonem;
hoc delibutis ulta donis paelicem

TESTIMONIA.

Epod. 3. 1 praem. 'tertia ode (om. Victor.)' Diomed. 528 Victorin. de metr. Hor. 2618 5 cf. Petron. sat. c. 17: 'maior enim in praecordiis dolor saeuit'

VARIA LECTIO.

69 relegit *λ corr.χ(βδμρσπpsv Orelli cd)* redegit *cett. G V* [4 *Bland.*] *Ac. Pph. sch.γ* 70 Querit *Au* calendis *Fπ*

Epod. 3. EXECRATVR QVOD APVD MAECENATEM (MECENATEM *Aλ*) ALIVM (ALLIV̄ *λ*) EDERAT ET AESTV (ESTV *Aλ*) TORQVEBATVR (TORQVEBETVR *λ*)*ABλ, in B add. alt. m.* DE ALLIO HERBA NOCENTIORE CICVTIS AD MECENATEM TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS *Fλ* (*in λ hic tit. post illum*) AD MECENATEM TERNARIVS IAMBICVS EXECRATVR QVOD APVD MECENATEM ALLIVM COMEDERAT ET ESTV TORQVEBATVR *γ* AD AVGVSTINVM MECENATEM *χ(p, Oberlini B)* 1 olim *om. γ* 3 Edat *uπ2χω*[edit 4 *codd.Bland.*] allium *γλuGBcorr.π2ψ2χ(βμρσnpsv) sch.γopp.Ac.Pph.* 5 seuit *u* precordiis *AFγu* 7 an malas *om. B* 8 tentauit (*teste Torrentio*) *y uu.* 9—22*om. B* 9 preter *Aγ* omnis *πχ(αδμρ)* omnes *cett.* 10 est]//// *π* 13 pelicem *Aγλπu*

serpente fugit alite.
nec tantus umquam siderum insedit uapor 15
siticulosae Apuliae,
nec munus umeris efficacis Herculis
inarsit aestuosius.
at si quid umquam tale concupiueris,
iocose Maecenas, precor 20
manum puella sauio opponat tuo,
extrema et in sponda cubet.

IIII

Lupis et agnis quanta sortito optigit,
tecum mihi discordia est,
Hibericis peruste funibus latus
et crura dura compede.
licet superbus ambules pecunia, 5
fortuna non mutat genus.
uidesne, sacram metiente te uiam

TESTIMONIA.

21 sq. Porph. ad epod. 14, 13

Epod. 4. 1 praem. 'quarta ode' Diomed. 528 8 'arta toga, quae bis ulnarum (sic) non sit ut in epodis dixit' Porph. ad epist. I 18, 30

VARIA LECTIO.

16 Apuliae] Dauniae *Heimsoethius* 17 herculis efficacis humeris *u* umeris *Pph.* humeris Ω 18 estuosius *u* 19 Aut *u* Quod χ(σ) 20 iocosa *Marklandus opp. Porph sch.γλφ* mecenas Ω 21 suauio χ(σsv)yω *Acr. cf. Prisciani inst.* XIII 1, 2. [sauio *codd. Bland.*] obponat *Porph. ad ep.* 14. conponat *u*

Epod. 4. AD SEXTVM MENAM LIBERTINVM. VEDIVM RVFVM EX SERVITVTE MIRATVR VSVRPASSE EQVESTREM DIGNITATEM VSQVE AD TRIBVNATVM MILITVM *AB*λ(*u,cons.n*) *post* TRIBVN: *add.* χ(*h*): IN SEXTV̄ POMPEIV̄ SEX. LIB. MENÃ IAMBICEI IN SEXTVM POMPEIVM LIBERTVM *F*γχ(α) IN MENAM SEXTI POMPEI LIBERTVM χ(δ *cons.s*) 1 obtigit *Fπu exp. metr. Pph. Diomed.* obtegit *B* 4 cōpede *ABπ* 5 peccunia *u* 7 mentiente *π* mertiente *B*

cum bis trium ulnarum toga,
ut ora uertat huc et huc euntium
liberrima indignatio? 10
'sectus flagellis hic triumuiralibus
praeconis ad fastidium
arat Falerni mille fundi iugera,
et Appiam mannis terit
sedilibusque magnus in primis eques 15
Othone contempto sedet.
quid attinet tot ora nauium graui
rostrata duci pondere
contra latrones atque seruilem manum,
hoc, hoc tribuno militum?' 20

V

'At o deorum quicquid in caelo regit
terras et humanum genus,
quid iste fert tumultus, et quid omnium
uoltus in unum me truces?

TESTIMONIA.

Epod. 5. 1 sq. Seru. ad Aen. VII 363 VIIII 582 Donatus ad Terent. Andr. IIII 1, 43. praem. 'Hor. in epodo' Prisc. XVII 171 1 Seru. ad Aen. VIIII 144. praem. 'quinta ode' Diomed. 528

VARIA LECTIO.

8 trium $\chi(\alpha 2)$ *Barthius, Bentl. cons. Acr. sch.γ* ter *Ω Ac.* uinarum *B* 11 trium iuralibus *A* 12 Preconis *Fγu* 14 teret *B* 15 eques] et eques *Aλ* 16 Ottone *u* contenpto *u* contēpto *Fπ* 17 ora] aera *Bentl.* 19 latranes *γ*

Epod. 5. PVERVM PRAETEXTATVM (PRET: *γ* PRETEXATV *λ*) DEFOSSVM INDVCIT A (AD *γ*) CANIDIA QVO NECATO (NEGATO *AB*) ALFIO (ALPHIO *B euan. λ*) VARO (*euan. λ*) DARET POTIONEM (POTIONE *λ*) DELINIMENTORVM (DELIRAMENTORVM *γ*) *ABγλ, add. λ quae legimus in F* IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE TFRNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS *F* 1 quidquid *πιPph. Diomed.* quisquis *Donati edit.* celo *u* regis *Fλpr.πuχ(βnvμuar. Orelli d Pulmanni BH) Donati edit. opp. Ac. Pph. Porph. sch.γ* [quicquid regit *codd. Bland.*] 2 terra *γ* 3 et quid *FγπuGV* [*codd. Bland.*]ς aut quid *ABλχ(σg)Pph.ω* 4 Vultus *ABλu*

per liberos te, si uocata partubus 5
Lucina ueris adfuit,
per hoc inane purpurae decus precor,
per improbaturum haec Iouem,
quid ut nouerca me intueris aut uti
petita ferro belua?' 10
ut haec trementi questus ore constitit
insignibus raptis puer,
inpube corpus, quale posset impia
mollire Thracum pectora,
Canidia, breuibus implicata uiperis 15
crines et incomptum caput,
iubet sepulchris caprificos erutas,
iubet cupressos funebris
et uncta turpis oua ranae sanguine
plumamque nocturnae strigis 20
herbasque, quas Iolcos atque Hiberia
mittit uenenorum ferax,
et ossa ab ore rapta ieiunae canis
flammis aduri Colchicis.

TESTIMONIA.

11—13 'Hor. in epodo: ut—constitit puer—corpus' Prisc. VI 65 15 'et alibi dictum est, Gratidiam nomine fuisse Neapolitanam unguentariam, quam Canidiam hic appellat et ut ueneficam carpit maxime in epodo carmine' Porph. ad serm. I 8, 25 21 sq. Seru. ad Aen. VIIII 582

VARIA LECTIO.

5 te] ter $\chi(\mu)$ 6 affuit *Ayu* 7 purpure *γ* 8 inprobaturum *F* īprobaturum *B* 9 aut uti] quam uti *u* aut ut *A* 11 haec] haec & *Fπ* tremente *Bentl.* 13 Inpube *Fγλπ* Īpube *B* Impube *Au* posset] solet *B* inpia *λ* 14 trhacum *u* traecū *sch.λ* 15 implicata *γuς sch.λφ* inplicata *FπAc. Pph.* illigata *ABλχ(σg Monac. II Argentor. II)* inligata *Porph.* 16 capud *u* 18 cupressus *Fλπχ Pph.*, *non GAc.* funebres *Fγλπu* 19 cuncta *B* oua ranae] o uarane *A* rane *γ* rana *B* 20 strigis nocturnae *ABλχ(σ)* nocturne γ_1 21 iolcos *Seruii Reginensis cons. Porph.* hiolcos *ABγ* hiolchos $\chi(\sigma\delta_2$ *Pulmanni H) sch.γ* [iolchos 4 *Bland.*] colchos *FπuGχAc.* colchos *λ* cholchos *Pph.* colcos *Acr.* atque *Fγπuς Ac. Pph.* aut *ABλχ(σ)* (et *gpr.*) 23 ieiune *Aγ* leonine *B* 24 cholchicis *π*

at expedita Sagana per totam domum 25
spargens Auernalis aquas
horret capillis ut marinus asperis
echinus aut currens aper.
abacta nulla Veia conscientia
ligonibus duris humum 30
exhauriebat ingemens laboribus,
quo posset infossus puer
longo die bis terque mutatae dapis
inemori spectaculo,
cum promineret ore, quantum extant aqua 35
suspensa mento corpora:
*exsucta uti medulla et aridum iecur
amoris esset poculum,
interminato cum semel fixae cibo
intabuissent pupulae. 40
non defuisse masculae libidinis
Ariminensem Foliam

TESTIMONIA.

33 sq. 'idem (=Hor.) in epodo: mutatae—spectaculo' Prisc. VII 41

VARIA LECTIO.

25 Aut λ A//t *A* Atq. *u* saga////per *u* 26 auernales *Fγλuπ*2 28 Laurens aper *N. Heinsius Bentl.* 29 ła (=uela) *B* 33 terue *yω* mutate λ dapes *F*λ1 34 Inemoris pectaculo *γ* Inęmori *u, punctis et alt.* ri *altero atramento adscriptis* Īnemori *B* Inmemori *Fπ a.ras.χ* (*sch.F* 'indigno memoria') *Prisciani unus cod.* memori *Prisciani codd. plerique* expectaculo *ψ* 35 extat *B* 37 *incipit altera manus in γ* Exsecta *F*γλ1πuG*V* [*omn. Bland.*] ς *Ac. sch.γ Pph. schol. ψ* Execta *AB* Exsucta λ2χ (*h Orelli cd, Bersmanni unus, Lambini aliquot, Batteliani uar. lect., Dessauiensis II* [*Kirchneri nou. quaest. p.* 14] *Gottingensis I* [*Kirchneri nou. quaest. p.* 27]) Exucta χ(s1μ *sed uar.* Execta; *codex Diuaei*) Exsucca *y* (*Parisinus* 7977) Exu//ta *y* (*Zulichemianus*) Exuta *y* (*Bersmanni unus*) Exerta *y* (*Bodleiani uar. lect.*), *edit. Locheri, Aldinae* exesa *uel* exesta *N. Heinsius, illud recepit Bentl.* Ex: uti] Exectati *B* 39 fixe *BF* cybo F 40 populae *B*λ*pr.ψpr.* 41 non] nec *Acronis Guelferbyt.* mascule *A* 42 Arimenensem *AB* Arimi////nensem λψ (*aut* ni *aut* mi *erasum est*) Arimensem *γ*

et otiosa credidit Neapolis
  et omne uicinum oppidum,
quae sidera excantata uoce Thessala 45
  lunamque caelo deripit.
hic inresectum saeua dente liuido
  Canidia rodens pollicem
quid dixit aut quid tacuit? 'o rebus meis
  non infideles arbitrae, 50
Nox et Diana, quae silentium regis,
  arcana cum fiunt sacra,
nunc, nunc adeste, nunc in hostilis domos
  iram atque numen uertite.
formidulosis cum latent siluis ferae 55
  dulci sopore languidae,
senem, quod omnes rideant, adulterum
  latrent Suburanae canes
nardo perunctum, quale non perfectius
  meae laborarint manus. 60
quid accidit? cur dira barbarae minus
  uenena Medeae ualent,
quibus superbam fugit ulta paelicem,
  magni Creontis filiam,

TESTIMONIA.

57. 59 sq. Prisciani codd. O D S r XVII 32. reliqui et optimi codd. Horatianos uersus omittunt: eosque inepto loco insertos esse apparet
57 cf. 'senes quod omnes rideant cunctos canos' Plot. 4, 21

VARIA LECTIO.

45 Que *Ay*1 *sy*dera *γ* thesala *B* 46 celo *u* decęlo *φ* diripit *γu*1*G* [deripit *codd. Bland.*] 47 inresectō *u* seua *u* libido *B* 49 quod tacuit *λ* 50 infidelis *B* 52 Archana *Fγu* 53 hostiles *Fγπu* domus *γ* 54 Arcum *y* 55 Formidulosis *Bπχ*(*g*) Formidolosis *AFλ*1*χ*(*h*) *Ac.sch.γ* Formidolosae *uGV*[4 *Bland.*]ς Formidolose *γλ*2 cum *ABγλ*1*χ*(*βδσ*) *Ac.* dum *Fπuχ* 56 Dulcis opere *B* 57 quod] quo *F* 58 suburbane *Aλ*1 (*alt.* b *eras.*) *Ac.* suburbanae *χ*(*αβν*2) 60 laborarunt *ABλG* (*ex sil. Pulm.*) (laborauerunt *μ*) *opp.*'*V*'*Pph. sch.λφ* 61 dira *om. A* barbare *AB* 63 superba *ABγπ Ac. Acr.sch.γ u*2*χ*(*αστps Pulmanni B*) superbam *FλuGV*[4 *Bland.*]*χ*(*βδμghnqv*) pelicem *AFγλπu* 64 filia *π*

cum palla, tabo munus imbutum, nouam 65
incendio nuptam abstulit?
atqui nec herba nec latens in asperis
radix fefellit me locis.
indormit unctis omnium cubilibus
obliuione paelicum. 70
a! a! solutus ambulat ueneficae
scientioris carmine.
non usitatis, Vare, potionibus,
o multa fleturum caput,
ad me recurres, nec uocata mens tua 75
Marsis redibit uocibus.
maius parabo, maius infundam tibi
fastidienti poculum,
priusque caelum sidet inferius mari
tellure porrecta super, 80
quam non amore sic meo flagres uti
bitumen atris ignibus.'
sub haec puer iam non, ut ante, mollibus
lenire uerbis impias,
sed dubius unde rumperet silentium 85
misit Thyesteas preces:

TESTIMONIA.

69 cf. 'indormis cunctis omnium cubilibus malignis' Plot. 4, 24

VARIA LECTIO.

65 palla^{ta}///bo *F* pallo *u*ı pal *λ* imbutum *γιπχsch.λφ* inbutum *FluχPph.* infectum *ABγzy et haec interpretatio est in sch.γ et Acr.* noua *ABπp.ras.* 68 fefellix *A* *uu.* 69. 70 *del. Peerlk.* 70 pelicum*Fγλπu* Obliuione pelicum aha | Solutus a: *u* 71 A. a. *Aπ Pph.χ om.Bλ*ı Ah ah *Fλzχ* Ah *γχ* aha *u Bentl.* 74 fle//turum *λ* capud *u* 75 menstrua *B* 76 ridibit *A* 79 celum *λu* mare *Fπ* 81 sic flagres meo uti *u* mei *Glareanus, Bentl.* 83 iam *om. γπpr.χ(βn)* ut *om. u* 86 thiesteas *AFγλπu* praeces *Aλ* *uu.* 87

'uenena magnum fas nefasque non ualent
conuertere *humana inuicem.
diris agam uos; dira detestatio
nulla expiatur uictima. 90
quin, ubi perire iussus expirauero,
nocturnus occurram furor,
petamque uoltus umbra curuis unguibus,
quae uis deorum est Manium,
et inquietis assidens praecordiis 95
pauore somnos auferam.
uos turba uicatim hinc et hinc saxis petens
contundet obscenas anus.
post insepulta membra different lupi
et Esquilinae alites, 100
neque hoc parentes, heu mihi superstites,
effugerit spectaculum.'

TESTIMONIA.

89 sq. 'dira—uictima' Seru. ad Aen. VII 597 92 cf. 'sunt illa uera, quae extremo miseri spiritu dicebantur: dabis mihi, scelerate, poenas: persequar quandoque et occurram' Quintilianus declam. 314
99 'post —differant lupi' Plot. 4, 23

VARIA LECTIO.

88 *del. Peerlk.* 87 magnum *Ω Ac.Pph.Porph.sch.λφ* magica *ω Bentl.* maga non *Hauptius* 88 non uertere *Bentl.* humana inuicem] humanam uicem *Ω Pph. Porph. sch.γ Bentl.* immani uice *Peerlk.; de nostra lectione uide sis mus. Rhen.* 1863, 284 *sq.* 89 detestacio *u* 91 uisus *B* exspirauero *γ* 93 uultus *Ω* 94 quę uis deorum maniū ē *Ac.* 95 Et quietis *A* assident *B* precordiis *γλu* 96 sonnos *u* 98 Contundat *ABλ Pph.* obcenas *λ₁* 99 menbra *λu* differrent *γ* deferent *Ac.* 100 aesquilinae *ABF'π* esquilinae *γλu V* [4 *Bland.*] Exquilinae *Fea; sed cf. gymn. Austr. ann.* 1862, 329 102 Effugerit *FγuGπcorr.ς Pph.Porph.sch.λφ* Effugerint *ABλπ a.ras.χ*

VI

Quid immerentis hospites uexas canis
  ignauos aduersum lupos?
quin huc inanis, si potes, uertis minas
  et me remorsurum petis?
nam qualis aut Molossus aut fuluos Laco, 5
  amica uis pastoribus,
agam per altas aure sublata niues,
  quaecumque praecedet fera.
tu cum timenda uoce complesti nemus,
  proiectum odoraris cibum, 10
caue, caue: namque in malos asperrimus
  parata tollo cornua,
qualis Lycambae spretus infido gener
  aut acer hostis Bupalo.

TESTIMONIA.

Epod. 6. 1 praem. 'sexta ode' Diomed. 528 10 praem. 'Hor. in epodo' Eutych. 2160 13 sq. cf. Plotius 4, 13 'qualis Lycambe spretus infido gener Bupalo'

VARIA LECTIO.

Epod. 6. MALEDICVM POETAM IN SE IRRITAT MINATVRQVE (MIRATVRQVE λ) SI SOLITA RABIE FVERIT ELATVS *ABλ* IN CASSIVM SEVERVM TERNARIVS IAMBICVS (IAMBIVS *F*) BINARIVS IAMBICVS EPODICVS (PODICVS *γ*) *Fγ* AD MEVIVM ALLEGORICE *μ* ['*IN CASSIVM SEVERVM. Iambica Epodos VI... In inscriptione huius epodi tres codices Blandinii consentiunt, quartus sequitur uulgatam lectionem*' *Cr.*] 1 immerentis *A* im̄erentes *B* immerentes *Fuπ2 Ac.* inmerentes *γλ exp. metr. Pph. Diomed.* merentes *π1* 2 Ignabus *B* Ignauus *cett.* aduersum *Aγλ π2(π1 eras.) Ac.χ(βδk1ns)* aduersos *B* aduersus *Fuς* 3 inanes *BFu* uertis *AB1γλπ1Gu2χ(σk pr.ns1) sch.γ* [3 *Bland.*] uerte *Fu1' V' B2π2ς uid. mus. Rhen.* 1863, 283 4 pete *Fu1 V ut uid. π2χ(αδμgpv Pulmanni H)* petes *χ(β)* [petis 3 *Bland.*] 5 molosus *γlu χ* molosos *B* fuluus *Ω* laco *ABγγ* [2 *Bland.*] *cf. Prisciani instit.* VI *p.* 220 *sq.* lacon *Fλπuς* 7 *p altas u* 8 Quecumq. *Aλ* precedet *u* praecedat *y* procedet *y* 9 Tuguum *π*, c *ab alt. m.* conplesti *Auχ(μ)* cōplesti *π* complesti *cett. Ac.* 10 cybum *F* 13 licambe *Fπpr.u* licābae *B* lycambe *γ* sprętus *φ* 14 bubalo *λcorr.π2* pabulo *γ* bupa lo 4 *codd. Cr.*]

an si quis atro dente me petiuerit, 15
inultus ut flebo puer?

VII

Quo quo scelesti ruitis? aut cur dexteris
aptantur enses conditi?
parumne campis atque Neptuno super
fusum est Latini sanguinis,
non ut superbas inuidae Carthaginis 5
Romanus arces ureret,
intactus aut Britannus ut descenderet
sacra catenatus uia,
sed ut secundum uota Parthorum sua
urbs haec periret dextera? 10
neque hic lupis mos nec fuit leonibus
umquam nisi in dispar feris.
furorne caecos an rapit uis acrior
an culpa? responsum date.
tacent, et ora pallor albus inficit 15

TESTIMONIA.

Epod. 7. 1 praem. 'septima ode' Diomed. 528 3 sq. cf. 'parumne campis atque N: s: fusum dextris' Plot. 4, 27 5—7 cf. 'non—aut Britannicus' Plot. 4, 34. 5 sq. f. 'non ut s: i: Carthaginis arces' Plot. 4, 26.

VARIA LECTIO.

15 atro π me oppetiuerit *Fπιχ comm. Cr. opp. Ac. sch.γ*

Epod. 7. PRIMO CIVILI BELLO FINITO VT AB ALIO (BELLO *add. B*) ABSTINEATVR (ABSTINEAT *ABλ*) DEPRECATVR (AMONET *λ*) *ABγλ,γ add. quae legimus in F* TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS *F* 1 dextris *ABγλ expos. metr.* 2 Aptant φ_1 super] semper *u* 4 Fusūst π_1 Fusum est π_2 *cett.* 5 inuide *AB* inde π_1 carthaginis *λ* cartaginis *A* kartaginis *BFγπu* 6 urerer *A* uerteret ω 7 brittannus *γλA corr.* 10 dextra *A* 12 Vnquam *Bλ* Nunquam ω (*ed. Ven.* 1490) *Bentl. Hauptius Peerlk. alii* feris] genus *Lambinus* 13 caecos *γχ* (*g Argentor. II, duo codd. Torrenti et unus regiae societatis Londini*) *Bentl.* cecus *πuγuar.* caecus *rell. Pph.* 15 albus ora pallor *ABλχ(gk)Ac.Pph.*

mentesque perculsae stupent.
sic est: acerba fata Romanos agunt
scelusque fraternae necis,
ut immerentis fluxit in terram Remi
sacer nepotibus cruor. 20

VIII

Rogare longo putidam te saeculo
uires quid eneruet meas:
cum sit tibi dens ater et rugis uetus
frontem senectus exaret
hietque turpis inter aridas natis 5
podex uelut crudae bouis?
sed incitat me pectus et mammae putres,
equina quales ubera,
uenterque mollis et femur tumentibus
exile suris additum. 10
esto beata, funus atque imagines
ducant triumphales tuum,
nec sit marita, quae rotundioribus

TESTIMONIA.

Epod. 8. 1 praem. 'octaua ode' Diomed. 528 11 sq. schol. Stat. Theb. VI 268 13 sq. schol. Stat. Theb. IIII 207 'quae — baccis'

VARIA LECTIO.

16 percussae $\chi(s)y$ 17 facta *sch. Stat.* agunt] premunt *sch. Stat.* 18 Scęlus *A* fraterne *Aλ* 19 immerentis *λcorr.* imerentis *B* inmerentis *Fγπu* inmerentes *APph.* immerentes *λpr.*

Epod. 8. PROSTITVTAM PVTIDAM ANVM SECTATVR VITIA CORPORIS EIVS PROSCRIBENS *ABλ* PROSTITVDAM PVTIDAM ANVM SECTATVR VITIA CORPORIS EIVS IN GRATIDIAM *γ* IN ANV̄ LIBIDINOSĀ QVĀ ASPERNATVR *F* 1 scĩo *Fu* seculo *A* 2 quod *Bγχ*(α $\delta_2 gk$) (qd̄ μ) eneruat χ(σ) 3 Cum sit dens ater tibi et *γ* uiętis π_2, *recte* π_1 5 natis *π* nates *cett.* 6 uelud *u* 8 Et quina *γ* qualis *ABλπpr.* 11 fumus *λpr.* 12 triumfales *B* 13 quae r:] quaerunt unionibus *sch.Pers.*

onusta bacis ambulet.
quid quod libelli Stoici inter Sericos 15
iacere puluillos amant?
inlitterati num minus nerui rigent,
minusue languet fascinum,
quod ut superbo prouoces ab inguine,
ore adlaborandum est tibi? 20

VIIII

Quando repostum Caecubum ad festas dapes
uictore laetus Caesare
tecum sub alta (sic Ioui gratum) domo,
beate Maecenas, bibam,
sonante mixtum tibiis carmen lyra, 5
hac Dorium, illis barbarum:

TESTIMONIA.

schol. Pers. 2, 66 sq. 18—20 Plotius 4, 33 19 sq. 'quia ut—tibi' schol. Iuuen. 6, 298

Epod. 9. 1 praem. 'nona ode' Diomed. 528

VARIA LECTIO.

14 baccis *u sch. Pers.* 17 Inliterati *γλψ* Illiterati *B* illiteratis *Guietus Bentl.* num] non *Pph.* *χ(k uar.)* *u.* 18 *om. B* Minusue *Ω Ac. Pph.* magisue *Guietus Bentl. Broukhusius* *u.* 19 *om. πpr.* quod] quia *sch. Iuu.* superbo prouoces] super uoces *sch. Iuu.* iunguine *B* 20 allaborandum *λ*

Epod. 9. EPODON BELLO ADVERSVS ANTONIVM ET CLEOPATRAN (CLEOPATRĀ *B*) DESIGNAT VOTIS VICTORIAM CAESARIS *ABλ, add. λ*: AD MECENATEM *λ* AD C. (*om. F*) MECENATEM. TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS (BODICOS *γ, rell. om. F*) BELLA CONT(RA) CLEOPATRA(M) ET ANTONIVM DESIGNAT *Fγ* 1 repostum *Fλuπp.ras.χexp.metr.comm.Cr.* repositum *ABγπ pr.ϛAc.Pph.* o repostum *N. Heinsius Bentl.* cecubum *Fπu* 2 letus *Aγιu* cesare *Aγιλ* 4 Beatę *A* mecenas *Fγλπu* 5 mixtis *y Bentl.* lira *Au*

ut nuper, actus cum freto Neptunius
dux fugit ustis nauibus,
minatus urbi uincla, quae detraxerat
seruis amicus perfidis? 10
Romanus eheu (posteri negabitis)
emancipatus feminae
fert uallum et arma miles et spadonibus
seruire rugosis potest,
interque signa, turpe! militaria 15
sol aspicit conopium.
adhuc frementes uerterunt bis mille equos
Galli canentes Caesarem,
hostiliumque nauium portu latent
puppes sinistrorsum citae. 20
io Triumphe, tu moraris aureos
currus et intactas boues?
io Triumphe, nec Iugurthino parem
bello reportasti ducem,
neque Africanum, cui super Carthaginem 25
uirtus sepulchrum condidit.

TESTIMONIA

9 sq. Seru. ad Aen. VI 612 15 sq. 'signa militaria—conopeum' schol. Iuuen. 6, 80 17 sq. Seru. ad Aen. VI 612 22 'intactas boues' Probus 1462

VARIA LECTIO.

7 actus in freto *Ac.* 8 ustis *om.* *B*ι 9 uincula *Fλ* uinda *γ* detexerat *γ* 11 heheu *A* 12 Et mancipatus *γλ a.ras.* Mancipatus *χ* *uu.* 13—38 *om.* *B.* 16 conopium *A Ac. Acr. Pph. Porph.* conopeum *cett. sch.γ* *uu.* 17—20 *del. Peerlk.* 17 Adhuc λιχ(σpguar.y) *Seruius Dan. Hauptius* At huc *Gχ(hk, Pulmanni H)* [1 *Bland.*] *sch.γ comm. Cr.* Ad hunc *AFγπυς Ac. Acr. Pph. Seruii codd. mss.* [Ad hunc, *uar.* at huc 3 *Bland.*] At hunc *y* Ab hoc *N. Heinsius Peerlk.* At hoc *Fea* 18 cesarem *Aγι* 20 sinistrosum *Pph. Porph.* sitae *y* [2 *codd. Cr.*] 23 iugurtino *πu* 24 reposti *ψι* *uu.* 25 *sq. del. Schwenckius* 25 africanum *Aγπa.ras.Gχ(αδhn) Bentl.* affricanum λιυιχ(σgks) africano *Fπp.ras.χ(βμpv)* affricano λιυι cui] quo *Bentl.* carthaginem *AFλ* kartaginem *γu* cartaginem *π* 26 sepulcrum *λu*

terra marique uictus hostis punico
lugubre mutauit sagum.
aut ille centum nobilem Cretam urbibus,
uentis iturus non suis, 30
exercitatas aut petit Syrtis Noto,
aut fertur incerto mari.
capaciores affer huc, puer, scyphos
et Chia uina aut Lesbia
uel, quod fluentem nausiam coerceat, 35
metire nobis Caecubum.
curam metumque Caesaris rerum iuuat
dulci Lyaeo soluere.

X

Mala soluta nauis exit alite
ferens olentem Meuium.

TESTIMONIA.

33 cf. Seneca dial. lib. V [= de ira lib. III] 14, 2: 'bibit deinde liberalius quam alias capacioribus scyphis'

Epod. 10. 1 sq. Victorin. 2525. 'iambus est carmen maledicum plerumque trimetro uersu et epodo sequente compositum, ut: mala—Maeuium' Diomed. 485 'Meuius et Bauius pessimi fuerunt poetae inimici tam Horatio quam Virgilio: unde Hor.: mala—Meuium' Seru. ad ecl. 3, 90 1 schol. Stat. Theb. III 64. praem. 'decima ode' Diomed. 528

VARIA LECTIO.

27 *nouum epodum incipiunt AAc.χ(βμhn)* 28 mutabit *Lachmannus Hauptius alii* 29 Aaut *A* 31 Aut petit exercitatas *u* syrtis *π* sirtes *Aλu* syrtes *cett.* notho *Fλu* 32 fertur] infertur *γ* 33 Cappaciores *A* Capatiores *γλψιu* adfer *F* sciphos *Au* 34 Aut *y* *uu.* 35. 36 *del. Peerlk. Linkerus alii, defendit Guil. Buttmannus* 35 defluentem *u* nausiam *Aλpr.πAc.* nauseam *cett. Pph. Porph.* coerceat *π* choerceat *u* coherceat *cett. Ac. Pph.* 36 cecubum *Aγπu* 37 *denuo incipit τ* 38 liaeo *A* lyeo *πτ* ligeo *γ*

Epod. 10. INVISVM SIBI MEVIVM (MEVIVM *B*) DEVOVET VT HORRENDIS (ORRENDIS *λ*) PREMATVR TEMPESTATIBVS *ABλ* IN MEVIVM POETAM TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS (*om. γ*) EPODICVS (PODICVS *γ*) *Fγ* *inscr. om. τ* 1 Malo *Marius Victorinus* ·ala *γ* 2 maeuium *BλχPph. Seruii codd. praeter Parisinum* 7959 meuium *etiam*

ut horridis utrumque uerberes latus,
  Auster, memento fluctibus;
niger rudentis Eurus inuerso mari 5
  fractosque remos differat;
insurgat Aquilo, quantus altis montibus
  frangit trementis ilices;
nec sidus atra nocte amicum appareat,
  qua tristis Orion cadit; 10
quietiore nec feratur aequore,
  quam Graia uictorum manus,
cum Pallas usto uertit iram ab Ilio
  in impiam Aiacis ratem.
o quantus instat nauitis sudor tuis 15
  tibique pallor luteus,
et illa non uirilis heiulatio,
  preces et auersum ad Iouem,
Ionius udo cum remugiens sinus
  Noto carinam ruperit. 20
opima quodsi praeda curuo litore

TESTIMONIA.

6 Plotius 4, 28 8 Plotius 4, 31 p. 1647 9 cf. 'nec sidus atra nocte amicum apparet' Plot. 4, 31 10 sq. 'qua—feratur aequor' Plot. 4, 31 10 Seru. ad Aen. I 535 13 sq. Seru. ad Aen. II 615 13 Seru. ad Aen. II 259 mythographi I et III ap. Mai auct. class. III p. 62 et 245 17 Seru. ad Aen. IIII 667

VARIA LECTIO.

Ac.sch.λφ 3 horidis λ_1 *utrūque* (*etiam lineola supra* u *ab all. m. est*) *π* uerberes *τ* 4 flatibus *y*, *Burmannus* 5 rudentes *Fτu* 6 Tractos *ψ* 7 qualis *y* [1 *Bland.*] montibus altis *B* 8 Franget *B* fregit *Plotius*, plangit *Wakefieldus* uertit *uel* sternit *Bentl.* trementis *Bπpr.* trementes *cett.* 9 sydus *τ* apareat *y* apparat λ_1 11 equore *γπu* 13 iras γ_1 14 In *om. B* 15 instantat *A* 17 illa//// ñ uirilis *u* eiulatio *χPph.* 18—20 *om. B* 18 Prẹces *A* aduersum *Fλχ non Ac.* (*duplicem lectionem* aduersum *et* auersum *testatur sch.γ*) 19 sin'/// *A* sinu *λcorr.* (*gs corr.*) [*omn. Bland.*] 20 Notus *AγVχ*(*h*) [*omn. Bland.*] Notho *Fuλ corr.π*2,λ_1 *n.l.* 21 Optima *A* si *om.* φ_1 preda *A* p̄da *Fπu* littore *Aλu*

porrecta mergos *iuueris,
libidinosus immolabitur caper
et agna Tempestatibus.

XI

Petti, nihil me sicut antea iuuat
scribere uersiculos amore percussum graui,
amore, qui me praeter omnis expetit
mollibus in pueris aut in puellis urere.
hic tertius December, ex quo destiti 5
Inachia furere, siluis honorem decutit.
heu me, per urbem (nam pudet tanti mali)
fabula quanta fui, conuiuiorum et paenitet,

TESTIMONIA.

23 sq. Serv. ad ecl. 3, 8

Epod. 11. 1 sq. Fortunat. 2699. 2705 sq. Terentian. 2449. praem. 'undecima ode' Diomed. 528 sq. Victorinus 2619 2 Diomed. 511. Priscian. partit. XII uers. Aen. 1, 3. Victorin. 2619. 2622. Fortunat. 2699. praem. 'est in epodo Horatii' Didascalicus 2549 2 cf. 'amore cogis scribere uersiculos' Plot. 11, 2 4 'mollibus—puellis' Plot. 11, 3 8 'fabula—conuiciorum poenitet' Plot. 11, 4

VARIA LECTIO.

22 Proiecta *y* (*Orelli d*) *Bentl.* iuueris *uuar.χ*(*qv*, *Lambini libri mss. septem*) *comm. Cr.* iuuerit *ΩG Ac. Acr. Porph. sch.γλφ*

Epod. 11. PETTIO (PETITIO *A* PETIO *λ* PECTIO *B*) AMICO SVO INVISAM SIBI POETICEN (POETICĒ *λ*) ESSE IN CONCVBITVS SVOS IRRVMPENTEM (ĪRVMP: *B*) *ABλ*, *add. λ*: AD PETTIVM DE INACHIA QVAM DILIGIT *λ* AD PETTIVM (PECTIV̄ *γ*) DE INACHIA QVAM DILIGIT. TERNARIVS IAMBICVS QVADRATVS CŌPOSITVS (*om. F*) A DACTILO IN IAMBVM *Fγ* *inscr. om. τ* 1 Petti *AFλπV*(?) *Porph. sch.λφ Fortunat.* Pecti *BτuG exp. metr. sch.γ Acronis Guelf. Diomed.* ·ecti *γ* ['*seruaui Petti, propter antiquitatem codicum Blandiniorum*' *Cr.*] 2 percussum *ABγτsch.γ Diomedes Victorin. Priscian. Fortunat. alt. l. Didascalicus* perculsum *Fλπuχ*(*αδμnps*) *Fortunat. alt. l.* (*p.* 362 *Gaisf.*) *Terentian.* 3 preter *γ* omnis *λπpr.χ* omnes *cett.* 4 aut pueris *Bentl.* aut] et *y* [1 *Bland.*] 5 tercius *τu* 6 Inachaia *A* Inachaia *Bτ* Inachiam *y* honoren *ψ* 8 fui] sui *τ* conuiciorum *Plotius* et] ut *Bentl.* pęnitet *B* poenitet *τ* penitet *AFγλπu*

in quis amantem languor et silentium
arguit et latere petitus imo spiritus! 10
'contrane lucrum nil ualere candidum
pauperis ingenium?' querebar applorans tibi,
simul calentis inuerecundus deus
feruidiore mero arcana promorat loco.
'quodsi meis inaestuet praecordiis 15
libera bilis, ut haec ingrata uentis diuidat
fomenta uolnus nil malum leuantia;
desinet imparibus certare summotus pudor.'
ubi haec seuerus te palam laudaueram,
iussus abire domum ferebar incerto pede 20
ad non amicos heu mihi postis et heu
limina dura, quibus lumbos et infregi latus.
nunc gloriantis quamlibet mulierculam
uincere mollitia amor Lycisci me tenet;
unde expedire non amicorum queant 25
libera consilia nec contumeliae graues,
sed alius ardor aut puellae candidae
aut teretis pueri longam renodantis comam.

TESTIMONIA.

11 sq. cf. 'contraque lucrum pauperis ingenium nihil ualere' Plot. 11, 8

VARIA LECTIO.

9 Iangor *Fλπ* (languor *ψpr.*) et languor *ω Bentl.* 11 Contrane *Ω Ac. Pph.* Contraque *yω et cf. Plotium quem supra laudauimus* nihil *BFγπτ* 12 applorans *Aτ* adpl: *cett. Pph.* *uu.* 13—28 *om. B* 13 inuerecundus] uerecundus *Ac.* 14 archana *γτu* 15 inestuet *λu* inaestuaet *A* precordiis *Fγu* 16 uentis] uenus *Aλy* 17 Fomenta *γ* uolnus *Ac.om.u1* uulnus *cett.* alleuantia *y Glareanus* 18 inparibus *AFλπτu* 19 hec *τ* paulam *A* 21 At *Aπ1 γuar.* eheu mihi *u* postes *Aγλu* potes *τ* et eheu *πa.ras.u* eheu *Fπp.ras.* 22 lumbos *om. u* infregi] fregi *uπp.ras.* fregit *πa.ras.* 23 gloriantes *F* 24 mollicia *λ* mollitie *yBentl.* 'mollitia] *ablt.' sch.y* licisci *Aλu* 25 non expedire *u* queant *Fπ* 27 arbor *τ* amor *u* 28 teritis *ypr.* redonantis *τ* renidentis *yω*

XII

Quid tibi uis, mulier nigris dignissima barris?
  munera cur mihi quidue tabellas
mittis nec iuueni firmo neque naris obesae?
  namque sagacius unus odoror,
polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis, 5
  quam canis acer, ubi lateat sus.
qui sudor uietis et quam malus undique membris
  crescit odor, cum pene soluto
indomitam properat rabiem sedare, neque illi
  iam manet umida creta colorque 10
stercore fucatus crocodili, iamque subando

TESTIMONIA.

Epod. 12. 1 sq. Fortunat. 2706. praem. 'in eodem (sc. libro epodon) ode XII' Victorin. de metr. Hor. 2619 1 Seru. ad Aen. I 592 Isidor. orig. XVI 5, 19 praem. 'duodecima ode' Diomed. 529 2 sq. cf. Victorin. de metr. Hor. 2619 'munera quid mihi quidue tabellas perfida mittes' 11 'Hor. in epodo: iamque subando' Eutych. II 1

VARIA LECTIO.

Epod. 12. SVMMAE (SVMME *λ* SVME *A*) LIBIDINIS MVLIEREM (MVLIEREM LIBIDINIS *B fol.* 172) REPELLIT. DIGNAM AIT ESSE ELEPHANTIS (ELEFANTIS *B*) *ABλ*, *add. λ*: IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE *λ* IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE. SENARIVS EPICVS QVADRATVS DACTILICOS EPODICOS *F* IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE. SENARIVS IAMBICVS EPODICVS QVARTVS DACTILICOS PODICOS *γ* *inscr. om. τ* (D A)

1 Barris *Turnebus et Ios. Scaliger* 2 cur *Fγλπτu Fortunat. Victorini Paris.* quid *ABχy Ac. Acr. Victorinus* quidue *γ* curue *uχ(μν) Ac. Fortunat. opp. Victorin.* 3 Mitis *τ* Mittes *ABλ opp. Ac.* nec] nō *y* firmo iuueni *BFλπτV* [*omn. codd. Cr.*]*χ(αμgp)Pph.* iuueni firmo *Ayu* nec naris *B et G* (*ex sil. Pulm.*) obessae *τ* obesae *cett.* 4 sagatius *γτu* 5 Polipus *λπuAc.* hyrsutis *Fπ* hyrcus *Fπ* hircus *γ* aliis *B* 6 suus *B* *uu.* 7—26 *om. B in folio* 172, *sed praeter uu.* 3—6 *hunc epodum repetit in fol.* 182 7 Qui *ABγπpr.Ac.Pph.sch.γ* (*interpr.* '*i. e. quam teter*') *sch.λφ* (*interpr.* '*qualis*') Quis *Fλτupcorr.* uictis *B* mēbris *Fγ* menbris *λu* 8 Crescat *Fπχ(αp)* tum̄ (+ cū) *γ* paene *Fτ* 9 Indomitāq. *A* Indo mitta *τ* 10 manet] ad> = adet *B* umida *A* humida *cett.* 11 fuscatus *u* fugatus *B* crocodili *APph.* crocodilli *Fγπ* corcodilli *τAc.sch.γ alt. l.* crocodrilli *Bλ* cocodrilli *usch.γ alt. l.*

tenta cubilia tectaque rumpit;
uel mea cum saeuis agitat fastidia uerbis:
'Inachia langues minus ac me:
Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad unum 15
mollis opus. pereat male quae te
Lesbia quaerenti taurum monstrauit inertem,
cum mihi Cous adesset Amyntas,
cuius in indomito constantior inguine neruos,
quam noua collibus arbor inhaeret. 20
muricibus Tyriis iteratae uellera lanae
cui properabantur? tibi nempe,
ne foret aequalis inter conuiua, magis quem
diligeret mulier sua quam te.
o ego non felix, quam tu fugis ut pauet acris 25
agna lupos capreaeque leones.'

TESTIMONIA.

25 'o ego infelix' Victor. de finalibus 5 'nemo dicit o ego, nisi o (om. Charis.) exclamatio sit, ut apud Hor. o ego infelix' incerti auctoris fragm. grammat. ed. Eichenfeld. §. 182; item Charisius p. 158 sed add.: 'quem tu fugis'

VARIA LECTIO.

13 cum] quam *Peerlk.* seuis *u*1 *ut uid.* sę//*uis* π *u.* 14 *pr. om. A, postea in margine add.* *u.* 15 *ante u.* 14 *prius posuerat* φ 14 minus langues *u* languens *B* 15 Inachia *F* potest *B* potens τ 16 que *B* 17 querenti γπτ*u* 18 michi *u* chous *F*λπτ*u* amintas γλπτ*u* 19 iungine *B* neru*us* π neruus *cett.* 20 inheret *F*γπτ*u* 21 Miricibus τ tiriis *A*γ*u* iterate *A* *inter u.* 21 *et* 22 τ *inseruit* 13, 7 22 properabantur *BF*γπτ*G* (*ex sil. Broukh.*) ς *Ac. sch.*γ (*alt. l.* properantur *sch.*γ) *sch.*λφ properabuntur *A*λχ(*g*) [1 *Bland.*] 23 aequales *F* equalis γ aliqs *A* equales *u* conuiuia π *a.ras.* 25 infelix γ *Charisius Maxim. Victorin. grammat. incertus. opp. sch.*λφ *interpr.* 'non felix] *i. e.* infelix' *et iam auctorem elegi de morte Drusi* non felix *legisse arbitror*, *cf. u.* 145: *iamne ego non felix e. q. s.* quem *Charisius* acres *F*γ*u* 26 lupus τ capree γ capraee λ caprae *F*π

XIII

Horrida tempestas caelum contraxit, et imbres
niuesque deducunt Iouem; nunc mare, nunc siluae
Threicio Aquilone sonant; rapiamus amici
occasionem de die, dumque uirent genua
et decet, obducta soluatur fronte senectus. 5
tu uina Torquato moue consule pressa meo;
cetera mitte loqui: deus haec fortasse benigna
reducet in sedem uice. nunc et Achaemenio
perfundi nardo iuuat et fide Cyllenea
leuare diris pectora sollicitudinibus, 10

TESTIMONIA.

Epod. 13. 1 sq. Terentian. 2449. Fortunat. 2706 praem. 'tertia decima ode' Diomed. 529 praem. 'ode XIII' Victorin. de metr. Hor. 2619 2 Diomed. 516. Victorin. 2622. praem. 'Hor. in epodo' Priscian. VII 21 XVII 8. 'Hor. silua trisyllabum protulit in epodo hoc uersu: niuesque — siluae' Priscian. I 21 3 'Threicio Aquilone' Acr. volgatus ad c. I 25, 11 om. Acr. et sch.γ 4 Fortunat. 2684. 2699 7 sq. 'Hor. in epodo: deus — uice' Prisc. II 6

VARIA LECTIO.

Epod. 13. AMICOS HORTATVR VT VIM (VICIVM λ) TEMPESTATIS (TEPESTATIS *A*) DE DIE DISCVMBENDO VITENT ET (ET-SENECTVS *om.* λ) DVM NON SIT IMPEDIMENTO SENECTVS VOLVPTATIBVS VACENT (*om.* λ) *AB*λ, *add.* λ: UOCE AD AMICOS - AD AMICOS COMICOS (*hic om.* γ) SENARIVS EPICVS QVADRATVS (COMICOS *add.* γ) AB (Aγ) IAMBO IN DACTILON (DACTILVM γ) *F*γ *inscr. om.* τ 1 celum *A*γ constrinxit *y* ymbres *F*π 2 ['*niueisque deducunt . hic uersus in omnibus libris scriptis* συναρτητῶς *legitur*' *Cr.*] 3 aquilona π amici Ω *Pph.* amice *Bentl.* Aristi *Weichertus poet. Lat. rel. p.* 220 Apici *Scheibeus nou. ann. phil.* LXXVIIII *p.* 146 (*equidem* amici = uos amici, *non* = uos amici *interpretandum esse arbitror*) 6 consule *om. u in contextu*, *legitur in scholio u.* 7 *non hic*, *sed post* 12, 21 *legitur in* τ 7 Caetera *F*π hec τ 8 redduc*et cod. Prisciani* achemenio *F*λπ1τ achamenio *B*1γ achemenia π achimenio *u* 9 cyllena *F* cylleue, *sed* e *in* a *mutata*, τ cyllenia λ*corr.* π*corr.* cellenea *A* cillenia *Auar.Ac.* cyllenea *B*γλπ1ψ2 *Pph.* 10 duris *y Bentl.*

nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno:
'inuicte mortalis dea nate puer Thetide,
te manet Assaraci tellus, quam frigida parui
findunt Scamandri flumina, lubricus et Simois;
unde tibi reditum certo subtemine Parcae 15
rupere nec mater domum caerula te reuehet.
illic omne malum uino cantuque leuato,
deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis.'

XIIII

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
obliuionem sensibus,
pocula Lethaeos ut si ducentia somnos

TESTIMONIA.

18 cf. Valer. Flacc. I 256: 'dulcibus alloquiis ludoque educite noctem'

Epod. 14. 1 sq. Terentian. p. 2449. Victorin. de metr. Hor. 2620. Fortunat. 2706 1 praem. 'quarta decima ode' Diomed. 529

VARIA LECTIO.

11 grandi cecinit *Fγπu*ς graui cecinit τ cecinit grandi *ABλχ*(*μg*) *Pph. consent. Ac.* ceutaurus *γ* alūno *AFτ* alunpno *u* 12 Inuicte *τu* dea *om. u*1 Inuicte mortalis, dea *editores nonnulli* thetide *B* 13 Te tellus manet assaraci *u* assarici *γ* paui τ proni *Bentl.* puri *Peerlk.* tardi *Meinekius* 14 scamadri *u* symois *γ* 15 tibi *om. π* curto *Bentl.* subtecmine τ subtegmine *A*1*BuχPph.* subtemine *Fγλπ*2*χAc.* parce τ 16 cerula *AFγλπu Ac.* cerula τ reuehit *Pph.* 18 egrimoniae τ egrie/////monię *π* et dulcibus *y* ac dulcibus *Bentl.* [dulcibus 4 *Bland.*]

Epod. 14. MAECENATI (MEC: *Aλ*) EXCVSAT DESIDIAM SVAM ET OBIVRGAT (OBIVRGAS *B* OBIVRGANTEM *λ*) SE QVOD NON CONSVMMAVIT (CONSVMAVER:::: *λ reliqua legere non potui*) IAMBICA OPERA AMORIBVS AVOCATVS *ABλ* SENARIVS EPICVS BINARIVS IAMBICVS. EPODICVS. AD MECENATEM *F* AD C. MECENATEM SENARIVS EPICVS BINARIVS IÃBICOS EPODICOS *γ* *inscr. om.* τ 1 inercia *λ* iuhertia *Ac. pr.* 3 lætheos *F* loetheos *πτ* letheos *cett.* ut si *ABγλπτχ*(*δσs*)*Ac. Bentl.* uti *Fuχ*(*αβμnp*) ueluti *χ*(*ghqμ uar.y*) sonnos *u*

arente fauce traxerim,
candide Maecenas, occidis saepe rogando: 5
deus, deus nam me uetat
inceptos, olim promissum carmen, iambos
ad umbilicum adducere.
non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium, 10
qui persaepe caua testudine fleuit amorem
non elaboratum ad pedem.
ureris ipse miser; quodsi non pulchrior ignis
accendit opsessam Ilion,
gaude sorte tua; me libertina nec uno 15
contenta Phryne macerat.

XV

Nox erat et caelo fulgebat luna sereno
inter minora sidera,

TESTIMONIA.

10 praem. 'in epodo' Acr. uolg. ad c. I 17, 18 non Acr. et sch.γ

Epod. 15. 1 sq. Augustin. de mus. VI 13, 28. Terentian. p. 2449. Victorinus de metr. Hor. 2620. 'epodoe Horatii, in quibus ... nox—sidera' Diomed. 485 1 praem. 'quinta decima ode' Diomed. 529 cf. Ouid. fast. II 792: 'nox erat et tota lumina nulla domo'

VARIA LECTIO.

4 Aurenti *A* falce *u* 5 mecenas *AFγλπu* occidi *B* sepe *Aλu* 6 nam] iam *A* 7 incoeptos *γ* promisum *B* iābas *τpr.*

9 bathillo *AAc.* batyllo *γτψ* batillo *πφu* 10 N̄ acreonta = Non acr: *AB* Anacreonte *πι* tegium *u* 11 persepe *Aγu* 13 quodsi non] do quod non *B* quid si non *Peerlk.* quo si non *Axtius et Meinekius* pulcrior *u* 14 Accedit *BAc.* opsessam *Ac.* opsam *λ* oppssam *Ac. alt. loco* obsessam *π* obsessam *cett.cons.sch.F* 15 neque *γτχ(αβσn)* 16 Contempta *τpr.* phyne *λι* phrine *Au*

Epod. 15. NEAERAM (NEEREAM *A* NEARAM *B*) AMICAM SVAM ALLOQVITVR PERIVRIISQ. EIVS (ET *A*) SE DECEPTVM(DECEPTA *B*)INDICAT QVOD SVVM (SERIO *AB*) AMOREM (AMORE *Bλ*) IN ALIVM TRANSTVLISSET, QVEM NEGAT PERPETVVM FVTVRVM *ABλ, add.λ*: IN NEAERAM AMICAM IN NEERAM AMICAM. SENARIVS EPICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS (CEPODICOS *γ*) *Fγ inscr. om. τ* 1 ·ox *γ* celo *τu* fungebat *γ*

cum tu, magnorum numen laesura deorum,
in uerba iurabas mea,
artius atque hedera procera adstringitur ilex 5
lentis adhaerens bracchiis,
dum pecori lupus et nautis infestus Orion
turbaret hibernum mare
intonsosque agitaret Apollinis aura capillos,
fore hunc amorem mutuum. 10
o dolitura mea multum uirtute Neaera:
nam si quid in Flacco uiri est,
non feret adsiduas potiori te dare noctes
et quaeret iratus parem,
nec semel offensae cedet constantia formae, 15
si certus intrarit dolor.
et tu, quicumque es felicior atque meo nunc
superbus incedis malo,
sis pecore et multa diues tellure licebit,
tibique Pactolus fluat, 20
nec te Pythagorae fallant arcana renati,

TESTIMONIA.

4 sq. 'Hor. in epodo: in—ilex' Priscian. XVIII 210 21 schol. Stat. Theb. III 384

VARIA LECTIO.

3 nomen *Pph.* lesura *u* 5 Arcius *τ* adque *λ* atque *γ* edera *γτ* adstringitur *Fπχ Prisciani codd. optimi* astringitur *cett.* illex *τ* 6 adherens *AFγλu* brachiis *Ω* 7 peccori *τ* et] in *u* īfestos *B* *uu.* 8 *sq. del. Peerlk.* 8 Tubaret *τ* Turbarit *πι*? *uχ(v) Bentl. opp.sch.γ* 9 agitarit *πιτuχ(vn uar.s uar.) Bentl.* 11 neara *B* 12 uiri *ABγλuχ sch.γ Pph. sch.F* uirium *Fτς* uiri *π* 13 adsiduas *A πPph.* assiduas *cett.* 14 queret *γu* quaerit *ABπ* 15 offense *Aλ* iratę *u* offensi *Gogavius Bentl. opp. sch.F sch.γ* cædet *ψ a.ras.* 16 intrauit *Meinekius* 17 et] At *uχ(μp)yω opp. cett. G V*[4 *Bland.*] *Pph. Bentl.* tu *om.* *Fπχ(αι)* es fel:] effelicior *A* 18 incidis *B* 21 pithagorae *Fτu* fallunt *sch. Stat.* archana *γπτu Ac.*

formaque uincas Nirea,
heu heu, translatos alio maerebis amores:
ast ego uicissim risero.

XVI

Altera iam teritur bellis ciuilibus aetas,
suis et ipsa Roma uiribus ruit.
quam neque finitimi ualuerunt perdere Marsi,
minacis aut Etrusca Porsenae manus,
aemula nec uirtus Capuae nec Spartacus acer 5
nouisque rebus infidelis Allobrox,
nec fera caerulea domuit Germania pube
parentibusque abominatus Hannibal:
impia perdemus deuoti sanguinis aetas,

TESTIMONIA.

Epod. 16. 1 sq. Fortunat. 2706. praem. 'ode XVI' Victorin. de metr. Hor. 2620. 'epodoe Horatii, in quibus . . . altera — ruit' Diomed. 485 1 praem. 'sexta decima ode' Diomed. 529 2 cf. Propert. III 11, 60: frangitur ipsa suis Roma superba bonis' 5 cf. Symmach. epist. X 32: 'et uirtus aemula alitur exemplo honoris alieni'

VARIA LECTIO.

22 nerea *Ω Porph.sch.F* 23 Heu heu *γλιπτuGχ(βδσgn Argent.II)* [3 *Bland.*] Eheu heu *A* Eheu eheu *B* Heheu *λ2ψ2* heu *Porph.* Eheu *F* [1 *Bland.*] translatus *A* traulatos *u* merebis *AFγλu* 24 At *u*

Epod. 16. ALTERNA VICE EROO (EROA *B*) ALTERNA IAMBICO SCRIPTA EST. VERVM HORATIVS REIPVBLICAE (REIPVBLICE *λ*) DEFLET FORTVNAM *ABλ* CŌMISERATIO REIPVBLICAE DE BELLIS CIVILIBVS *F* (*consent.αδu*) AD POPŌLV̄ ALTERNA VICE HEROICO. ALT̄NA IAMBICO SCRIPTA. VERV̄ HORATIV̄.R.P. DEFLET FORTVNAM *γ* *inscr. om.* *τ* 1 ·ltera *γ* 2 ruit] perit *uχ(v)* 4 audet rusca *γ1* aud *π1* erusca *π1φpr.ψ1* porsenae *τχ(βpr.) comment. Cr.* porsemne *γ* porsennae *cett. Porph.* 5 Emula *u* capue *Aγ* sparta≡cus *γ* spartacacer *F1* 6 Nouisue *Bentl.* Nouisque *π* allabrox *λ1πψ pr.sch. F* albabrox *τ* 7 Ne *τ1* cerulea *Aτu* 8 Parentibusue *Bentl.* abominandus *Aλχ(n Pulmanni E et B* [1 *Bland.*]) abominanadu tus *ψ* abhominatus *u* abominatus *cett. sch.γ* 9 Impii *π*

ferisque rursus occupabitur solum. 10
barbarus heu cineres insistet uictor, et urbem
eques sonante uerberabit ungula,
quaeque carent uentis et solibus ossa Quirini,
nefas uidere, dissipabit insolens.
forte quid expediat communiter aut melior pars 15
malis carere quaeritis laboribus:
nulla sit hac potior sententia: Phocaeorum
uelut profugit execrata ciuitas
agros atque Lares patrios habitandaque fana
apris reliquit et rapacibus lupis, 20
ire, pedes quocumque ferent, quocumque per undas
Notus uocabit aut proteruos Africus,
sic placet; an melius quis habet suadere? secunda
ratem occupare quid moramur alite?
sed iuremus in haec: simul imis saxa renarint 25
uadis leuata, ne redire sit nefas;
neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando

TESTIMONIA.

11 sq. cf. Ouid. ex P. I 2, 112: 'Bistonii cineres ungula pulset equi'
18 cf. Gerberti epist. 80 (historiae Francorum scriptores tom. II p. 807 ed. du Chesne): 'quod remedium morbis tuis inueniemus, Virdunensium execrata ciuitas?'

VARIA LECTIO.

10 rursum τuχ(δ) 11 insistæt *u* urbes *u* 12 Eques son: uerb: ungula ⌈equi *u*, ⌈ *et* s. *ab. alt. m.* eques] Equi *AB*1 Etqui *B*2 13 Queq: *γ* 14 uidere *ABλ* uideri *FγπτuG V*[4 *Bland.*]ς (*'Quae ossa, cum sint sepulta, nefas est palam fieri uel uideri' sch.γ*) dissipabit *B* dissipauit τ1 15 Forte quid expediam *Peerlk.* qd̃ τ quod χ(*σpr.*) *Bentl. opp. sch.γ* 16 queritis *γπu* 17 hec *τpr.* porcior λ potius *A* [sententia Phocaeorum 3 *Bland.*] phoceorum *ABγλ*1 18 Vel profugit τ profuit *γ*1 exsecrata *τPph.* *uu.* 19 *sq. del. Peerlk.* 19 lares proprios ω 20 reliquid *γ*1π1 21 ferent *γ et sch.γ* ferunt τχ(αβσg *Orelli* c *Pulmanni H*)*Pph. opp. cett. V*[4 *Bland.*] *sch.F* 22 Nothus *BFγ*1uπ2 uocauit *Aπpr.* proteruus Ω africus τu *uu.* 23—26 *om. B* 25 iuremus] uideremus τ renarent πτ*opp. sch.γ* 26 *h. u. epodon ultimus est in A: interiit enim folium unum* *uu.* 27—38 *del. Peerlk.* 27 lintea *om.* τ

Padus Matina lauerit cacumina,
in mare seu celsus procurrerit Appenninus,
nouaque monstra iunxerit libidine 30
mirus amor, iuuet ut tigris subsidere ceruis,
adulteretur et columba miluo,
credula nec flauos timeant armenta leones,
ametque salsa leuis hircus aequora.
haec et quae poterunt reditus abscindere dulcis 35
eamus omnis execrata ciuitas,
aut pars indocili melior grege; mollis et expes
inominata perprimat cubilia.
uos, quibus est uirtus, muliebrem tollite luctum,
Etrusca praeter et uolate litora. 40
nos manet Oceanus circumuagus arua beata;
petamus arua, diuites et insulas,
reddit ubi cererem tellus inarata quotannis
et imputata floret usque uinea,
germinat et numquam fallentis termes oliuae 45

TESTIMONIA.

28 Serv. ad Aen. XI 403

VARIA LECTIO.

28 et ante Padus Matina lauerit cacumina *Seruius* 29 procurr*erit* φ proruperit *y* decurrerit *y* appenninus *BFγπPph.sch.F* apenninus *λτu* 30 iuxerit τ 31 Mirŏs *γ* iubet *πι* ut *om.* φ *et πpr.* tigris *π* tygres *F* tigres *cett.* *u.* 32 *post* 39 *posuit B* 32 corūba τ [milūo 4 *Bland.*] flauos *FγπτuGς* rauos *BV* [4 *Bland.*] *Pph.* (*ubi per errorem scriptum est* raus) *Bentl.* seuos *λu uar.* saeuos *y* fuluos *PorphyrionisGuelferbytanus* ω (nec fuluos *om.s pr. postea supra uersum add.*) 34 hyrcus *Fπ* 35 Hac *πι* que *γ* accendere *Bestius* dulces *Fγτu* 36 omnis *Bπsch.γ* omnes *FγλπτuPph.sch.F* exsecrata τ *Pph.* 37 expes *τuχ(βσv)sch.γ part. pr.* expes *λ* exspes *πχ(s)* expers *cett. Porph. interpol. sch.F* (*interpr.* '*sc. uirtutis*'). *Porph. I recte.* 38 Inomminata *λ* pp̄mat *B Pph.* perprimet *uχ* perprimat *cett.* 39 uirtus] luctus *uι* animus *excerpta Bodleiana* 40 preter *γu* littora *λτu* 41 occeanus *u* circumuagus arua beata; petamus etc. *Bentl. cons. Porph.; alii post* circumuagus *distingunt* circū uagus *F* 42 et diuites insulas *u* 44 imputata *Bτu* inputata *Flπγcorr. Pph.* inoptata *γpr. ut uid.*

suamque pulla ficus ornat arborem,
mella caua manant ex ilice, montibus altis
leuis crepante lympha desilit pede.
illic iniussae ueniunt ad mulctra capellae,
refertque tenta grex amicus ubera; 50
nec uespertinus circumgemit ursus ouile,
nec intumescit alta uiperis humus.
pluraque felices mirabimur, ut neque largis
aquosus Eurus arua radat imbribus,
pinguia nec siccis urantur semina glaebis, 55
utrumque rege temperante caelitum.
non huc Argoo contendit remige pinus
neque impudica Colchis intulit pedem;
non huc Sidonii torserunt cornua nautae,
laboriosa nec cohors Vlixei. 60
nulla nocent pecori contagia, nullius astri
gregem aestuosa torret impotentia.
Iuppiter illa piae secreuit litora genti,
ut inquinauit aere tempus aureum;

TESTIMONIA.

47 sq. Terentian. 2448 sq. 49 cf. Beda anthol. Lat. Mey. 391, 50: 'uberibus plenis ueniantque ad mulctra capellae' 52 cf. Senec. Herc. fur. 936: 'nulla nocituro grauis succo tumescat herba'

VARIA LECTIO.

48 crepante] sonante *Terentianus* limpha *γu* nympha *Fτy*, *non Porph. sch.F* desilit *τ* dissilit *Terentianus* 49 multra *Fπuχ uu.* 50 *sqq. sic ordinabat Peerlk.* 50. 53—56. 61 *sq.* 51 *sq.* 57—60. 63 51 ouile *BλπGγuar.u2ς* oliue *γ* ouili *Fτu1V* [4 *codd. Cr.*] *u.* 52 *om. B* Nec *γτς* Nec//// *π* Neque *Fλ1uχ(p)* 54 heurus *λ* radit *B* ymbribus *F* 55 glebis *BFγπτu uu.* 56 *sqq. sic ordinabat Fea*: 56. 61. 62. 57 — 60. 63 56 imperante *u1* celitum *γτu* 57 Noc huc argo c: *τ* hoc *u1* argo° *Bπ* argiuo *χ(μuar.)y* 58 impudica *Bλ(corr. ut uid.)u* inpudica *Fγλ(pr. ut uid.)πτ* cholchis *γ* 59 Noc huc *τ* 60 choors *Fλπτu uu.* 61. 62 *del. Hauptius* 61 poccori *τ* astri *FλτGς* austri *Bγπuχ(αs1)* 62 estuosa *γπ1* inpotentia *γτ* 63 Iupiter *γ* sacrauit *πχ(μuar.)* (*αt* sæcreuit *πuar.*) secreuit *cett. sch.γ* littora *γλτu uu.* 65. 66 *del. Peerlk.*

aere, dehinc ferro durauit saecula, quorum 65
piis secunda uate me datur fuga.

XVII

Iam iam efficaci do manus scientiae,
supplex et oro regna per Proserpinae,
per et Dianae non mouenda numina,
per atque libros carminum ualentium
refixa caelo deuocare sidera, 5
Canidia, parce uocibus tandem sacris
citumque retro solue, solue turbinem.
mouit nepotem Telephus Nereium,
in quem superbus ordinarat agmina
Mysorum et in quem tela acuta torserat. 10
unxere matres Iliae addictum feris
alitibus atque canibus homicidam Hectorem,

TESTIMONIA.

Epod. 17. 1 sq. Terentianus 2433 1 Fortunat. 2706 (om. in editione Putsch. altero 'iam') praem. 'septima decima ode' Diomed. 529 praem. 'in ultima ode quae est' Victorin. de metr. Hor. 2620

VARIA LECTIO.

65 Aerea *λ a.ras.* Aere[a] *π* Aere *cett.sch.F* (dehinc *Horatio numquam est monosyllabum*) secula *τφ* scła *λ* quorum] quo nunc *Bentl.*

Epod. 17. FINGIT SE (EX *add. B*) CANIDIAE VENEFICIIS SVPERATVM. ALLEGORICOS (ALLEGORICO *λ*) DEPRECATVR VT (VI *γ*) SIBI PARCAT *Bγλ* IN CANIDIAM *F* *B fol.* 173 *om. huius carminis uu.* 1—52 *sed eos exhibet fol.* 182 *inscr. om. τ* 1 ·am am *τ* efficacicaci *B* do *om. λ*1 2 Suplex *B* 3 diane *F* 4 lib=ros *πu* 5 Refixa *BγτGχ(μghnpv)sch.γ comm. Cr.* Defixa *Fλπuχ(αβδs)* celo *u* sydera *τ* 6 partē *τ* 7 uolue uolue *Auratus. alterum* solue *om. τ* 8 Mouet *γ*1 thelephus *u* nereius *u*1 9 ordinauit *B* 10 Misorum *Fu* Missorum *π* tęla *F* 11 Vnxere *Fγπτλ*2 *up.ras.G V* [4 *Bland.*] *χ(βδhpv* Vxere[uc] *μ)* Vinxere *ua.ras.* Luxere *Bλ*1*χ(αgns Orelli c Pulmanni H et B) Bentl.* illae *B* additum *u* dictū[ad] *π* 12 hæctorem *Fπ*

postquam relictis moenibus rex procidit
heu peruicacis ad pedes Achillei.
saetosa duris exuere pellibus 15
laboriosi remiges Vlixei
uolente Circa membra; tunc mens et sonus
relapsus atque notus in uoltus honor.
dedi satis superque poenarum tibi,
amata nautis multum et institoribus. 20
fugit iuuentas, et uerecundus color
reliquit ossa pelle amicta lurida;
tuis capillus albus est odoribus;
nullum ab labore me reclinat otium.
urget diem nox et dies noctem, neque est 25
leuare tenta spiritu praecordia.
ergo negatum uincor ut credam miser,
Sabella pectus increpare carmina,
caputque Marsa dissilire nenia.

TESTIMONIA.

15 cf. 'setosa duras exuere pelles' Plotius 4, 31 17 '... ex E littera A facit (sc. in ablatiuo) ... unde est illud Horatii: volente Circa' Probus 1446

VARIA LECTIO.

13 menibus *u* 14 achilli *τ* 15 Saetosa *Flπu* Sectosa *γ1* Setosa *cett.* exsuere *π* exurere *τ* 16 ulixi *τ1* 17 Voluente *u* circa *Bγlχ Probus* circe *Fτuχ* circæ *π* ('circa] *pro* circe' *sch.γ*) mêbra *F* membra *γlu* 18 Relapsus *Fγπτu1χ* (*αδν* Del: *μp*) [2 *Bland.*] *Plotius sch.γ interpr.* 'reuersus') Relatus *Blu1χ*(*βghnsμ uar. Orelli c*) [2 *Bland.*] notus *om. ψpr.* uultus *Blu* 19 penarum *γ* penarum *u* 20 Armata *γ* (*opp. sch.γ*) O amata *Bentl.* 22 Relicit *Bpr.* Reliquid *γ* me liquit: *Scheibeus nou. ann. philol.* LXXVIIII *p.* 137 ossa Ω ora *Bentl. Hauptius alii; sed cf. Plaut. aulul.* III 6, 28: '*ossa atque pellis totus est, ita cura macet' id. captiu.* I 2, 30: '*ego ossa atque pellis sum misera macritudine' Silius* II 466 *sqq.*: '*iam lurida sola tecta cute et uenis male iuncta trementibus ossa extant, consumptis uisu deformia membris*' amictus *Bl* amictas *y* 24 a labore *Blχ Pph. Bentl.* ab lab: *Fγπτuχ* ociū *τ* 25 Urguet *πτχ*(*αδhν*) [2 *Bland.*] 26 precordia *γu* 29 Caputque *γ* mersa *τ* dissillire *B* desilire *u1* nenia *B*

quid amplius uis? o mare et terra, ardeo 30
quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore, nec Sicana feruida
uirens in Aetna flamma. tu, donec cinis
iniuriosis aridus uentis ferar,
cales uenenis officina Colchicis. 35
quae finis aut quod me manet stipendium?
effare: iussas cum fide poenas luam,
paratus expiare, seu poposceris
centum iuuencos, siue mendaci lyra
uoles sonari, tu pudica, tu proba 40
perambulabis astra sidus aureum.
infamis Helenae Castor offensus uice,
fraterque magni Castoris, uicti prece
adempta uati reddidere lumina:
et tu, potes nam, solue me dementia, 45
o nec paternis opsoleta sordibus,
nec in sepulchris pauperum prudens anus

TESTIMONIA.

42—44 praeter 'uicti prece' praem. '. . . in epodon . . .' Acr. et sch.y ad c. I 16, 1

VARIA LECTIO.

30 ampli' *π* uiso mare *φ* uiso mare *ψ* et] o *y Acronis Guelferbytanus Bentl.* 31 dilibutus *π* 32 Ne sicruore *τ* Neo si *π* Nesi *F* si//cana *γχ* 33 Virens *BFγλπτG V* [4 *Bland.*] *χ(δsv Orelli c Pulmanni H)* Vi̥reus *uχ(hq)* Vrens *πuar.χ(αβμgnp Argent. II)* Furens *y* aethna *γλ* ethna *uψcorr.φ in marg.* etha *φ pr.ψpr.* hętna *τ* tua *Bentl. et quod idem dubius proposuerat:* Num, donec cinis — caleo uenenis officina Colchicis' *prob. Peerlk.* 35 Caleus *γ* calet *Bentl.* colchinis *τ* 36 quae] Quis *u* Qui *χ (v Basiliensis I)* 37 confide *πψ*ι penas *u* 38—40 Paratus, expiare si poposceris | centum iuuencis, siue mendaci lyra | uoles sonare, tu pudica, tu pia *Bentl.* 39 Iuuencos centum *u* iuuencis *y Bentl.* mandaci *τ* lira *γu* 40 Volens *B* sonare *BFπu*ι*χ(δ)y* 42 haelenę *π, sed uirgula ab alt. m. est* uicem *y Bentl.* 43 praece *λ* 44 uati] fratri *B* reddere *τ* 45 solue= me dementia *τ (prima linea litterae* m *uocis* me *ab alt. m. est)* 46 obsoleta *Ω* 47 Neque *Fλτuς* Nec *Bγπ* sepulcris *τu*

Nouemdialis dissipare pulueres;
tibi hospitale pectus et purae manus,
tuusque uenter Pactumeius, et tuo 50
cruore rubros obstetrix pannos lauit,
utcumque fortis exilis puerpera.
'quid obseratis auribus fundis preces?
non saxa nudis surdiora nauitis
Neptunus alto tundit hibernus salo. 55
inultus ut tu riseris Cotyttia
uolgata, sacrum liberi Cupidinis,
et Esquilini pontifex uenefici
impune ut urbem nomine impleris meo?
quid proderit ditasse Paelignas anus 60
uelociusue miscuisse toxicum?
sed tardiora fata te uotis manent:
ingrata misero uita ducenda est in hoc,

TESTIMONIA.

48 Serv. ad Aen. V 64 Sergius in Donat. p. 1843 Cledonius 1898

VARIA LECTIO.

48 Nouemdialis *Pph.* Nouē dialis *B* Nouendiales *cett. sch.γ* pulueris *B* 50 pactūq; eius τ patumeius χ(*αppr.*) partumeius π *uar.*χ(*niqμ uar.pcorr.vcorr.Pulmanni E*) pactumeius *cett.G V* [4 *Bland.*] *Porph.sch.γ* 51 rubors τι obserix πι 52 Vtcq, *B* 53 NEGAT CANIDIAM SIBI RECONCILIARI IDEO (DE EO *Bλ*) QVONIAM EIVS MALEFICIVM (VENEFICIA EIVS *Bλ*) VVLGAVERIT *Bγλ*, *add. γ*: ET IPSAM CANIDIAM INTRODVCIT LOQVENTEM *γ Nullum interuallum est in Fπ* 53 ·uid *γ* 56 Inuitus *πpr.* ut] et τ tu ris:] nuri seuis πι cotitia *Pph. et Porph. i. t.* cotycia *γ* cocytia *BFλ* τς*cons.Porph.interpr.sch.γ* cocithia *u* cocitya *π* 57 Vulgata Ω socrū τ sacra *Fπιuχ*(*βμnpsv*) Liberi *Fritzschius* 58 aesquinili *Fλπχ* uenefici λ uenefitii *u* (ueneficii] *pro* ueneficii *sch.γ*) 59 Inpune *γτu* Īpune *B* inpleris *γ* 60 proderat *Bλι opp. Pph.* ς *et cf. Senec. Troad.* 494 '*Quid proderit latuisse redituro in manus?*' *et Petron. c.* 111 '*Quid proderit, inquit, hoc tibi, si soluta inedia fueris?*' dittasse λ pęlignas *B* pelignas *cett.* 62 Set *γ* Sed *B* χ(*αg*) Si *Fλπτuς Pph. Porph. om.* χ(*h*) teuotis τι, *alt. m. mutauit priorem* ι *in* d 63 Ingata τ

nouis ut usque suppetas doloribus.
optat quietem Pelopis infidi pater, 65
egens benignae Tantalus semper dapis,
optat Prometheus obligatus aliti,
optat supremo conlocare Sisyphus
in monte saxum; sed uetant leges Iouis.
uoles modo altis desilire turribus, 70
modo ense pectus Norico recludere,
frustraque uincla gutturi nectes tuo
fastidiosa tristis aegrimonia.
uectabor umeris tunc ego inimicis eques,
meaeque terra cedet insolentiae. 75
an quae mouere cereas imagines,
ut ipse nosti curiosus, et polo
deripere lunam uocibus possim meis,
possim crematos excitare mortuos
desiderique temperare poculum, 80
plorem artis in te nil agentis exitus?'

VARIA LECTIO

64 doloribus *Fγπτu* (*G ex sil. Pulm.*) ς *sch.γ* laboribus *Bλ Pph.* cruciatibus χ(*μ uar.y*) 65 infidus *uχ*(*v*) *Peerlk.* (*idem se in uiridario Mirandulae p.* 187 infidi *legisse fatetur*) inuidi *B* [infidi 4 *codd. Cr.*] 66 benigne *γλτψ*1 67 alligatus *y* alite *Fπuχ*(*βδν*1) *et cf. c.* I 6, 2 ('aliti] *uulturio sc. alite uulture sch.γ*) aliti *cett.* [4 *codd. Cr.*] 68 suppremo *λ* conlocare *Bγπ* collocare *cett.* sysyphus *λ* sysiphus *γ* sisiphus *Fπτu* 69 set *γ*1 70 alitis *B* desilere *B* dissilire *G* 71 gnorico *u* 72 uincula *γ* guttur *B* nectes *Fγu*1ς [2 *Bland.*] innectes *Bλu*2χ(*αgn*) [2 *Bland.*] inectus *τ* 74 Vectabo *γ*1 humeris *Ω sed* umeris *et* hum: *promiscue Porph. ad h. l.* eques *φ* 75 cedet *γ* cedat *τpr.* 77 curiosus nosti *B* polo] apollo *u a.ras.* choro *Porph.* ('polo] *stellarum choro' sch.γ*) 78 Deripere *B λπpr.ψ*2 *u*2 [3 *Bland.*] *cons. sch.γ* (*interpr. 'lunam deducere'*) Diripere *Fγτu*1*G*χ(*β*) [1 *Bland.*] *sch.γ alt. l.* possum *ω* 79 Possem *B* Possum *y* possim *sch.γ* 80 Desiderii *Fπτu* poculum *Fγπτu λ uar.*ς *Porph. comm.* pocula *Bλψ*2 *Bentl.* 81 in te nihil *τG*χ(*αδh*) *Pph.* in te nihil *uχ*(*βn*) nihil in te *F*χ(*μ*) habentis *γG*χ(*δ*2*μuar.*) ualentis *π*2 *Muretus* exitus *Bγλu uar.G*χ(*βhns*1)*sch.γ* exitum *Fπτu*χ(*αδμ gvs corr.*)*Pph.* exitu χ(*p*) [nil agentis exitum 2 *Bland.* nil agentis exitus 2 *Bland.*]

Q̄· HORATII FLACCI · EPODON EXPLI CARMEN · SECVLARE FELICIT· φ PATRIMI & MATRIME CANTAVERVNT AD CHORV̄ PVERORŌ PVELLARŌQ, *B*

Q. HORATII (HOR̄ ψ) FLACCI (Fψ) EPODON EXPLICIT INCIPIT CARMEN SAECVLARE IN APOLLINĒ ET DIANĀ PROSEVTICE TETRACOLOS *F*

Aτ inscriptionibus carent EPODON EXPLICIT INCIPIT CARMEN SECVLARE *Acr.* Q. HORATII FLACCI EPODON EXPLICIT. INCIPIT CARMEN SECVLARE QVOD PATRIMI ET PATRIME CANTARVNT IN CHORO PVELLARVM ET PVERORVM AD APOLLINEM ET DIANAM PROSEVTICE TETRACOLOS *γ*

Q. HORĀ FLĀC EPODON EXPLI · VETTIVS AGORI' BASILI' MVORTIVS V̄C ET INL̄ EXCŌM DŌM EXCŌNS ŌRD LEGI ET VT POTVI· EMDAVI CONFERENTE MIHI MAGISTRO FELICE ORATORE VRB ROM· INCIP · SCLARE CARM̄ Q̄D PATRINE CANTAVER̄ AD CHORO V̄ PVERORVM PVELLARV̄Q· *λ*

Q. Oracii Flacci Epodō explicit || Veti' Agori' basili' mauci or v̄c & ī || l. excom̄ don̄ excōns ord' legi et || ut potui em̄daui. cōferente m̄ || magist° felice oratore urb̄; Incip̄ || Sclare carm̄ Q̄ patne cantauer̄. || ad chor̄ || pueror̄ pu || ellar̄q: *q*

Eadem fere subscriptio extat in g et Leidensi et Reginensi; eandemque in A fuisse, sed cum folio illo, quod epod. 16, 27 *usque ad carminis saecularis principium continuit, periisse ueri simile est. Etenim codd. λgq et Leidensis magnam partem ad recensionem AB referendi uidentur; denique etiam sub finem libri tertii A et λ unam eandemque exhibent subscriptionem*

Q. HORATI FLACCI

CARMEN SAECVLARE

Phoebe siluarumque potens Diana,
lucidum caeli decus, o colendi
semper et culti, date quae precamur
  tempore sacro,
quo Sibyllini monuere uersus 5
uirgines lectas puerosque castos
dis, quibus septem placuere colles,
  dicere carmen.
alme Sol, curru nitido diem qui

TESTIMONIA.

Carmen saeculare et a codicibus manu scriptis et a ueteribus grammaticis post librum epodon ponitur 1—4 praem. 'asmate eo quo scribitur carmen seculare cuius initium' Victorin. de metr. Hor. 2620 1 praem. 'hi versus, qui carmen saeculare appellantur, Sapphicum metrum habent . . .' Diomed. 529 2 cf. Senec. Hippol. 409 sq. de Diana 'o magna siluas inter et lucos dea clarumque caeli sidus et noctis decus' id. Oedip. 404: 'lucidum caeli decus' id. Herc. fur. 592: 'caeli decus'

VARIA LECTIO.

1 hoebe *γ* Foebe *ĄAc.* Phębe *u* 2 celi *Aλ* 4 tempore prisco *Porph. quae lectio orta est ex c.* IIII 2, 40: tempora priscum *uu.* 5—8 *del. Peerlk.* 5 Quo *πτυφ2χ(αδμnprv Orelli c) (inde nata mihi uidetur interpretatio sch.γ* 'Quod] *sc. tempus*'; *corrigendum enim esse puto:* Quo] *sc. tempore) comm. Cr.* Quos *Fχ(gμuar.)Acr.* Quod *ABλGV* [4 *Bland.*] *χ(βhsμ corr. Argent. II)* Quo⃗ *γ* quo et *Hamacher* sybillini *ψφ2* sibillini *Aγλu* sibellini *τ* sybilli *φ1* 6 letas *λ* laetas *χ(β)* 7 Dis *λ* Dis *π* Diis *γτ*

promis et celas, aliusque et idem 10
nasceris, possis nihil urbe Roma
uisere maius.
rite maturos aperire partus
lenis, Ilithyia, tuere matres,
siue tu Lucina probas uocari 15
seu Genitalis:
diua, producas subolem, patrumque
prosperes decreta super iugandis
feminis prolisque nouae feraci
lege marita, 20
certus undenos decies per annos
orbis ut cantus referatque ludos
ter die claro totiensque grata
nocte frequentis.
uosque ueraces cecinisse, Parcae, 25
quod semel dictum est stabilisque rerum
terminus seruet, bona iam peractis
iungite fata.

TESTIMONIA.

15 Seru. ad ecl. 4, 10 21 Seruii Leidensis ad ecl. 4, 5 26 sq. 'quod — seruet' Seru. ad ecl. 4, 47

VARIA LECTIO.

10 caelas *Fτ* telas *B* 11 posis τ nichil *λφu* 14 Ilith: tuere] ylythy iacuere *γ* ilithyia *λ* ilithya *π* ilythyia *sch.γ* ilithia *Fu* ilythia τ ilethya *B* ylethya *A* 16 Genetyllis *Bentl.* genialis *Peerlk.* *uu.* 17—20 *del. Peerlk.* 17 sobolem *γτuGsch.γ* *u.* 20 *ultimus est in* τ 21 Certe sunt denos *B* Certos *Aλpr.* ut denos *λ* [undenos 4 *Bland.*] 22 cantus] quantus *upr.* 23 totiens *uπcorr.χ(αδμnrs* toties *g*) tociens *γχ(βhpqv)* potiens *Fπ1* totidem *ABλχ(Argent. II Pulmanni E Monacens. II Kirchn. nou. quaest. p.* 48) 24 frequentis *π* frequentes *cett.* 25 parce *B* 26 Quosd *γ* Quo *u1* dictum *Fπu2χ(psv)* dicunt *Ac.* dictum est *cett. Pph. sch.γ* dictum stabilis per aeuom *Bentl.* stabile usque *Hamacher* habilis *Pph.* 27 seruat *yω Seruii Leidensis Fea* seruet *ΩV*[4 *Bland.*] *sch.γ Bentl.* 28 Iungite iam fata *γ* facta *Pph.*

fertilis frugum pecorisque Tellus
spicea donet Cererem corona; 30
nutriant fetus et aquae salubres
et Iouis aurae.
condito mitis placidusque telo
supplices audi pueros, Apollo;
siderum regina bicornis audi, 35
Luna, puellas.
Roma si uestrum est opus Iliaeque
litus Etruscum tenuere turmae,
iussa pars mutare lares et urbem
sospite cursu, 40
cui per ardentem sine fraude Troiam
castus Aeneas patriae superstes
liberum muniuit iter daturus
plura relictis:
di, probos mores docili iuuentae, 45
di, senectuti placidae quietem,
Romulae genti date remque prolemque
et decus omne;
quaeque uos bobus ueneratur albis

TESTIMONIA.

33 sq. Seru. ad ecl. 5, 66. idem ad Aen. III 138 34 'unde Horatius: condito — Apollo' mythographus III. tract. 8, 16 ap. Mai auct. class. III p. 228 41 'ardentem—Troiam' Seru. ad Aen. I 242 49 'Hor. in carmine saeculari: quaeque—albis' Prisc. VII 82

VARIA LECTIO.

29 peccoris *λ* 30 coronam *γ* 31 factus *λu* foetus *γπ* 33 telo *F* 39 orbem *Pph.* urbes *ABλ* 42 eneas *u* supestes *γ* *uu.* 45. 46 *inuerso ordine leguntur in u* 45 Dii *λ* Dii *Au* docilis *y Bentl.* 46 Dii *Aλu* senectutis *γπ*1*χ*(*αδr*) *sch.γ* ('senectutis placide quietem] *et senectutem date περιφραστικῶς quae quiescit quia malorum impatiens est*') placidam *y Peerlk.* placide *γ* quietem *F* 47 Romule *λ* remq *λ*, *om.* que *uχ*(*β*) 49 Queque *γ* Quique *χ*(*μns*2)*y* bobus *BuGχ*(*δμhqrs*) bubus *cett. Ac. Pph.*

clarus Anchisae Venerisque sanguis, 50
impetret, bellante prior, iacentem
lenis in hostem.
iam mari terraque manus potentis
Medus Albanasque timet secures;
iam Scythae responsa petunt superbi 55
nuper et Indi.
iam Fides et Pax et Honor Pudorque
priscus et neclecta redire Virtus
audet, apparetque beata pleno
Copia cornu. 60
augur et fulgente decorus arcu
Phoebus acceptusque nouem Camenis,
qui salutari leuat arte fessos
corporis artus,
si Palatinas uidet aequos aras, 65
remque Romanam Latiumque felix
alterum in lustrum meliusque semper
proroget aeuom.
quaeque Auentinum tenet Algidumque,
quindecim Diana preces uirorum 70
curat et uotis puerorum amicas
applicat auris.

VARIA LECTIO.

54 uitaberis *u* uitauerit *l* 55 alio . . . detorseris] aliud . . . detorserit *Peerlk.* prauum *Ω′ς′* prauus *y* [*Dessau.* II, 1 *cod. ap. Bersmann.*] *Bentl.* tetorseris *E* 1 auidienus *Dγφ corr. ψλ′* audiemus *φ pr.* auidienis *E* 56 uero] utero *E a. ras. y* [*Mellic. pr.*] dictum *Ω′ ς* (*et β*) ductum *y* [*V Fran. Gronou. a. ras. Lips. Sorbon.* 1578 *Valentian.* 2] adhaeret *D* (*ν a*) adheret *Eγ F λ′ u* (*β′σ g r*) adhesit *y* 57 Quinquennis *D* 1 *Eγ* (*ν a g r* 1 *n. l.*) *y* [*Barcin. Montepess. Paris.* 10401 *cons. Mellic.*] Quinquennes *F λ′ D* 2 (*σ r et β*) Quinquennas *u* (*et Fran.*) *y* 58 motatū *E* mutarum *Ac.* defundere *DEγ* (*ν a g r et Fran.* 4 *Bland.*) fundere *F λ′* diffundere *u λ′* 2 (*σ et β*) et] *om. λ y* 59 olei] olet *F pr.* (*l* 1) 60 repotia *DEγ* (*a et β; r* 1 *n. l.*) *Pph.′ Porf. Ac. Acr.* repocia *σ g* (*et Fran.*) reportia *F λ′ u Porph.* reporcia *ν* natalis *D* 1 *Eγ* (*g r uar.*) *y* [*Bruxell.* 9777 *Lips. Regin.* 1 *Valentian.* 1 *Vossian.*] natales *F λ′ u D* 2 *E uar.* (*β′ν σ r*) dierum] deorum *superscr.* ie *E u* 61 festos] Festus *u pr.* Etistos *E* 1 bilibri] bilibri id *Peerlk.* 62 non parcus] parcus non *Pph.′* non parem *Ac.* quoque parcus *Peerlk. opp. etiam Acr.* 63 Quasi *E* 1 *opp. Ac.* 64 canis aiunt ac (hac *Pf.*) lupus urguet (urget *Pf.*) *Pph.′* urget] urgu& *E* (*g*) *Pph. opp. cett.′ ς′* (*et codd. Bland.*) *Pf. Ac.* lupus] d. *Ac.* aiunt *D* 1 *E γ F λ′* (*β′ νσagr uar. et omn. Bland.*) angit *u D* 2 (*r*) *y* [*Argent.* III *a* 2. *m. Bern.* 327. 619 *Berol.* 269 *Bruxell.* 9777. 10064. *Paris.* 7976. 8214. 8216. 10401 *uar. Nostrad.* 184 *uar. a* 2. *m. Valentian.* 1 *Cruquii Mart.*, *Zulichem. siue Diuaei cod.*, *alii apud alios* agit *Regius*]

mundus erit, qua non offendat sordibus, atque 65
in neutram partem cultus miser. hic neque seruis,
Albuci senis exemplo, dum munia didit,
saeuos erit, nec sic ut simplex Naeuius unctam
conuiuis praebebit aquam: uitium hoc quoque magnum.
accipe nunc, uictus tenuis quae quantaque secum 70
adferat. in primis ualeas bene: nam uariae res
ut noceant homini, credas, memor illius escae,
quae simplex olim tibi sederit; at simul assis
miscueris elixa, simul conchylia turdis,
dulcia se in bilem uertent stomachoque tumultum 75
lenta feret pituita. uides ut pallidus omnis
cena desurgat dubia? quin corpus onustum
hesternis uitiis animum quoque praegrauat una
atque affigit humo diuinae particulam aurae.

TESTIMONIA.

77 desurgit: ἀφοδεύει, ὡς Ὁράτιος gl. Philox. p. 70, 7 Vulc.

VARIA LECTIO.

65 qua *D* 1 *E γ* (*ν uar. a r* 1 *et* 4 *Bland.*) *Pph.' Ac. Acr.* qui *F λ' u D* 2 *γ uar.* (*β' ν σ g r* 2) offendat *D E γ F λ'* (*β' ν a g r et* 4 *Bland.*) *Pph.'* offendet *u* (*l uar.*) *y* offendit *D superscr.* (*σ et Fran.* 2) *y* sordibus] sordidus *y* [2 *Bland.*] *Pf.* 66 cultus miser.] cultu. miseri *Peerlk. opp. Pph.'* cultus] Cuius *Ac.* miser] miseri *Hamacherus opp. Pph.'* migret *Duentzerus* 67 Albuci *Ω' ς' Pph.' Ac. Acr.* Albutius *Porph.* Albucius *Porf.* didit *γ D corr. E* 2 *ψ* 2 (*ν uar. σ u r*) dedit *D pr. ut uid. E* 1 *F λ' u* (*β' ν g*) *Ac.* adibit *y Fea* 68 saeuos *Porph.* Saeuus *Ω'* (*ν a r et β*) *Porf.* Seuus *σ* (*et Fran.*) Seruis *g* sic ut] sit ut *E* ut] *omis. u pr. y* naeuius *γ F λ'* (*a*) neuius *D E u ς' Acr.* Nouius *Ac.* 69 Conuiuiis *D u Acr.* 70 nuc uinctus *λ opp. Pph.' Acr.* tenuis// *E* teneris *Acr. opp. Pph.' Ac.* 71 Afferat *D γ u* (*β' σ a g*) *Ac.* Adferat *E F λ'* (*ν r*) ualeat *γ pr.* uarie *λ* 72 hominis *γ a. ras.* ęscę *γ* esce *φ* esse *λ* ascę *E* 73 at] *a*t (ad *E* 1 *ut uid.*) *E* ac *g r y* at *cett.' ς'* 74 conchylia *E γ* conchilia *D F λ' ς'* chonchilia *u* 76 lenta] L//// *D* Leuia *Ac.* feret] ferat *β' y* petuita *λ opp. Ac.* 77 Cena *γ* (*a g et Fran.*) *Pph.' Acr.* Caena *D E F λ' u* (*ν σ r et β*) dubja] uaria *ex Acr. interpr. Doederlinus opp. Pph.' Ac.* honustum *γ λ* onestū *E* 78 animū ~~animā~~ *u* pregrauat *γ* 79 adfigit *E* (*r et omn. codd. Cr.*) affigit

alter, ubi dicto citius curata sopori 80
membra dedit, uegetus praescripta ad munia surgit.
hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam,
siue diem festum rediens aduexerit annus
seu recreare uolet tenuatum corpus, ubique
accedent anni, tractari mollius aetas 85
inbecilla uolet; tibi quidnam accedet ad istam,
quam puer et ualidus praesumis, mollitiem, seu
dura ualetudo inciderit seu tarda senectus?
rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus
illis nullus erat, sed credo hac mente, quod hospes 90
tardius adueniens uitiatum commodius, quam
integrum edax dominus consumeret. hos utinam inter
heroas natum tellus me prima tulisset!

TESTIMONIA.

80 cf. s. Odilonis de mirac. s. Adelheidae liber [ap. Marrier. bibl. Cluniac. p. 366ᵃ]: 'mox citius dicto surrexit claudus ab imo' 84—87 'seu — puer (om. tenuatum — uolet)' florileg. Nostrad. 188 84 cf. ecbasis captiui 111: 'tu recreare uenis tenuatum corpus ab escis' 85—86 'tractari — istam' florileg. Nostrad. 188 'tractari — solet' Vincentius Bellouac. spec. hist. 69

VARIA LECTIO.

D γ F λ'u uar. (*β' ν σ a* effigit *g*) afflixit *u* affligit *y* 80 dico *E* dictus *D pr. opp. Pph.' Acr.* cicius *D E* 81 Menbra *γ u* 82 *Hic D* Sic *y* [*Fran.*] *opp. Pph.' Ac.* trans currere *γ φ* qundam *λ* 83 festum rediens] rediens festū *D opp. Ac.* aduexerit *Ω' ς'* (*et* 4 *Bland.*) adduxerit *σ* 2 *y* adduxerat *r uu.* 84 *sq. omis. y* [*Paris.* 7976 *pr.*] 84 ubique] ubiue *Bentl.* 85 Accedunt *u* (*ν*) *y* accident *Ac.* tracctari *D opp. Ac.* et tractari *y* [*Regin.*, *codd. aliq. ap. Torrent.*] *ω* mollius] mollius nulli' *u opp. Acr. floril. Nostr. Vincent.* etas *λ* etati *y* 86 Inbecilla *D E γ λ u ς* (*et β*) Imbecilla *F* (*l et Fran.*) uolet] solet *Vincentius* accedet] accrescet *Fea opp. Pph.'* istam] illam *ν uar. y opp. Pph.'* 87 presumis *λ* mollitiem *γ u* molliciem *D F λ'* mollicē *E* 88 ualetudo *E F λ'u pr.* (*σ a r* 2 *et Fran.*) *Acr.* ualetudo *φ u* ualitudo *D γ* ualitudo *ν g r* 1 (*et β*) *Ac.* 90 set *γ pr.* 91 uitiaret *γ* (*a r et* 'codex *Bland.*' *Cruq.*) *Acr.* uiciaret *E* (*σ*) uitiatum *D F λ'u γ uar.* (*et β* uic: *ν σ uar. g et Fran.*) uitaret *Peerlk.* ['in 3 *Bland. adnotatum est, reprehenderet*' *Cruq.*] 93 Herohas *λ*

das aliquid famae, quae carmine gratior aurem
occupet humanam: grandes rhombi patinaeque 95
grande ferunt una cum damno dedecus; adde
iratum patruum, uicinos, te tibi iniqum
et frustra mortis cupidum, cum derit egenti
as, laquei pretium. 'iure' inquit 'Trausius istis
iurgatur uerbis; ego uectigalia magna 100
diuitiasque habeo tribus amplas regibus'. ergo,
quod superat non est melius quo insumere possis?
cur eget indignus quisquam te diuite? quare
templa ruunt antiqua deum? cur, inprobe, carae
non aliquid patriae tanto emetiris aceruo? 105

TESTIMONIA.

103 'cur — diuite?' Seruius ad Aen. VI 611 schol. Pers. 3, 70

VARIA LECTIO.

94 gracior *D* 95 Occupet *D E γ ψ 2 uar. λ p. ras.* (*σ pr. a l 2 et V*) Occupat *u ψ corr.* (*β′ ν σ corr. g l 1 r*) *Pph.′* Hoccupat *F λ a. ras.* hoccupet *λ* rhombi *E γ F λ′ u* (*a g r et β*) rombi *D* (*ν σ*) rhūbi *y* [*Fran.*] patenę *D* patinae *cett.′* 96 grande ferunt] Grandes fuer *E* dāpno *φ* (*ν*; dampno *β*) danpno *u* dāno *D* damno *E γ λ′ ψ* (*σ a g r et Fran.*) dedūcus *λ* adde] exte *u opp. Ac.* 97 uicinos] atque affines, *Peerlk.* iniqum *y* [*Mellic.*] iniquum *Ω′ ς′ Pph. Ac.* unquā *Pf.* 98 derit *ν 1 g* deepit *E* de erit *γ ψ* (*l*) deerit *cett. ς′* *u.* 99 *om. y* [*Barcin.*] 99 As *D pr. E γ F λ′ u corr. ς* (*et 4 Bland.*) *Pph.* (ad *Pf.*) Aes *D corr. φ uar.* (*ν corr. l 2 et Fran.*) *Ac.* ĒAs *u* as laquei] Asia que *F* (Asiaq & *l* 1) laque *Pph.* (*non Pf.*) precium *E λ* inquid *r Pph.* inquis *y opp. Pf. Ac. Acr.* trausius *D γ λ u* (*β′ σ à g r*) trauius *F* (*ν l r 2 uar.*) *Pph.′ Porph.′* transius *E 1* traulius *u 2 marg.* tranius *Ac.* Thracius *Cruquius* Trallius *Baxterus* TRAVSIVS *inscr. ap. Gruter.* 744, 3 100 Iurgatus *E 1 opp. Ac. Acr.* 101 *ergo* *E* ergo hoc *σ* 102 quo insumere] quod sumere *r* insumere] uincere *u* sumere *y* [*Lips.*] 103 indignus *Ω′ ς* (*cons. β′*) *Pph.′ Ac. Acr. Seruius schol. Pers.* indiguus *Hitzigius* 'Sensus (est *add. Porf.*): Cur te diuite aliquis pauper est?' *Porph.′* 104 Templarū *E* inpbe *D E γ* (*a et β* īpbe *g*) impbe *F λ′ u* (*ν σ r et Fran.*) carae] carā *E* 105 aliquid] aliud *r y*

uni nimirum recte tibi semper erunt res?
o magnus posthac inimicis risus! uterne
ad casus dubios fidet sibi certius? hic qui
pluribus adsuerit mentem corpusque superbum,
an qui contentus paruo metuensque futuri 110
in pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?
quo magis his credas, puer hunc ego *paruos Ofellum
integris opibus noui non latius usum,
quam nunc accisis. uideas metato in agello
cum pecore et gnatis fortem mercede colonum, 115
'non ego' narrantem 'temere edi luce profesta
quicquam praeter holus fumosae cum pede pernae.
ac mihi seu longum post tempus uenerat hospes

TESTIMONIA.

116 'temere — profesta' gloss. Mai class. auct. VIII 235

VARIA LECTIO.

106 recte tibi Ω′ (β′σag) *Ac.* rectę tibi *v r* (*et V*) *y* tibi recte *y Bentl.* tibi rectę *y* recte *Pph.′* tibi] *omis. Pph.′* erunt Ω′ς′ *Pph.′* eunt *y* [*Harlei.* 3754. 4862] *e coni. Nic. Heinsii Bentl.* res] tres *Pph.′* 107 inimici *u opp. Ac.* 108 dubius *D pr. opp. Pph.′ Ac.* fidet] fi& *F* (*l* 1) *opp.* φ *corr. Pph.′* fidit *g y Acr.* sibi] tibi *E y opp. Pph.′* cercius *D* 109 assuerit *D γ u* (β′σ*agr*) *Pf.* adsuerit *F λ′ Ė*2 (*v*) *Pph.* atsuerit *E* 1 Asuerit *Ac.* 110 an] Ȧt *γ* Ȧt *l* At *a y* an qui] Antiqui *E a. ras. y* An//qui *λ* contus *λ* 112 his] hic *y* [*Monac. quintus*] *Pph.′ opp. Ac. Acr.* puer *λ u E p. ras. F p. ras.* (β′σ*g*) puerum *D E a. ras. γ* (*v al a. ras. r*) paruus Ω′ς′ (pu9 *g*) offellū *λ opp. Acr.* 113 latius] lautius *y H. Stephanus* laetius *Nic. Heinsius* 114 abcisis *E pr. aut corr. opp. Ac.* uideas] *omis. E opp. Ac.* metato] metatū *F λ′* (*l* 1) *opp. Ac.* mercato *u uar. y opp. Ac.* 115 gnatis *E γ F λ′* ς natis *u* (*et* β) *gnatis D* 116 edi luce *D E u* φ *p. ras.* (β′σ*a*1*gr*) *Pf. Acr. glossar. Mai* edi//luce *γ* de luce *λ γ uar. y* et edulce *F* (*l* 1) edulce *Pph.* & edi luce *ψ corr.* & de luce *v a*2 profesta] pfecta *E pr. F opp. Pph.′ Porph.′ Ac. Acr. gloss. Mai* 117 Qdquā *g opp. Acr.* Qcquam *a* preter *E γ* φ fumusę *E* 118 Ac *D E γ F λ′* ς (*et* β) At *ψ corr. u* (*et Fran.*) *y Ac.* seu] post *u pr. opp. Ac.* longus *D pr.*

siue operum uocuo gratus conuiua per imbrem
uicinus, bene erat non piscibus urbe petitis, 120
sed pullo atque haedo; tunc pensilis uua secundas
et nux ornabat mensas cum duplice ficu.
post hoc ludus erat culpa potare magistra,
ac uenerata Ceres, ita culmo surgeret alto,
explicuit uino contractae seria frontis. 125
saeuiat atque nouos moueat Fortuna tumultus:
quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcius aut uos,
o pueri, nituistis, ut huc *nouos incola uenit?
nam propriae telluris erum natura neque illum
nec me nec quemquam statuit: nos expulit ille; 130

TESTIMONIA.

120 cf. ecbasis captiui 183: 'ex quo cum pomis, cum piscibus urbe petitis' 121—122 'tum — ficu' Prisc. VII 12, 63 22 'cum duplice ficu' Charis. I 15 p. 96 K. 128 cf. ecbasis captiui 110: 'laudes dic superis, siluae nouus incola surgis'

VARIA LECTIO.

119 uocuo *γ pr.* uacuo *cett.* ς' *Ac.* conuiuja *λ* 121 Set *γ pr.* hędo *γ λ* (*νr*) ędo *a* hedo *Fu* (*β'σgl*) *Ac.* aedo *DE* tunc *DEγ* (*σ a*) tum *Fλ'u* (*β'νgr*) *Priscianus* 122 nox *E* ornabat *γ* ficu *DγFλ'u* (*β'ar*) *Charisius Prisciani cod. optimus R* 1 fico *E* (*νσg*) *u.* 124 *ante u.* 123 *ponit Hamacherus* 123 culpa *Ω'ς'* (*et omn. codd. Cruq.*) *Porph.' Acr.* cuppa *y Lambinus* cupa *ω Bentl.* pulpa *Nic. Heinsius* nulla *coni. Bentl.* nupta *uel* Polla *Peerlk.* pulso p: magistro *Kirchnerus in ed. a.* 1817 culpa potare] cum nulla adpota *Hamacherus* portare *E* 124 ac] quae *Peerlk. opp. Ω'ς'* (*et codd. Bland.*) *Pph.' Ac.* ita *Ω'ς'* (*et codd. Bland.*) uti *σ pr. y* ita ut *λ* 2 *y* ut *y Peerlk.* 125 Explucuit *a* contracitę *D* frontes *λ* 126 Seuiat *D u* Sveuiat *E* nouuos *E* tumutus *λ* 127 inminuet *E* imminuet *DγFλ'u* ς im: *y* [*Fran.*] quanto *Eγ* (*al* 2) quantum *DFλ'u* (*β'νσgr*) quando *Peerlk.* aut] *om. E pr.* parti' *φu* 128 nituistis *D pr. Eγψφ uar.* ς' (nituis *r* 1) *Ac. Acr.* iustituistis *D corr.* φ (*a* 2 *l* 1) *y Pph.'* in//tuistis *λ* uixistis *u y ortum ex Acr.*: 'Nituistis accepti estis bene uixistis' huc] hoc *ψ opp. Pph. Ac.* hic *Pf.* nouus *Ω'ς' Pph.' ecb. capt.* 129 propriae *Ω* (*β'νσar*) proprie *glγ* erum *DEγ* (*σag et Fran.*) *y* herum *Fλ'u* (*νr et β*) 130 quemquam *γ* qemquã *λ*

illum aut nequities aut uafri inscitia iuris,
postremum expellet certe uiuacior heres.
nunc ager Vmbreni sub nomine, nuper Ofelli
dictus, erit nulli proprius, sed cedet in usum
nunc mihi, nunc alii. quocirca uiuite fórtes 135
fortiaque aduersis opponite pectora rebus'.

III

Sic raro scribis, ut toto non quater anno
membranam poscas, scriptorum quaeque retexens,
iratus tibi quod uini somnique benignus

TESTIMONIA.

131 'ut et supra: illud aut (aut & Porph.) nequities' Porph.' ad serm. II 3, 94 136 ecbasis captiui 218

II 3. 2 cf. ecbasis captiui 209: 'Romam, res laetas et prospera quaeque retexens'

VARIA LECTIO.

131 uaftri *γ pr.* *POST V.* 131 *VNVM FOLIVM EXCISVM EST IN D, REDIT SERM.* II 3, 75; *ITEM POST V.* 131 *DESINIT cod. u*

Ω′ = Eγ F λ′ ς′ = codd. β′ν σ a g r (l) praeter eos ex quibus aliae lectiones notantur; ς = codd. ν σ a g r (l) praeter e. q. s.

132 Postremum *Ω′* (*β′ν* Post *tremū a*) Postremo *σ g r y* expellit *E y* uiuatior *E* 133 umbre*ni* *E* nuper] nop *E* 134 Dictus erat: nulli proprius; sed cedit *y Bentl.* erit *Ω′* (*β′σ a g r*) erat *ν y Peerlk.* ꝑpris *φ* cædet *Fλ′* cedit *ν* cedit *y Bentl.* 135 aliis *λ y* quo circa *EF* 136 opponite] ob ponite *ν* opponito *ecb. capt.*

II 3. DAMASIPPVM INTRODVCIT TRACTANTEM SECVM HORATIVS (S: H: *om. r*) *E* (*r*) EGLOGA · III · *Fλ* DE DAMASIPPO *add. ψ inscriptionibus carent γ* (*v a g l*) 'In hac egloga (*om. Porph.*) introducit Damasippum corripientem se tamquam (tanq: *Porf.*) desidiosum' *Porph.'* 'Haec ergo satyra habet quasi dialogi genus' *Acr.* 1 Si *E* 1 *F corr.* (*β′g et* 3 *Bland.*) *Ac. Acr.* Sic *γ F λ′ E*2 (*ν σ a r et β corr.*) *Pf.* Si *Pph.* raro] rato *E opp. Pph.′ Ac.* scribes *E* 1 *γ ψ corr.* (*a g*) *Pph. Ac. Acr.* scribis *Fλ′ E*2 (*β′ν σ r et* 3 *Bland.*) *Pf.* sic ergo scribis *Peerlk.* ut *Ω′ς′ Pph.′* tu, ut *Meinekius* sic raro scribis, toto non ut quater anno *Duentzerus* 2 retexens] repixens *F uar. opp. Ac. ecb. capt.*

nil dignum sermone canas. quid fiet? ab ipsis
Saturnalibus huc fugisti. sobrius ergo 5
dic aliquid dignum promissis. incipe: nil est.
culpantur frustra calami, inmeritusque laborat
iratis natus paries dis atque poetis.
atqui *uoltus erat multa et praeclara minantis,
si uacuum tepido cepisset uillula tecto. 10
quorsum pertinuit stipare Platona Menandro,
Eupolin Archilochum, comites educere tantos?
inuidiam placare paras uirtute relicta?
contemnere miser. uitanda est inproba Siren
desidia, aut quicquid uita meliore parasti 15

TESTIMONIA.

9 Seruius ad Aen. II 96 13—14 'quin tu inuidiam — miser' schol. Pers. 3, 21 in glossis Pithoeanis 13 Hildebertus moral. philos. 983

VARIA LECTIO.

Ω′ = Eγ F λ′; ς′ = codd. β′νσagr(l) praeter eos ex quibus aliae lectiones notantur; ς = omnes codd. νσagr (l) praeter eos e. q. s.

4 ab *Eγλψ*2 (*β′νσarl*2) at *F* (*gl*1 *et V*) *y* 5 fugisti sobrius. ergo *y* [1 *Bland.*] *Bentl.* ergo] esto *y* [1 *Bland. Valentian.* 1 *Vatican. A a* 2. *m.*] *Bentl.* 6 incipe *in rasura φ* nil est? *Cuninghamus* 7 inmeritus *EFλ* (*νr et Fran.*) immeritus *γ* (*σal*) ĩmeritus (*g et β*) 8 iratis] Iratus *Pph.′* paries *Ω′ς′ Pph.′* chartis *Hitzigius opp. etiam Porph.′* 9 uultus *Ω′ς′ Seruius* 10 uacuum *Ω′ς′* coepisset *EγF* tecto] lecto *coni. et damnauit Bentl.* 11 Qorsum *φ* plantona *γ a. ras.* 12 Eupolin *Eψλ′* (*νσag*) Eupolim *γ φ* (*r et β* Eupolĩ *Fran.*) Eupolidi *Peerlk.* archilocum *Fλ′* archilocho *y* [*Basil.* III *Regin.* 2, *Feae codd. Vatic. E Suecouat. B a* 1. *m. Vaticanus Palat. F*] *Bentl.* educere] et ducere *y Stallbaumius* tantos] quin tu (*pro* quantos?) *schol. Pers.* quid? tu *Rutgersius Bentl.* 13 placare placare *γ* placere *E Pph. opp. Pf. Acr. schol. Pers. Hildebert.* paras] pares *γ pr. y opp. Pph.′ schol. Pers. Hildebert.* putas *y Peerlk. opp. Pph.′ schol. Pers. Hildebert.* parasti *Acr. in interpret.* 14 Contemnere *F* (*σaglr*) *schol. Pers.* Comtemnere *γ* Contẽpnere *λ* (*β′ν*) Contempne *E* inproba *Ω* (*σ*) improba *β′νaglr Acr.* siren *Eγ* syren *Fλ* 15 quicquid *Eγ* (*β′νσar*) *Ac. Acr.* quidquid *F* (*gl*) quid quod *λ* meliora *φ a. ras.*

ponendum aequo animo'. di te, Damasippe, deaeque
uerum ob consilium donent tonsore. sed unde
tam bene me nosti? 'postquam omnis res mea Ianum
ad medium fracta est, aliena negotia curo
excussus propriis. olim nam quaerere amabam, 20
quo uafer ille pedes lauisset Sisyphus aere,
quid sculptum infabre, quid fusum durius esset;
callidus huic signo ponebam milia centum;
hortos egregiasque domos mercarier unus
cum lucro noram; unde frequentia Mercuriale 25
inposuere mihi cognomen compita'. noui,
et miror morbi purgatum te illius. 'atqui
emouit ueterem mire nouos, ut solet, in cor
traiecto lateris miseri capitisue dolore;
ut lethargicus hic cum fit pugil et medicum urget'. 30

TESTIMONIA.

16—17 'dii — tonsore' historia pontificalis 39 [monum. Germ. SS. XX 542]

VARIA LECTIO.

17 tonsores *y* [*Paris.* 8213 *a. ras.*] *Pph.'* sed unde] scde (= secunde) *E* sed] set *γ pr.* 18 bene me] bene // //me *λ* postquam] pos. qā *y* [*Montepess.*] postquam *etiam Pph.'* 19 negocia *λ'* 20 querere *Eγ* 21 uafer] faber *Fλ'γ uar.* (*β'a uar. r*) *y opp. Pph.' Porph.' Ac.* lauisset] lauasset *φ pr. y opp. Pph.'* sisyphus *F Pf.* sisiphus *γ λ Acr.* sisippus *E* sysyphus *Pph.* 22 Qui *E* sculptum *Eγλψ uar.* (*σ a corr. et omn. codd. Cruq.*) scultum *β'a pr.* scalptum *F* (*νglr*) 23 poenebā *E opp. Ac.* 25 merculiale *γ pr. y* merculię *E opp. Pph.' Porph.'* 26 Inposuere *E Fλ Pph.* Imposuere *γς' Pf.* compita *EγF* (*β'alr*) *Pph.'* copita *λ* competa *νσg* Eopoeta *Ac.* 27 miror morbi] morbi miror *y Aldus* atqui] *omis. E*1 28 Emouit *γFλ'* (*β'ν p. ras. σar*) *Ac.* Et mouit *E* (*ν a. ras. g*) *y* mire] maior *Horkelius* morbus *uel* ire (*sic*) *Peerlk.* nous *l* nouos *a* 1 ? *y* [*Bamberg. pr. ut uid.*] nouos *a* nouus *Ως'* 29 Traicto *γ opp. Pph.'* Traiecta *Ac. opp. Pph.'* ue *E* (*σg*) que *γFλ'* (*β'ν a r*) 'qui lateris aut capitis dolore correpti sunt' *Acr.* 30 ut] aut *Hertelius* lethargicus *EF* (*β'gl*) *Ac. Acr.* letargic' *λ* (*σ*) *Ac. alt. l.* loethargicus *γ* (*a*) lętargicus *ν cons. r* medicum] modicū *F* (*β' ut uid. ν a g l* 1 *et* 2 *Bland.*) *y* urget *γ λ ς'* urgvet *E* urguet *g* urge*t F* (*l*)

dum nequid simile huic, esto ut libet. 'o bone, ne te
frustrere: insanis et tu stultique prope omnes,
siquid Stertinius ueri crepat, unde ego mira
descripsi docilis praecepta haec, tempore quo me
solatus iussit sapientem pascere barbam 35
atque a Fabricio non tristem ponte reuerti.
nam male re gesta cum uellem mittere operto
me capite in flumen, dexter stetit et 'caue faxis
te quicquam indignum: pudor' inquit 'te malus angit,
insanos qui inter uereare insanus haberi. 40
primum nam inquiram, quid sit furere: hoc si erit in te
solo, nil uerbi, pereas quin fortiter, addam.
quem mala stultitia et quemcumque inscitia ueri
caecum agit, insanum Chrysippi porticus et grex
autumat. haec populos, haec magnos formula reges 45
excepto sapiente tenet. nunc accipe, quare
desipiant omnes aeque ac tu, qui tibi nomen
insano posuere. uelut siluis, ubi passim

VARIA LECTIO.

31 esto φ *opp. Acr.* bone] bene *E opp. Ac.* ne] *omis. E* 32 Frustre λ *opp. Pph.'* tu] *omis. E* *post hunc u. ponunt u.* 40 β' *y* [*Bamb. pr.*] *neque eundem suo loco omittunt* 33 Siquit *E* ueri *Eγψ uar.* (νσa1gl2) uerum *Fλ'* (β'r *et* 2 *Bland.*) uere *a* 2 34 Describi *E* hec γ ħ λ *u.* 35 *omis. y* [*Paris.* 8216 *pr.*] *opp. Ac. Pph.'* pientē λ sapientiā *E opp. Pph.' Porph.' Ac.* 36 fabritio γ fabricicio λ 37 cum] c λ *opp. Ac.* uellem] uellet *Ac.* operto] oporto ψ 38 dexter stetit] dexterserit *E opp. Pph.'* 39 quidquā *g* te malus] temadus γ *a. ras.* angit *Eγψ uar.* (ν *uar.* σ*ag*) urget *Fλ'* (β'νσ *corr. r et* 4 *codd. Bland.*) *u.* 40 *omis. y* [*Lips.* 1] (*cf.* β'*y ad u.* 32) *opp. Acr.* 40 qui] qui φ uereare] uereate *E* 41 si erit] siet *Fλ'y* siriet (*ortum ex* siet) *r* 1 *y* [*Lips. pr.*] 42 nihil λ *pr. Acr.* 43 Qē *E* stulticia et *E* (β'νσ*gr*) stultitia et *cett.'* (*a*) *Ac.* stultities *Meinekius* et] *omis. y* [*Basil.* III *Wolfenbutt.* I] quemcumque Ω'ς' [quemcunq. 4 *Bland.*] quaecumque *y* ī̄cūq; *g* cuiusque *Cuninghamus* īsitia λ 44 Cecum *E* chrysippi λ' chrysyppi *F* chrisippi *Eγ* (*v a g*) crysip pi *r* crisippi β' σ *Ac.* 45 autumat] Attumat *Ac.* hęc . . . hec *E* 47 equę *E* eq. λ 48 insano] Insani *y Lambinus opp. Ac.*

palantis error certo de tramite pellit,
ille sinistrorsum hic dextrorsum abit, unus utrisque 50
error, sed uariis inludit partibus; hoc te
crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille,
qui te deridet, caudam trahat. est genus unum
stultitiae nihilum metuenda timentis, ut ignis,
ut rupes fluuiosque in campo obstare queratur: 55
alterum et huic uarum et nihilo sapientius, ignis
per medios fluuiosque ruentis: clamet amica
mater, honesta soror cum cognatis, pater, uxor
'hic fossa est ingens, hic rupes maxima: serua!'
non magis audierit, quam Fufius ebrius olim, 60

TESTIMONIA.

49 cf. ecbasis captiui 1097: 'sufficiat dictis de tanto tramite uulpis' 50—51 'ille — error' Prisc. XV 4, 19 59 'hic — maxima pendens' ecbasis capt. 200

VARIA LECTIO.

49 Palantis *E* (*r*) *y* [*Barcin. Bruxell.* 9777 *Lips. Montepess. Valentian.*] Pallantis *γ* Pallantis *a* Palantes *F λ′* (*β′ν σ g*) de tramite] d&ramiite *E* 50 sinistrosū *y* [*Paris.* 10401] *non Priscian.* utrisque *Eγ* (*σ r* 2 *uar. et β corr. Fran.; a n. l.*) utrique *Fλ′* (*νg r et β omn. Bland.*) *Priscianus* utrimque *Cuninghamus* 51 s& *γ* inludit *γFλ* (*a*) illudit *Eς′* parcit *E* 52 crede] Cre *E* nihilo *Eγψλ′ Ac.* nichilo *φ* 53 trahit *γ* (*ν a*) trahat *EFλ* (*β′σgr* thr: *l*) *Pph.′ Porph.′* 54 Stulticiae *E* nihilum] nichilo *φ pr. ut uid.* ignis *Eγψ corr. y* [*Montepess. Valentian.*] ignes *Fλ′ς′* (*a n. l.*) *u.* 55 *sq. omis. y* [*Bruxell.* 9777 *a* 1. *m.*] 55 rupes *Ω′ς* rupis *g* 56 uarum *Eγ F λ* (*β′ a g r*) *Pph.′ Porph.′ Ac. Acr.* uarium *ψ uar.* (*νσl*) *Bentl.* nihilo *EFλ′* (*νσagr uar. et Fran.* nich: *β*) nihilo *γ* nilo *r y* [*Basil.* III *Regin.* 1] ignis *Eγ* (*ν a*) *y* [*Barcin. Mellic.*] ignes *Fλ′* (*β′σgr*) 57 ruentis] ruentes *F* (*ν pr. l a. ras.*) *y* amica] anicla *Horkelius* amice *Schneidewinus* 57—58 'amica mater honesta soror] melius est sic (si *Porph.*) accipi: amica mater, ut sit ex Graeco tractum *φίλη μήτηρ*, quam per se 'amica', per se deinde 'mater', quia mentionem uxoris facit in sequentibus' *Porph.′* 58 cognatis] ognatis *γ* cognatus *φ* 59 hic rupes] hinc rupes *y* [*Fran.*] *ecb. capt.* Vt rupes *Ac.* rupis *y opp. Acr.* ruptis *E* 60 fufius *EγF* (*σ a l a. ras. r* 2) *Pph.′ Porph.′* fusius *β′ν ut uid. l p. ras. r* 1 fus' *λ* (*g*) *non post* olim *sed post* Fufius *commate distinguit Kirchnerus*

dum nequid simile huic, esto [illegible] *ucentis*
frustrere: insanis et tu [illegible] *huic* ego uolgus
siquid Stertinius uer[illegible] *docebo*.
descripsi docilis p[illegible] *ppus* emendo:
solatus iussit sap[illegible] creditor? esto. 65
atque a Fabric[illegible] *reddas* mihi' si tibi dicam;
nam male re[illegible] *ceperis*? an magis excors
me capite [illegible] *praesens* Mercurius fert?
te quicqu[illegible] *Nerio*: non est satis, adde Cicutae
insanos [illegible] *centum*, mille adde catenas; 70
primu[illegible] *haec* sceleratus uincula Proteus.
solo[illegible] *ius* malis ridentem alienis,
q[illegible] *in*

TESTIMONIA.

61 *historia* pontificalis 39 [monum. Germ. SS. XX 542] 69 Seruius *ad Aen.* VII 422 'scribe decem Nerio' schol. Persii 2, 14
71 *cf. quod ex* Appuleio laudauimus testimonium ad epist. I 1, 90

VARIA LECTIO.

61 edormit *Eγλψ p. ras.* ς' *Porph.'* edormiit *F* (*l*) *y* 'Et edormit pro praeterito accipi non pro praesenti debet (dedit *Porph.*)' *Porph.'* Ilionam dormit *y* Iliona dormit *Lennepius* catienis Ω' (*ψ uar. per errorem*) ς' *Pf. Porf. Ac. Acr.* catenis φ *uar.* cacienis *gy Pph. Porph.* 62 appello *E F* (*ν σ g l*) apello *γ λ* (*β' a r*) uulgus *E* (*g r*) uolgum *λ* uulgum *γ F corr.* (*β' ν* 2 *σ a*) uultum *F* (*ν* 1 *ut uid.*) uulgus *l* (*littera* g *in erasa* t *ut uid.*) 63 Errorē *E* Errore *F pr.* (*l* 1) *opp. Ac.* similem] similis *F* cunctum] cuncta *F pr.* (*l a. ras.*) *y uu.* 64 *sq. inuerso ordine in y* [*Valentian.*] 64 'ñ insanit. hyronicos ł interrogatiuę' *schol. γ uu.* 65 *sq. inuerso ordine in y* [*Lips. pr.*] creditor. esto *Duentzerus* 66 nunquam *E* (*a*) numquam *cett.'* ς' si]sit *λ pr.* 67 acciperis *E* 68 Reiacta *γ* 69 decem] dotem *Seruii cod. Regin.* (*deam Paris.* 7929) *opp. Ac. Pph.'* a nerio (*a et omn. codd. Cruq.*) *Ac. Acr.* anerio Ω' ς' *Pph.* nerio (*om.* a) *σ corr. gy Pf. schol. Persii* '. . . lege decem (duodeci *Porf.* decem *Porf. marg.*) tabularum quas Nerio instituit' *Porph.'* 'quidam anerio ὑφ' ἓν (ὑΦΗΝ *Porph.* ὓΦΗν *Porf.*) legunt' *Porph.'* 'quidam anerio unum nomen esse dicunt, alii uero separant praepositionem et sic nomen inferunt: Nerio, ablatiui casus. Nerius autem siue Anerius et Cicuta feneratores fuerunt' *Acr.* 71 Effugit *E* tamen haec] *bis habuit λ pr.* haec sceleratus] hic celeratus *E* proteus Ω' (*a*) *Ac. Acr.* ptheus *ψ corr.* ς' 72 rabies *E* (*g*) *opp. Pph.'* ius *E γ uar.* φ *corr.*

ıt aper, modo auis, modo saxum et, cum uolet, arbor.
ıale rem gerere insani est, contra bene sani,
ıs multo cerebrum est, mihi crede, Perelli 75
ıntis, quod tu nunquam rescribere possis.
ıdire atque togam iubeo componere, quisquis
ambitione mala aut argenti pallet amore,
quisquis luxuria tristiue superstitione
aut alio mentis morbo calet: huc propius me, 80
dum doceo insanire omnis, uos ordine adite.
danda est ellebori multo pars maxima auaris;
nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.
heredes Staberi summam incidere sepulchro,
ni sic fecissent, gladiatorum dare centum 85

TESTIMONIA.

75 cf. ecbasis captiui 147: 'sanior (sanius A) est multum cerebro (multo cerebrum A) qui potat acetum' 76 Seruius ad Aen. VII 422 83 schol. Pers. 4, 16

VARIA LECTIO.

(*g l uar. et Fran. Bland. codd.*) *y Pph.' Porph.'* iura *γ F a. ras. λ'* (*ν σ a r et β*) iu̧ra (*ra a manu tertia*) *φ* 73. 72 fiet (fict *Pph.* fit *Pf.*) aper modo auis modo saxum. & *Pph.' et Porph.' ante u.* 72 *exhibent* 73 auis] apis *ν Ac.* 74 si male rem] Simularē *E* 1 *opp. Ac.* gererem *γ pr. opp. Acr.* insani, contra bene sani est *y Bentl.* 75 *REDIT D*

$$\Omega' = D E \gamma F \lambda'$$

mihi *om. D pr.* perelli *Ω ς' Acr.* pellę *l* perilli *a* parelli *y Pph.* (paſ̧erelli *Pf.*) *Porph.'* 76 nunquam *EF* (*a*) numquam *cett.' ς' Acr.* 77 audire atque] Atq. audire *D opp. Pph.'* conponere *EF* (*ν*) componere *cett.' ς' Pph.' Porph.'* 78 amorē *E* *uu.* 78—79 aut — luxuria] *omis. y* [*Paris.* 8216] 80 morbo] *omis. E* huc] hunc *γ pr.* hu//c *ν* ł hvc *ν marg.* 81 oĩs *y* [*Paris.* 10401] omnes *Ω' ς'* 82 ellobori *E pr.* 83 Nescio *Ω' ς' Pph.' Ac. schol. Pers.* nec scio *Meinekius* an] *om. φ pr. λ' y opp. Pph.' schol. Pers.* anticyram *σ r* (*et Fran.*) *y Pph.' Porph.' Acr. schol. Pers.* antycirā *D* (*g et β*) antycyram *F* (*l*) anticiram *γ* (*ν a*) anticycyrā *λ* antiscyrā *E* 84 Heredes *D E γ λ* Hæredes *F* incidere] insculpsere *Peerlk.* 'ut heredes sui sepulcro eius insculperent' *Porph.'* sepulchro *D γ F λ' ς' Acr.* sepulcro *E Porph.'* 85 dacentum *λ*
re

12)

damnati populo paria atque epulum arbitrio Arri,
frumenti quantum metit Africa. 'siue ego praue,
seu recte hoc uolui, ne sis patruus mihi'. credo,
hoc Staberi prudentem animum uidisse. 'quid ergo
sensit, cum summam patrimoni insculpere saxo 90
heredes uoluit?' quoad uixit, credidit ingens
pauperiem uitium et cauit nihil acrius, ut, si
forte minus locuples uno quadrante periret,
ipse uideretur sibi nequior: omnis enim res,
uirtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris 95
diuitiis parent; quas qui construxerit, ille
clarus erit, fortis, iustus. sapiensne etiam? et rex

TESTIMONIA.

95—98 'uirtus — uolet' Vincentius Bellouac. spec. hist. 69 florileg. Paris. 8818ᵃ et Nostrad. 188 95—97 Hildebert. moral. philos. 990
97 Prisc. XVI 2, 12 cf. Hincmari Rem. ad episc. epist. cap. 1 [t. II 487ᶜ Du Chesne]: 'unde in adulta aetate sapiens et rex fortis se ipsum reprehendebat, et uitare uolebat'

VARIA LECTIO.

$\Omega' = DE\gamma F\lambda'$

86 Damnati $DE\gamma F$ (σ *a g l r*) *Pf.* Dampnati λ ($\beta'\nu$) *Pph.* atque] et *Pph.'* arbitrio] arbitriao φ *pr.* arri $E\gamma$ (σ *a g r et Fran.*) *Porph.' Ac.* arrii $DF\lambda'$ (ν *et* β) Arri, et *Bentl.* 87 quantum] et quantum *Peerlk.* africa γ afria E *u.* 89 *ante u.* 88 *ponit y* [*Zulichem.*] 88 recte] recto *Ac.* 89 uidisse $\Omega'\varsigma'$ (*et omn. codd. Cruq.*) uidisse? *Horkelius* iussisse *uel* uoluisse *Lambinus* ludisse *y* [*Regius*] cauisse *Peerlk.* quid] qd̃ λ ergo] ego $E\lambda'$ *pr.* 90 cum summam] consūmā λ patrimoni $D\gamma$ (σ *a et* β) patrimonii $EF\lambda'$ ($\nu g r$ *et Fran.* patrom. *l*) 91 Heredes $F\lambda$ Heredes $DE\gamma$ uoluit] ~~Staberi~~ uoluit φ quoad uixit $\psi\lambda$ (*a* 2) quo aduixit γE 2 ($\nu g r$ *et Fran.*) quo ad uixit $D\varphi$ (σl *et* β) qd̃ aduixit E 1 (*a* 1 *ut uid.*) 92 nihil $\Omega'\varsigma$ *Ac.* nil σ 93 locuples] locupl̃ *Ac.* periret $DE\gamma$ ($\sigma g a r$) perisset $F\lambda'$ ($\beta'\nu$ *et* 3 *Bland.*) 94 nequeor *D* omnis enim res] omnia enim, spes *Peerlk.* 95 pulchris $DE\gamma\psi\lambda'$ ($\beta'\nu\sigma$) pulcris *r* pulcris φ (*g*) plcris *a* 96 diuitiis parent] parent diuitiis *Hildebertus opp. Ac.* construxerit $DE\gamma$ ($\sigma g r$ *et* 1 *Bland. cons. a*) *Vincentius* contraxerit $F\lambda'$ ($\beta'\nu$) *Hildebertus* 97 fortis iustus] iustus (iustis *Pph.*) fortis *Pph.' opp. Priscian. Hildebert. Vincent. floril.* 8818ᵃ

et quicquid uolet. hoc, ueluti uirtute paratum,
sperauit magnae laudi fore. quid simile isti
Graecus Aristippus, qui seruos proicere aurum 100
in media iussit Libya, quia tardius irent
propter onus segnes? uter est insanior horum?
nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.
siquis emat citharas, emptas conportet in unum,
nec studio citharae nec musae deditus ulli, 105
si scalpra et formas non sutor, nautica uela
auersus mercaturis, delirus et amens
undique dicatur merito. qui discrepat istis,
qui nummos aurumque recondit, nescius uti
compositis metuensque uelut contingere sacrum? 110

TESTIMONIA.

100 cf. Auson. ed. 3, 13: 'spargit Ar. mediis in Syrtibus aurum' 103 Acr. ad u. 210 florileg. Paris. 8069 et Nostradam. 188 105 cf. ecbasis captiui 207: 'nec studio citharae, nec musae deditus ulli'
106 'hinc etiam Horatius in odis: si — sutor' gloss. Mai class. auct. VIII 551 109 sq. Vinc. Bell. spec. hist. 69 floril. Nostr. 188

VARIA LECTIO.

iustus sapiens] sapiens iustus *Dy opp. Priscian. Hildebert.* iustus et sapiens *Vincentius* ne *γ F* (*β′ ν σ pr. l in ras. r*) *Acr. Priscianus floril. Nostrad.* que *D E* (*l uar.*) *Ac. floril. Paris.* 8818ª *omis. ψ corr. λ* (*g σ corr. et β p. ras.*) *Hildebertus Vincentius* ['*uariant hic codices, alii* sapiensne etiam et rex; *alii*, sapiensque etiam rex; *alii*, sapiensque etiam et rex *habent*' *Cruq.*] 'aut interrogatio audientis aut dicentis dubitatio' *Acr.* et *Ω′ς′ Priscianus Vincentius omis. g y Hildebertus floril. Paris.* 8818ª *Nostrad.* 98 quidquid *F λ′* (*g*) *y* ueluti] uelut in *λ′ opp. Ac.* uelutin *F* 99 magne *E λ* quid simile isti] Dissimilisne *Peerlk. opp. Ac.* simili *E opp. Ac.* 100 Grecus *F Pf.* Grecus *cett.′ Pph. Ac.* proicere] piecere *E y* 101 Immedia *D* libya *F λ′* libia *D E γ* 102 onus *D γ F λ′ ς* honus *E* (*r a. ras. et Fran.*) 103 quod] quid *D* ı *aut pr. opp. Acr.* litem quod] quod litem *y Pf. floril. Paris.* 8069 *Nostrad.* 188 *opp. Pph. Acr. ad u.* 210 *uu.* 104—140 *omittere uidetur Porph.′* 104 siquis] Sequis *Ac.* citharas *D E* ı *γ* cytharas *F λ′* conportet *E F* (*ν et β*) comportet *D λ′* (*σ a g r et Fran.*) 105 citharę *D γ* cytharae *E F λ′* 106 nautia *E λ p. ras.* 108 qui *γ F λ′ D p. ras.* (*β′ ν σ r et omn. codd. Cr.*) *Ac.* quid *D a. ras. E* (*g*) istis *D E γ ψ corr.* (*σ a g r*) *Ac.* iste *F λ′* (*β′ ν et 2 Bland.*) 109 qui] hic *Vincentius* 110 Compositis *ν* uelud *λ* contigere *γ*

siquis ad ingentem frumenti semper *aceruom
porrectus uigilet cum longo fuste, neque illinc
audeat esuriens dominus contingere granum,
ac potius foliis parcus uescatur amaris;
si positis intus Chii ueterisque Falerni 115
mille cadis, nihil est, tercentum milibus, acre
potet acetum; age, si et stramentis incubet unde
octoginta annos natus, cui stragula uestis,
blattarum ac tinearum epulae, putrescat in arca:
nimirum insanus paucis uideatur, eo quod 120
maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
filius aut etiam haec libertus ut ebibat heres,
dis inimice senex, custodis? ne tibi desit?
quantulum enim summae curtabit quisque dierum,
ungere si caules oleo meliore caputque 125

TESTIMONIA.

114 cf. ecbasis captiui 144: 'sed potius foliis parcus uescaris acerbis' 117—118 'unde — uestis' Prisc. XVIII 24, 210 de fig. num. § 30 p. 416 K. 117 cf. ecbasis captiui 147: 'sanior est multum cerebro qui potat acetum' 119 'blattarum et — putrescant' gloss. Mai class. auct. VIII 68

VARIA LECTIO.

111 frumtis *E* aceruum *Ω′ς′* 112 porrectus] Proiectus *y* [*Montepess.*] *Bentl.* proiecto *Peerlk.* 113 contingere *Ω′ς′* confringere *Meinekius* contundere *Apitzius* consumere *Peerlk.* granum] *in ras. y* [*Nostrad.* 184] sacrum *y* [*Monacensis quintus*] 114 foliis] folu s *φ* folii *E* uescatur] uexatur *E* (*a*) pascatur *σ y* 115 positus *E* 116 ter centum *γ* tercentū *D F λ′ Ac.* trecentū *E* 117 stamtis *E opp. Acr.* unde *Ω′ς′ Ac.* udis *Horkelius opp. Acr.* uluae *Meinekius opp. Acr.* ultra *Peerlk. opp. Acr.* uneoctoginta *Prisciani lib.* XVIII. *cod. R a* 1. *m.* 118 Occtoginta *D opp. Ac.* annos] annis *ν y* 119 Blattarum *D E γ F glossar. Mai* Blatarū *λ* ac] et *glossar. Mai* putrescat *Ω′ς′* putescat *Cruquiana* putrescant *glossar. Mai* 121 pars] par *E opp. Ac.* 122 hec *γ* haeres *E F λ′* 124 Qvntvlum *E* curtabit] curtabat *λ′ opp. Ac. Acr.* 125 Vngere *D γ F λ′* (*β′ ν σ a r*) Vnguere *E* (*g*) mediore *D a. ras.* capud *E*

coeperis inpexa foedum porrigine? quare,
si quiduis satis est, peiuras, surripis, aufers
undique? tun sanus? populum si caedere saxis
incipias seruosue tuos, quos aere pararis,
insanum te omnes pueri clamentque puellae; 130
cum laqueo uxorem interemis matremque ueneno,
incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis,
nec ferro ut demens genetricem occidis Orestes.
an tu reris eum occisa insanisse parente,
ac non ante malis dementem actum Furiis quam 135

TESTIMONIA.

126 'impexa — porci' gloss. Mai class. auct. VIII 421 'impexa foedum porrigine' VIII 437 'inpexum foeda porrigine' VIII 435
132 cf. ecbasis captiui 1144: 'incolumi capite es qui cano flore reluces'

VARIA LECTIO.

126 inpexa Ω′ (ν a r et β) impexa σ g (et Fran.) glossar. Mai pp. 421. 437 cons. Acr. foedum D E γ (ν a g r et Fran.) glossar. Mai fedum F λ′ fędum σ (et β) porrigine Ω′ ς′ Acr. prurigine y opp. Ac. glossar. Mai quare] porci glossar. Mai opp. Ac. Acr.

127 Siquiduis D Ac. Siquid uis E quid uis γ F q̃duis λ periuras γ (ν a g; p iuras Fran.) peiuras D E F λ′ (σ r et β) surripis] subripis a 1 (et β supripis Fran.) 128 tun sanus E γ pr. ψ p. ras. (a 1 g r et Fran.) tunc sanus D tu insanus F λ′ γ superscr. (ν a 2) tum sanus σ (et β) cędere y [Bamberg. Gronou. Regin.] credere g cedere Ω′ ς′ 129 seruosque y tuos Ω′ ς′ tuo g y Bentl. fuges Kirchnerus pararis] parabis σ 130 te] ē E clamænt D clamant y
131 interemis E y [Fran. Mellic. Montepess. pr. Paris. 7976 Regin.] Ac. interimis D γ F λ′ ς 132 Incolumi F λ (β′ a r Incalumi l) Ac. Incolomi D E γ (ν σ g) es?] es. Duentzerus quidni? neque enim Bentl. quid enim Ω′ ς′ Ac. quidni? y tu] omis. λ (σ 1 a pr. et β) y Argis] agris E 1 133 ferro ut demens Ω′ ς′ demens ferro ut σ pr. y genetricem E F y [Mellic. Montepess. Paris. 7976] genitricem cett.′ ψ corr. ς′ occidis Ω (ν uar. σ pr. a g et β) occidit ν σ corr. l r (et Fran.) horestes λ uu. 134—137 omis. y [Harleian. 2724 a 1. m.] 134 eum] en λ 135 'malis] aut magis uelis aut malis furiis (futuris ν) uel uitiis' Ac. Acr.

in matris iugulo ferrum tepefecit acutum?
quin, ex quo est habitus male tutae mentis Orestes,
nil sane fecit quod tu reprehendere possis:
non Pyladen ferro uiolare aususue sororem
Electram, tantum male dicit utrique uocando 140
hanc Furiam, hunc aliud, iussit quod splendida bilis.
pauper Opimius argenti positi intus et auri,
qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla uappamque profestis,
quondam lethargo grandi est oppressus, ut heres 145

TESTIMONIA.

136 cf. ecbasis captiui 1219: 'ad iugulum tantum ferrum reddebat acutum' 142—157 cf. mythographus II 226 p. 149 Bod.: 'quidam uir Opimius admodum extitit auarus, ut quum multis diuitiis abundaret, ipse festis diebus Veientanum pessimum uinum biberet, priuatis autem diebus uappam, quod est Veientano deterius. hic forte prae nimio sollicitudine incidit in letargum morbum. tunc eius laetus heres coepit circa loculos currere et claues quaerere, sperans illum cito moriturum. accedens medicus fidelis cognita morbi causa et pecunia tota ante se numerata dixit aegro: nisi tua custodias, nihil distat fame an morbo pereas. ille euigilans: 'quis tollit?' ait et saluatus est' 143 schol. Pers. 5, 147

VARIA LECTIO.

136 iugulo] //iu//gulo *λ* tepe fec̄ *l* *u.* 137 *omis. λ pr. opp. Acr.* est] *omis. y Heindorfius* male = tutę *D* (*sic*) male tvæ *E* tutae] motae *Nic. Heinsius* horestes *γ λ* 138 sane] plane *Peerlk.* fęcit *γ* quod] q *λ* quę// (e *in ras.* i *ut uid.*) *D* reprehendere *Ω′ς′* reprendere *σ y* possit *γ pr.* 139 pyladen *g* piladen *γ* (*ν σ a r et Fran.*) pilanden *E* filadē *λ* (filadeu *β loco correcto*) phyladen *F* philaden *D* (*l*) aususue *D γ F λ ς′* aususq; *E* sororem] sororem est *y Bentl.* 140 Electran *E γ F λ′* (*ν* 1 *a* 1 *r*) Electram *D* (*β′ν*2*σa*2*g*) male dicit *DEF* maledicit *γ λ* utrique] utrisq *E* uocando] uocandū *λ* 141 aliud] aliū *F y* quod] qua *β′ y opp. Pph.′* bilis *D* uilis *Pph.′ opp. Ac.* 142 opimius *DE γ ψ* 2 (*β′νσ a r*) *Acr.* opimus *Fλ′* (*g*) *Pph.′* argenti positi . . . auri] argento posito . . . auro *Peerlk. opp. Acr.* positi] poti *E opp. Acr.* 143 ueientanum *D E ψ corr.* (*ν σ g r*) *Pf. schol. Pers.* uegentanum *γ F λ′* (*β′a*) *Pph. Ac. Acr.* 144 uapā *φ* 1 *opp. Acr.* 145 lethargo *D F* (*g l r* 2 *et Fran.*) letargo *λ* (*r* 1) loethargo *γ* (*a*) lithargo *E* læthargo *ν* lętargo *σ* (*et β*) heres *D γ λ* hęres *F* heros *E*

iam circum loculos et clauis laetus ouansque
curreret. hunc medicus multum celer atque fidelis
excitat hoc pacto: mensam poni iubet atque
effundi saccos nummorum, accedere pluris
ad numerandum: hominem sic erigit; addit et illud: 150
'ni tua custodis, auidus iam haec auferet heres'.
men uiuo? 'ut uiuas igitur, uigila. hoc age!' quid uis?
'deficient inopem uenae te, ni cibus atque
ingens accedit stomacho fultura ruenti.
tu cessas? agedum, sume hoc tisanarium oryzae!' 155
quanti emptae? 'paruo'. quanti ergo? 'octussibus'. eheu!
quid refert, morbo an furtis pereamque rapinis?'

TESTIMONIA.

156 'quanti emptae? — octussibus' gloss. Mai class. auct. VIII 35

VARIA LECTIO.

146 clauis *D pr. E γ* (*ν a r* 1) claues *cett.'ς'* letus *λ* 147 medicus multum celer atque] medici ingenium celere arsque *uel* medicus multa celer arte *Peerlk. opp. Acr.* celer atque] celebratq; *E opp. Ac.* 149 pluris *y* [*Regin.* 1] plures *Ω'ς'* 150 addit] addidit *E λ* 151 haec] iam *Nic. Heinsius* heres *D* haeres *EγFλ'* 152 uiuas] uigiles *Peerlk.* uigil hoc age! *Doederlinus* uigila *DEFλ'ς'* uigil *γ* quid *EγD* 2 *ς'* quod *D* 1 *Fλ'* (*et β corr.*) *y* 153 Deficiant *E y* [*Doruill.* I Defit: *Valentian.* 1] uenae te] uenate *E* ni] ne *γ* 154 Ingens *Ω'ς'* praesens *Bentl.* (is praesens *Peerlk.*) ingesta *Marklandus* instans *Sanadonus* id genus *Horkelius* liquens *Hamacherus* insons *Paulyus* accedat *D ψ corr. λ* (*σ*) accedit *Eγ F* (*β'ν a g r*) 155 tisanarium *D γ* (*σ a g r* 1 tisinariū *ν*) *Ac.* tisariū *E* tysanarium *Fλ'* (*β'*) tisanarium *r* orizae *DEγF* (*νσ a r et β*) orize *λ* (*g et Fran.*) oryze *l* 156 Qanti *D* emptae *DE γF corr.* (*νσr et β*) *glossar. Mai* empte *g* (*et Fran.*) emtae *a* empti *Fλ'y* emptum *Apitzius* ergo] *omis. γ* (*ν* 1 *a* 1) *y* octussibus *DE γ F* (*νσ a l r et* 3 *Bland.*) *Ac. glossar. Mai* octussibi;; *λ* octusibus *β l p. ras.* octo assibus *y Acr. interpr.* oct. assibus *y* [*V*] *omis. g cf. Varr. L. L.* V § 169: 'ptisanarium octusse siue octo assibus emptum est' eheu *γ F λ' D* 2 (*ν σ a r et Fran.*) oheu *D* 1 *a. ras.* ehu *E* heheu *y* [*β*] *omis. g* 157 pereamque *Ω'ς'* (*et omn. Bland.*) pereamne *ν y* pereamue *y*

quisnam igitur sanus? 'qui non stultus'. quid auarus?
'stultus et insanus'. quid, siquis non sit auarus,
continuo sanus? 'minime'. cur, Stoice? 'dicam. 160
non est cardiacus (Craterum dixisse putato)
hic aeger: recte est igitur surgetque? negabit,
quod latus aut renes morbo temptentur acuto.
non est periurus neque sordidus, immolet aequis
hic porcum Laribus; uerum ambitiosus et audax: 165
nauiget Anticyram. quid enim differt, barathrone

TESTIMONIA.

158 'quisnam igitur sanus' Acr. ad u. 168 161 schol. Pers. 3, 65
163 'Horatius in II sermonum: quod — acuto' Prisc. VI 6, 30
164 cf. ecbasis captiui 714: 'non est periurus neque sordidus ac furiosus'

VARIA LECTIO.

ante u. 158 INCIP · DE STOICIS DISPVTARE *φ marg. noui sermonis initium cum titulo* EGLOGA · V · *y* [*Gronou.*] *uu.* 159—166 quid — Anticyram] *del. Gruppeus* *u.* 159—160 quid — sanus?] *omis. g opp. Acr.* 159 quid, siquis non sit auarus?] quid enim differt, barathrone *Peerlk.* *u.* 160 *ante u.* 159 *ponit y* [*Bamberg.*] *u.* 159 *omis. y* [*Paris.* 8214 *a* 1. *m.*] *opp. Acr.* *u.* 167 *et hunc u.:* 'nauiget Anticyram. quid siquis non sit auarus' *post u.* 159 *ponit Peerlk.* 162 Hoc *E* 1 eger *D* ager *λ'* est] *omis. y* *u.* 163 *qui legitur etiam epist.* I 6, 28 *in marginem relegabat Meinekius opp. Pph.' Porph.' Ac. Acr.* 163 aut *Ω'ς' Priscianus* et *σ* 2 *uar. g y* morbo] mor//no *E opp. Pph.' Acr. Priscian.* temptentur *DγFλ'* (*σ a et β*) *Pph.'* tententur *y* [*codd. Bland.*] tempnent[2] *E pr.* temptantur *ν g r* (*et Fran.*) *y Priscianus* 164 periurus *Ω'ς' Acr.* peiurus *y* [*Gronou.* 1] immolet *DEγF* (*β'νσ a l r*) īmolet *λ* imolet *g* inmol& *Acr.* 165 Hi° *λ* portum *λ'* porcam *ν Acr.* uerum] utrū *F* *u.* 166 *omis. E opp. Pph.' Acr.* 166 anticyram *γFλ'* (*a corr. r et β*) *Ac.* anticyra *D* anticiram *νσa pr. g* (*et Fran.*) anticurū *y* [*Lips.*] quid] *φ λ opp. Pph.'* barathrone *DFλ'* barathone *γ* (*a r*) baratrone *β'σg pr. Pph.* baratrone *Pf.* balathrone *ν Ac. Acr.* balatrone *r* 2 *uar. y* balatroni *y Bentl.* 'Barathro (Baratro *Porph.*) luxuriosus; uerum quidam legunt barathro ut ueniat a nominatiuo barathrus (baratrhus *Porph.*)' *Porph.'* 'Balathrone. scurre et triuialis. nam balathrones (balatrones *γ*) dicuntur rustici homines, inepti et triuiales. Publius Seruilius baratro (baratho *γ* balatro *Fran.*) multa (multi *ν*) in Augustum amare (cęsarē *Fran.*) non

dones quicquid habes an nunquam utare paratis?
Seruius Oppidius Canusi duo praedia, diues
antiquo censu, gnatis diuisse duobus
fertur et hoc moriens pueris dixisse uocatis 170
ad lectum 'postquam te talos, Aule, nucesque
ferre sinu laxo, donare et ludere uidi,
te, Tiberi, numerare, cauis abscondere tristem;
extimui, ne uos ageret insania discors,
tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam. 175

TESTIMONIA.

168—169 'diues (om. Regin. 1674) antiquo censu' Seruius ad Aen. VII 537

VARIA LECTIO.

sine ioco dixit. fuit autem tantus (totus *ν*) deuorator, ut simili uitio laborantes barathrones (barathones *γ* balatrones *Fran.*) dicti sint' *Acr.*

167 dones] damnes (*seruata scriptura* barathrone) *dubia Bentl. suspicio opp. Ac.* quicquid *D E γ ψ pr. ς′ Ac.* quidquid *cett.′* (*g*) nunq *E* numquam *cett.′ ς′* 168 *noui sermonis faciunt initium λ′* (*β′ ν*) *y* [*Barcin. Berol.* 5 *Bruxell.* 9777. 10064. *Dessau.* II *Dresd.* I. III. *Florentinus Lips.* I. II *a* 2. *m. Mellic. marg.*, *Monac.* I *Montepess. Paris.* 7976. 8214. 10401 *Nostrad.* 184 *Valentian.* 2 *Wolfenb.* I] *non Porph.′ Acr.* CONTRA AVAROS · ET AMBICIOSOS λ CONTRA AVAROS & AMBITIOSOS EGLOGA · V · *y* [*Mellic. Paris.* 7976 *cons. Paris.* 8214] CONTRA AMBITIOSOS & AVAROS *y* [*Nostrad.* 184] Contra ambitiosos & auaros · egloga · V *y* [*Bruxell.* 9777] CONTRA AMBITIOSOS ECLOGA V *y* [*Florentinus*] *maiorem litteram initialem exhibent ψ y* [*Bamberg. Lips. sed minio pictam*, *Sorbon.* 1578] 168 Canusi] casusi *E opp. Pph.′ Ac. Acr.* predia *E Pph.′* prelia *Acr.* (plia *g* 1) 169 censo *E opp. Porph.′ Ac. Seruius* gnatis] ignatis *E* natis *y* diuisse *D E γ λ′ ψ corr. ς′* (*et omn. codd. Cruq.*) *Ac.* diuisisse *F* (*a*) *y ex interpretatione Acronis* 170 hoc] haec *y* uocatis] duob; *ν* 1 *u.* 171 *omis. y* [*Bamberg. pr.*] *opp. Acr.* posquā *ν opp. A* talos *ψ* (*l*) aule *ψ* ale *φ* 172 et ludere] effundere *Hamacherus opp. Acr.* et] te *y* [*Lips. pr.*] *omis. g y* ludere] laudere *E opp. Acr.* perdere *Bentl. opp. Acr.* credere *Cuninghamus* 173 Te] *omis. E y* tiberi] tibi *ψ pr.* 174 Extumui *y* [*Mellic.*] insania *D* 1 *E γ* (*a g r*) *y* uaesania *F* uesania *λ′ D* 2 (*β′ ν σ*) discors] dissors *Nic. Heinsius* 175 numentanum *γ* momētanū *g* Momentanum *Ac.* sequerere] sequere *D* 1 *λ′ y Pf.* sequererere *E* cycutā *ν Ac.*

quare per diuos oratus uterque Penatis,
tu caue ne minuas, tu ne maius facias id
quod satis esse putat pater et natura coercet.
praeterea ne uos titillet gloria, iure
iurando opstringam ambo: uter aedilis fueritue 180
uestrum praetor, is intestabilis et sacer esto.
in cicere atque faba bona tu perdasque lupinis,
latus ut in circo spatiere et aeneus ut stes,
nudus agris, nudus nummis, insane, paternis;
scilicet ut plausus quos fert Agrippa feras tu, 185
astuta ingenuum uolpes imitata leonem.
nequis humasse uelit Aiacem, Atrida, uetas cur?
'rex sum'. nil ultra quaero plebeius. 'et aequam

TESTIMONIA.

183 cf. Prudentius c. Symmach. I 102: 'ecce deum in numero formatus et aeneus adstat' 187 Seruius ad Aen. III 475 Prisc. VII 2, 7

VARIA LECTIO.

176 penatis γ *F* λ (*a*) *y* [*Gronou.* 1 *Lips. pr.*] p//natis *E* penates *DF*2 ς' 177 maius] mavis *E* 178 coerc& γ *F* ($\nu\sigma$ *a r*) cohercet *DE* λ' (β' *g*) *Ac.* 179 Preterea λ titillet] tetillet *a* 1 *aut pr. opp. Ac.*

180 opstringā *y* [*Valentian. pr.*] obstricigā *E* obstrangam *r* obstringam *cett.* ς' aedilis *EF* edilis *D* γ λ 181 pretoris γ ptoris. his *F* at ptorib; his ψ *marg.* intestabilis] initestabilis *D* (initestabilis *D* 1) inętonabilis *E recte etiam Pph.' Porph.' Ac. Acr.* 182 cicere] cicera *Pph.' opp. Ac.* tu] // φ perdasque $\Omega'\varsigma'$ pdasne ψ *uar.* 183 Latus $\Omega'\varsigma$ (*et omn. codd. Cruq.*) Catus *y* [*Fran.* 1] *Ac.* lentus *Nic. Heinsius* altus *Peerlk.* circo] circos ψ *a. ras.* et *F* λ' *y cons. Prudent.* aut *D E* γ (β' ν 2 σ *a g r*) & ut ν 1 *y* aeneus *EF* λ' ęneus *D* γ

ut stes *D E* γ *F* ς' *Ac.* instes λ astes *y* [*Paris.* 8216] astes *y* [*Basil.* I 1 *cod. Feae*] asstes *y* [*Paris.* 8213] 184 nudus nummis] nummis *D y* 186 ingenuum] ingeniū λ' (*g*) *y* uolpes *E* ψ (*l pr.*) *y* [*Regin.*] uulpes *D* γ φ λ ς' *Acr.* imitata] imitate *Peerlk.* 187 humasse *E* uelit] uellet *Pph.' opp. Seruius Priscianus* 188 nil γ *F* λ' ς' nihil *DE* (*r* 1) *Pph.' Acr.* quaero *D* γ *F* λ' (ν *a* et β) quero *E* (σ *g r* et *Fran.*) quære *y* [*V*] quaeres *Doederlinus* plepeius *E* et] at *Peerlk. opp. Acr.* equam γ

rem imperito, ac sicui uideor non iustus, inulto
dicere quod sentit permitto'. maxime regum, 190
di tibi dent capta classem redducere Troia.
ergo consulere et mox respondere licebit?
'consule!' cur Aiax heros ab Achille secundus
putescit, totiens seruatis clarus Achiuis,
gaudeat ut populus Priami Priamusque inhumato, 195
per quem tot iuuenes patrio caruere sepulchro?
'mille ouium insanus morti dedit, inclitum Ulixen
et Menelaum una mecum se occidere clamans.'
tu, cum pro uitula statuis dulcem Aulide natam
ante aras spargisque mola caput, inprobe, salsa, 200
rectum animi seruas *cursum? insanus quid enim Aiax
fecit, cum strauit ferro pecus? abstinuit uim
uxore et gnato: mala multa precatus Atridis:

VARIA LECTIO.

29 si nusquam] sin usquam *y Doederlinus* (sinus q̃ *g* sinusquã *ν*) si non *Peerlk.* si nemo forte uocauit *idem proposuit* es] es// *γ* 30 cænã *F* (*a l r et Fran.*) olus *E* (*σ*) uelud *E* usquam *Ω′ς′* (*et omn. codd. Cruq.*) usque *y* escam *Horkelius et Hitzigius* 31 Vinctus *Ω′ς′* uictus *ψ uar.* uinctus *φ* 2 *uar.* Unctus *y* uinctus eas] inuitus eas *Marklandus* uix fugias *Horkelius* uitasses *Hitzigius* eas] eas. *φ* ſeas *ψ* eas *l* amas] ames *Peerlk.* ['τὸ amas *in omnibus scriptis adiungitur sequentibus' Cruqu.*] 32 nusquam *E F λ′ γ corr.* ς (*et β*) numquam *γ a. ras. y* nũq *y* [*Fran.*] iusserit] viserit *E* 1 33 Maecenas *E* (*ν a r*) *y* Mı//cenas *λ* (Mạecę: *l*) Mecęnas *γ* Mecenas *F* (*β′ σ g*) serum] seru// *E* solum *Marklandus* 34 conuiuam] Cū uiuã *λ* oleum] o̤eū *l* fert *E ψ* 2 (*ν* 2 *σ l r et Fran.*) feret *γ F λ* (*ν* 1 *a g et β codd. Bland.*) otius *λ′* ecquis *γ F λ′* (*ν σ r*) ecquis *a* et quis *E* (*g et β*) haec quis *F uar. y* 35 magno] magna *F opp. Pph.′ Eutych. floril. Cusan.* blateras] plateras *E opp. Pph.′ Porph.′ Eutych. floril. Cusan. gloss. Mai* lateras *schol. γ cf. Varr. sat. p.* 149 *R.*: 'quid est? quid (b)lateras? quid rabis?' *cf. Appul. met.* IIII 24, 289 VIII 26, 577 *Iuuentini eleg. de Philom. u.* 56 [*anth. Lat. nr.* 233 *M.*] *Festus s. u.* '*blaterare*' 'blaterare proprie est inepte clamare' *Acr.* 'blateras] latras uel furiose clamas' *Pph.′ Porph.′* fugis

Muluius et scurrae tibi non referenda precati
discedunt. "etenim fateor me" dixerit ille,
"duci uentre leuem, nasum nidore supinor,
inbecillus, iners, siquid uis, adde, popino.
tu cum sis quod ego et fortassis nequior, ultro 40
insectere uelut melior, uerbisque decoris
obuoluas uitium?" quid, si me stultior ipso
quingentis empto dragmis deprenderis? aufer
me uoltu terrere; manum stomachumque teneto,
dum quae Crispini docuit me ianitor edo. 45
te coniunx aliena capit, meretricula *Dauom:
peccat uter nostrum cruce dignius? acris ubi me

TESTIMONIA.

36 'tibi — precati' Prisc. XVIII 25, 230 39 glossar. Mai class. auct. VIII 424 40 florileg. Nostradam. 188 41—42 'uerbisque — uitium' schol. Pers. 5, 106

VARIA LECTIO.

Ω′ ς′ gloss. Mai furis *γ uar.* (*ν uar. et V*) *y Pph.′ flor. Cus.* 'fugisque] μοφολογεις (lege μωφολογεις). at furis' *gloss. Γ* 'Expressit uelocitatem hominis festinantis ad caenam' *Acr.* 36 Muluius *Ω ς′ Acr.* Miluius *l y Peerlk.* scurrae] currę *λ* referenda] refrenanda *E opp. Priscian.* precati] p̄catus *F a. ras. opp. Acr. Priscian. u.* 37 *omis. y* [*Montepess.*] 38 supinor *γ λ F uar. ς′ Ac. Acr.* suppinor *E* supino *F* (*l*) *y Pph.′* supini *g* 39 Inbecillus *Ω* (*β′ν σ a r*) Imbecillus *g l* Inbecillis *ψ uar. y glossar. Mai* 40 ultro] ultra *λ y* 41 uelud̄ *φ* que] ne *Peerlk.* 42 Obuoluas *Ω′ ς′* Obuoluis *σ y schol. Pers.* obuolues *Peerlk.* si me] sim̄e *E* stultior] astutior *F uar. y* ipso *γ F λ* (*ν a r et β*) ipse *E ψ* 2 (*σ g l et β* 2 *Fran.*) 43 empto] emptos *λ* emptis *ψ a. ras.* dracmis *F λ′* dragmis *E γ ς′* deprenderis *E γ* (*ν σ a g r et Fran.*) dep̄henderis *F λ* (*et β* dep̄en: *l*) 44 uoltu *F λ′* (*ν r*) *y* [*Regin.* 1 *Vossianus*] uultu *E γ ς′* manum] manu *λ* 45 Dum quae *F* (*a g r et β corr.*) Dumquę *ν* Dum. *l* Dumque *E γ λ* (*β′ σ*) crispini *γ F* (*β′ σ a g r*) crispini *E* chrispini *ν* crisippi *F uar. y* crissippi *λ* crysippi *l uu.* 46—91 *DEFICIT ν*

ς′ = codd. β′ σ a g r (*l*) *praeter eos ex quibus aliae lectiones notantur; ς = codd. σ a g r* (*l*) *praeter e. q. s.*

46 coniunx *E γ F* (*a g l r*) iunx *λ* coniux *β′ σ* aliena] si aliena *Peerlk.* dauum *Ω′* (*β′ σ a g*) clauum *r* 47 cruce] crece *E* dignius] dignus *φ*

natura intendit, sub clara nuda lucerna
quaecumque excepit turgentis uerbera caudae,
clunibus aut agitauit equm lasciua supinum, 50
dimittit neque famosum neque sollicitum, ne
ditior aut formae melioris meiat eodem.
tu cum proiectis insignibus, anulo equestri
Romanoque habitu, prodis ex iudice Dama
turpis, odoratum caput obscurante lacerna, 55
non es quod simulas? metuens induceris atque
altercante libidinibus tremis ossa pauore.
quid refert, uri uirgis ferroque necari
auctoratus eas, an turpi clausus in arca,
quo te demisit peccati conscia erilis, 60
contractum genibus tangas caput? estne marito

TESTIMONIA.

58 cf. Senec. epist. 37, 1: 'uri uinciri ferroque necari'

VARIA LECTIO.

48 intendit Ω′ ς′ (*et* 4 *codd. Bland.*) incendit *g* (*et Fran. uar.*) *y Bentl.* nuda lucerna] lucerna nuda *E* 49 Quecumque *γ* excipit urgentis se *y* [3 *Bland.*, *cod. Pulmanni V*] excepit *E F* (*σ a g l et β*) excępit *r* excipit *Fran.* excoepit *γ* accepit *λ y* turgentis] turientis *E* urgentis *F* 1 (*l* 1 *et Fran.*) *y u.* 50 *omis. y* [*Monac. quintus*] *opp. Acr.* 50 ęqum *y* [*Gronou.*] equum Ω′ ς′ suppinum *λ u.* 52 *omis. γ pr. opp. schol. Γ* 52 Didtior *E* forme *E λ* eodem] edem *E* 1 *γ* 53 tu cum] Tecū *F* (*l* 1) (*sed* tu cum *F uar. l* 2) *opp. Ac.* 54 Dama] clama *E pr.* damma *g r* 55 lacerna *γ corr. F λ* ς′ lucerna *E γ pr.* (*l pr. r uar.*) 56 simulas?] simulas, *Doederlinus* induceris] educeris *F uar. y* 57 Altercante *γ F λ′* (*β′ σ a r corr.* altercantibus *r pr.*) Alī candente *E* Alternante *g y* [*Argent.* III *a. ras. Paris.* 8213] 58 refert uri] refertur *Pph.′* referturi *l* 1 refert] refert *ψ* refertū *φ* uri] urgi *y* [*Mellic.*] uri uirgis] uirgis uri *y opp.* Ω′ ς′ (*et V*) uinciri uri *Linkerus* 'uri flammis, uirgis secari, ferro necari' *Acr.* 59 turpi] turbi *E* archa *λ′* (*g et β*) 60 demisit *E γ* (*g l r*) dimisit *F λ* (*β′ σ*) peccati conscia herilis demisit *E γ pr.* peccati *demisit* conscia erilis *a* peccati demisit (peccatis dim: *Mellic.*) conscia herilis *y* [*Dresd.* III *Mellic.*] d: peccati (pect: *r*) conscia erilis (*uel* her:) *cett.′* ς′ erilis *F* (*β′ a g l*) *y* [*Regin. Vossianus*] herilis *E γ λ* (*σ r*) 61 Contractum *γ F* (*β′ σ a r*) Contractu

matronae peccantis in ambo iusta potestas?
in corruptorem uel iustior. illa tamen se
non habitu mutatue loco, peccatue superne.
cum te formidet mulier neque credat amanti, 65
ibis sub furcam prudens dominoque furenti
committes rem omnem et uitam et cum corpore famam.
euasti. credo, metues doctusque cauebis;
quaeres, quando iterum paueas iterumque perire
possis, o totiens *seruos! quae belua ruptis, 70
cum semel effugit, reddit se praua catenis?
"non sum moechus" ais; neque ego, hercule, fur, ubi uasa

VARIA LECTIO.

E Contractum ut *λ′ψ* 2 (*g et fere omn. Cruq.*) caput] capud *E* capt. *λ* 62 ambo *E γ F* (*β′ a g r*) ambos *λ′* (*σ*) 'pro in ambos' *gloss. Γ* *uu.* 63—65 *eiciebat Kirchnerus* 63 tamen] etenim *Peerlk.* 'tamen] enim aut habundat' *gloss. Γ* 'adultera enim supra adulterum nihil committit criminis neque habitum suum mutat. id est non deponit ingenuitatis insignia neque locum mutat. id est non exit de domo sua . . .' *schol. Γ* 64 motatue *E* peccatue *E γ ς′* (*et codd. Bland.*) peccatque *F λ* (*et β corr.*) *y* peccatne *y Pph.′* spectetque *Horkelius* mutatue *Apitzius* superne *Ω′* (*σ g r et β*) *Pph.′ schol. Γ* supnę *y* [*Fran.*] *a n. l.* supene *y* [*Paris.* 10403] supmę *y* [*Regius*] supine *Petrus Nannius* superbe *Praedicowius* sequens, te *Withofius* pudenter *Peerlk.* *u.* 65 *omis. y* [*Lips. pr.*] *opp. Acr.* 65 cum] ·ꝛ·cū *ψ* te] se *Hitzigius opp. Acr.* formidet] formidat *r pr. y Doederlinus* credat] credit *y Doederlinus* 66 prudens] imprudens *Peerlk.* furenti] prudenti *λ* 67 Committas *γ pr. y* Committes *E γ corr. F ς′* Cōmites *λ* uitam et cum corpore famam] famam et cum corpore uitam *Peerlk.* cum] *omis. E* 68 euasti] Euasit *F uar.* (*φ uar. ψ* 2 *uar.*) *opp. gloss. Γ:* 'i. euasisti' euasti? metues, credo *y Bentl.* euasti? credo metues *Kirchnerus* metues doctusque *E F λ′* (*β′ a r*) metuens doctusque *γ* (*g*) doctus metuensque *σ* 69 Quaeres *F* 2 (*σ a l r et β*) Quę res *γ pr.* (*et Fran.* 1) Queres *E* Quaeris *F* 1 *λ* (*et β corr.*) Queris *g y* iterum] *omis. λ* paueas] pecces *Peerlk.*

70 *REDIT ε; Ω′ = E γ F λ′ε*

70 tociens *ε* (*σ a et Fran.*) tocies *g* seruus *Ω′ ς′* que *F λ′* q. *ε* belua] beluarua *E* 71 semel] se me *ε* praua] priua *Cruquius* ,praue, *Peerlk.* 72 moechus *γ F ε* (*a corr. l*) moecus

praetereo sapiens argentea. tolle periclum,
iam uaga prosiliet frenis natura remotis.
tune mihi dominus, rerum imperiis hominumque 75
tot tantisque minor, quem ter uindicta quaterque
inposita haut unquam misera formidine priuet?
adde super dictis quod non leuius ualeat: nam,
siue uicarius est qui seruo paret, uti mos
uester ait, seu conseruos; tibi quid sum ego? nempe 80
tu, mihi qui imperitas, alii seruis miser atque
duceris, ut neruis alienis mobile lignum.
quisnam igitur liber? sapiens sibique imperiosus,
quem neque pauperies neque mors neque uincula terrent,
responsare cupidinibus, contemnere honores 85

TESTIMONIA.

74 cf. ecbasis captiui u. 1040: 'tunc uaga prosiluit frenis natura remotis' 85 'ut supra: responsare cupidinibus' Porph.' ad II 7, 104

VARIA LECTIO.

λ (r) moelchus *E* mechus β'σ *a pr. g* ais] ait *g y Pph.'* aio γ *pr.* ercule *E* uasa] uisa *g* (*et V*) 73 Pretereo *F* Pretero λ' 'prudens p̄tereo] Tumens (timens *Fran.*) legitur et prudens sub eadem significatione' *schol.* Γ periclum] pictum *F uar.* (perictū *l uar.*) *opp. schol.* γ 74 iam] tunc *ecb. capt.* prosiliet] prosiluit *ecb. capt.* natura] nata *E* 1 77 Inposita *E* ε (σ) Imposita γ *F* λ' ς' haut *E* λ (σ) haud γ *F* ε ς' umquam γ *F* λ' ε (β' σ *a*) unquam *E* (*g r*) priuet] priuat ε *F uar.* (β') *y opp. schol.* γ (BRIUAT *l uar.*) 'liberet (laboret *Fran.*)' *gloss. Fran. Voss.* 'liberauit' *gloss.* Γ (*E* γ) 78 super *E* γ ε φ 2 (β' σ *a g l r* 2 *uar.*) supra *F* λ (*r*) 79 paret] parat ε *opp. gloss.* Γ (*E* γ) paretpar ψ uti mos *E* γ ε *F* 2 ς' ut imos *g* ut est mos *F* λ *y* 80 agit σ *y* conseruos *a* 1 conseruus Ω' ς' quod Ω' ς (*et* 1 *Bland.*) quid β' σ *a g l* 2 81 imperitas *E* γ *F* λ' ς' inperitas ε alii *E* ε φ *p. ras.* (β' σ 1 *a r et V cum* 2 *aliis codd. Cruq.*) aliis γ *F* λ' (σ 2 *g et* β *corr.*) 82 duceris] Duceres ε 'traheris' *schol.* Γ lignum] signum *auctore Iano Douza patre Bentleius opp. schol.* Γ 83 Quis nā *E* que *E* γ *F* λ (σ *a g r et V*) qui ε (β' *l*) *cf. Stat. silu.* II 6, 16 *sq.*: 'qui sponte sibique imperiosus erat' *u.* 84 *post u.* 87 *ponit Peerlk.* 85 responsare cupidinibus] 'percontatiue legendum' *Porph.' ad u.* 104 contemnere γ (*a g l*) contempnere *E F* λ ε (β' σ *r*) honores] honorē ε *y*

sublegit quodcumque iaceret inutile quodque
posset cenantis offendere: ut Attica virgo
cum sacris Cereris procedit: fuscus Hydaspes
Caecuba uina ferens. Acron. Cum [illegible]
hic erus: "Albanum. Maecenas [illegible]
te magis adpositis [illegible]
diuitias miseras! [illegible]
Fundani, pulchre [illegible]
'summus ego et [illegible]
si memini, Varius [illegible]
Vibidius, quos [illegible]

TESTIMONIA.

15 Prisc. II 8, 46 [illegible]
p. 210 Eichenf. et Enn[illegible]
21 cf. schol. Fran[illegible]
ac perditos uocat a Se[illegible]
meminit'

VARIA LECTIO.

Prisc. VIIII 50: 'pa[illegible]
12 qdcunq; *E C* quoque [illegible]
F ε cenantes γ [illegible]
offenderet ε et [illegible]
ε (β' ν l r) *Pph.* [illegible]
15 Cae[illegible]uba [illegible]
16 erus Ω ς herus [illegible]
l r mecenas γ [illegible]
17 appositis *E* γ [illegible]
cenantibus γ *C* β [illegible]
[illegible] à e. *ras.* [illegible]
F ε app. *gloss. F* [illegible]
[illegible] γ *F* ε β [illegible]
[illegible] ε Tarranus *F* [illegible]
21 Tarranus — Varius [illegible]
[illegible] 21 [illegible]
[illegible] mustrone *F* [illegible]
[illegible] Tuscures in [illegible]
[illegible] *Pph.* [illegible]
[illegible] γ *Porph.* [illegible]
[illegible] ε a g [illegible]

re uera pugnent, feriant uitentque mouentes
arma uiri? nequam et cessator Daus; at ipse 100
subtilis ueterum iudex et callidus audis.
nil ego, si ducor libo fumante: tibi ingens
uirtus atque animus cenis responsat opimis?
obsequium uentris mihi perniciosius est cur?
tergo plector enim. qui tu inpunitior illa, 105
quae paruo sumi nequeunt, obsonia captas?
nempe inamarescunt epulae sine fine petitae,
inlusique pedes uitiosum ferre recusant
corpus. an hic peccat, sub noctem qui puer uuam

TESTIMONIA.

107 Hildebert. moral. philos. 985 109—110 'an — strigili?' Prisc. VII 14, 70

VARIA LECTIO.

99 mouentes *E γ φ* 2 *ψ corr.* ς′ mouentis *ε F uar.* (*l* 1) morientes *F λ* 100 et] *omis. F λ′* (*ν* 1) *y opp. Ac.* 'Si inquid pictura fuerim fortassis delectatus et moras fecero, statim dominus stomachatur' *schol. γ* daus *ε* dauus *cett.′* 101 u&ere *E* calidus *ε* 102 nil] nihil *Pph.′ Porph.′ Ac.* si ducor] si ductor *y* seducor *Pph.′* 103 cenis *γ* (*a g et β*) caenis *E F λ′ ε* (*ν σ r et Fran.*) responsat] respondat *E* opimis] opinis *ε* 104 pernitiosus *γ* perniciosius *E F λ* (*ν. a g r et β*) perniciosus *ε* (*σ et Fran.*) pnitiosus *l* 'percontatiue (pcontinuatiue *F*) legendum' *Porph.′ schol. F* 105 tergo plector. enim qui *Peerlk.* 'nam ego uapulo' *Acr.* qui tu *E F* 2 ς′ (*et omn. codd. Cruq.*) *Ac.* qui *tu r* quid tu *γ λ* (*a*) quid (*om.* tu) *ε* qui dum *F* 1 (*l* 1) 'unde tu quo modo' *gloss. Γ* inpunitior *E λ′* (*et β* inpunicior *g*) *Ac.* impunitior *γ F ε* ς impunicior *r* 'interrogatiue hoc totum dicit affirmans ita esse ut dicit' *schol. Γ imitatus est Persius* 5, 129 *sqq.*: 'sed si intus et in iecore aegro nascuntur domini, qui tu inpunitior exis atque hic, quem ad strigiles scutica et metus egit erilis?' illa] ulla *λ′* 106 Que *γ* paruo sumi] aruosū in *ε* sumi] svmi *E* obsonia *E F λ′* (*β′ σ g r*) ipsonia *γ* opsonia *ν a u.* 107 *omis. ν pr.* 107 petite *E* 108 Inlusi *E F λ′ ε* (*r et β*) Illusi *γ* (*σ a g et Fran.*) Inclusi *ν* lassati *uel* inflati *uel* collapsi *Peerlk.* illuduntque . . . et ferre *idem* pedes] *omis. ε* uiciosum *ε* 109 peccat] peccauit *Priscianus* noctem] nocte *ε opp. Priscian.*

[illegible]
[illegible] tamen ni si malumus n. [illegible]
[illegible] me [illegible] dicam: liberum me
[illegible] [illegible] exurdant alius [illegible]
[illegible] Alifanus [illegible]
Vbidius [illegible], [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible] nihilum [illegible] [illegible].
[illegible] aquilus inter [illegible]
in [illegible] [illegible]. sub hac erus [illegible]
[illegible] est. deterior post partum carne [illegible].
his minimum ius est: oleo, quod prima Venafri
pressit ceila: garo de sucis piscis liberi.

TESTIMONIA.

ueniant, sordidus displicet apparatus, domus incompositae [illegible] statur, et auaritia illius, qui triclinii praeest, continuum [illegible] pronocat gulam, ut quum Alifanis uinaria tota inuertetur, [illegible] rent inuicem illud Horatii: nos, nisi damnose bibimus, moriemur in ulti' Verg. Aen. II 670: 'numquam omnes hodie moriemur inulti'

39 'inuertunt Alifanis uinaria' glossar. Mai [illegible]

VARIA LECTIO.

moriemur γ C F λ′ ε ς′ *Ioann. Saresber.* moriamur E ψ ϟ (η ϟ) ψ [illegible] ferro moriamur et non uindicemur si non multum bibetimus' *schol.* [illegible]

35 poscit Ω′ ς′ (*et omn. codd. Cruq.*) poscunt ψ [illegible] meliores γ [*Valentian. cum aliis*] *opp. schol.* γ [illegible] γ

nil] nihil ψ *a. ras.* ε (*l r*) [illegible] sic] sit E [illegible] E in ε 'tiqua' [illegible] γ [illegible] acris E γ F λ′ (σ *corr.* a r) acres C ε ς′

uu. 37—83 *DESVNT in* ε: Ω′ [illegible] E γ C F λ′

37 potores] Protures C male dicunt Ω′ [illegible] γ *Mon tepess.*] exurdant Ω′ ς exurdat η exurdant γ [illegible] *glossar. Mai* alii fanis F: *Pph.* alii alifanis γ alifanis [illegible] ς′

40 Vbidius λ *opp. schol.* γ [illegible] C [illegible] E γ ς′ imi E 1 γ ν a γ r et *Ferrar.* [illegible] *Rand.* [illegible] γ [illegible] C F λ′ E 2 (σ et β *Ferrar.* [illegible] F 1 lagoenis E γ C [illegible] lagoenis [illegible] u. 42 omis γ [illegible] F λ′ (ν σ a et β: *Ferrar.* [illegible] (β′ a r) γ [*Lips. Parrs.* [illegible] cina E 1 erus Ω′ ς [illegible] granida] gandia λ *opp. schol.* [illegible]

de medio potare die. 'sic ut mihi nunquam
in uita fuerit melius'. dic, si graue non est,
quae prima iratum uentrem pacauerit esca. 5
'in primis Lucanus aper; leni fuit Austro
captus, ut aiebat cenae pater; acria circum
rapula, lactucae, radices, qualia lassum
peruellunt stomachum, siser, allec, faecula Coa.
his ubi sublatis puer alte cinctus acernam 10
gausape purpureo mensam pertersit, et alter

TESTIMONIA.

schol. γ (non Bamb. Fran.) epist. I 5, 2 5 'ut in sequentibus: iratum uentrem' Porph.' serm. II 2, 18 8 cf. ecbasis captiui u. 146: 'sunt mihi lactucae, radices, semina siluae' 9 Prisc. VI 4, 20 'siser — Coa' glossar. Mai [class. auct. VIII 230] 10—11 'his — pertersit' Prisc. VII 11, 55 'acernam — pertexit' glossar. Mai [class. auct VIII 15] 11 'gausape purpureo mensam pertersit acernam' Prisc. VII 15, 74

VARIA LECTIO.

dicti : : : : re ε here Ω' ς' *Priscianus* heri σ *pr. y schol. γ epist. cf. Quintil.* I 7, 22: 'here nunc e littera terminamus: at ueterum comicorum adhuc libris inuenio: heri ad me uenit, quod idem in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendauit, deprenditur' I 4, 8: 'in here neque e plane neque i auditur' 'heri et here (& here & heri *E*) potest dici' *schol. Γ* illic Ω' ς' *Priscian. schol. γ epist.* illuc *y Peerlk.* 3 potare] patare *schol. γ epist.* sic ut] sicut *C* φ (ν) nunquam *E C* (*g*) numquam *cett.'* ς' 4 dic — non *euanuit* ε dic *E γ C* ς' (*et omn. codd. Cruq.*) da *F λ* (β 2) *y* si] sic γ (*a* 1) 5 Que γ uentrem] tre ε uentre *l* 1 placauerit *F λ* ε (ν *a corr. g* et β) pacauerit γ *C E* 2 (*a pr. l corr. r et Fran.* puc: *l pr.* pa cauerat σ) peccauerit *E* 1 *y* esca] : : : : ε 6 Inprimis *E C* (ν *g l r*) In primis *F λ* ε (β' σ *a*) Imprimis γ fuit] fluit ε *opp. Pph.'* hic fuit *Peerlk. opp. Pph.'* 7 cenae *C* ε (*r* et β cene *g*) caenae *E γ F* (ν σ *a l*) caene λ 8 Rappula ε (β' σ) Rapula *E γ C F λ'* (ν *a g r*) *Pph.'* lactucae radices] ,radices lactucae et, *Peerlk. opp. Pph.'* et *ecb. capt.* lassum] lapsum ε 'fastidiosum' *gloss. Γ*

9 allec γ *C λ'* ε ς' allęc *F* hallec *E* (*r*) alec *y glossar. Mai* fęcula *E γ C F λ' glossar. Mai* fecula ε *y* [*omn. codd. Cr.*] Coa] coha *F λ* ε (β') choha *l* choa ν coa *g* co& *C* 'Coa, piper allece non sine aceto' *Priscianus praue admixto u.* 49 10 ubi *E γ* φ 2 *uar.* ψ 2 (ν *corr.* σ *a g l r* et β) ut *C F λ* ε (ν *pr.* et *Fran.*) *y Priscianus* 'posteaquā' *gloss.* γ sublatis] sublatas λ *opp. Priscian.* 11 pertersit] pertexit *glossar. Mai coni. Cruquius* d'tersit *g y cf. Lucil. ap.*

sublegit quodcumque laceret inutile quodque
posset cenantis offendere; ut Attica uirgo
cum sacris Cereris procedit fuscus Hydaspes
Caecuba uina ferens, Alcon Chium maris expers. 15
hic erus: "Albanum, Maecenas, siue Falernum
te magis adpositis delectat: habemus utrumque.".
diuitias miseras! sed quis cenantibus una,
Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.
'summus ego et prope me Viscus Thurinus et infra, 20
si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone
Vibidius, quos Maecenas adduxerat umbras.

TESTIMONIA.

15 Prisc. II 8, 46 cf. incerti excerpta argumenti grammatici § 56 p. 210 Eichenf. et Endl.: 'Caecuba uina optima dicuntur'

21 cf. schol. Fran. ad serm. I 2, 2: 'balatrones autem luxuriosas ac perditos uocat a Seruilio Balatrone (balatronę cod.) cuius in secundo meminit'

VARIA LECTIO.

Prisc. VIIII 50: 'purpureo tersit tunc latas gausape mensas'

12 qd̄cunq; *E C* quodque *ψ* 13 cenantis *C y* [*β* 1 *Lips.*] caenantis *F ε* cenantes *γ* (*g r et β* 2 *Fran.*) caenantes *E λ′ψ superscr.* (*ν σ a*) offenderet *ε* (*et Fran. a. ras.*) 14 cereis *E* hydaspes *E C ε* (*β′ ν l r*) *Pph.′* hydas pes *F* hydapes *λ* hidaspes *γ* (*σ a*) hydapses *g* 15 Cae//uba *ψ* (*sed ψ marg.* Cecuba) al c̄chiū *ε* alc̄chiū *C* 16 erus *Ω′ ς* herus (*ν σ et β*) albinum *C* maecenas *E C φ ε* (*a l r*) mę̄cęnas *γ* mecaenas *ψ* meceenas *λ* mecenas *ς′* ualernū *E* 17 appositis *E γ* (*σ a g*) adpositis *C F λ′ ε* (*β′ ν r*) 18 set *γ* cenantibus *γ C* (*β′ g r*) caenantibus *F λ′ ε* (*ν σ a*) canentibus *E* una] unam *λ a. ras.* 'simul' *gloss. Γ* 19 Fundā *ε* Funda *E* pulcre *F ε opp. gloss. Γ* 20 et] *omis. C* prope] pro *ε* (*β′ ν et V*) thurinus *γ F ε* (*β′ ν a l r*) thurrinus *E* thrrin' *λ* turin' *C* (turinus *σ* trinus *g*) Turanus *Fabricius conl. Ouid. Pont.* IIII 16, 29 20—21 Thurinus — Varius] *omis. y* [*Gronou.*] *uu.* 21—23 *omis. y* [*Regin.* 1] 21 si memini] seminici *ε* uarias *λ* balathrone *γ C F λ′* (*ν a*) balatrone *E ε* (*β′ σ g*) balatrhone *r* 'Balatrones dicuntur derisores, liberiores in loquendo, procatiores abiecto' *schol. Γ* 22 Vbidius *λ opp. Pph.′ Porph.′* quos *Ω′* (*β′ σ* 2 *uar. a r*) *Pph.′ Porf.* quas *ν σ g y Porph.* maecenas *C ε* (*ν l r*) *Pph.′* maecaenas *λ* mecenas *E γ F* (*β′ σ a g*) adduxerit *C y* adduxerat *cett.′ ς′ Pph.′*

Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,
ridiculus totas simul absorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, qui, siquid forte lateret, 25
indice monstraret digito: nam cetera turba,
nos, inquam, cenamus auis, conchylia, piscis,
longe dissimilem noto celantia sucum;
ut uel continuo patuit, cum passeris atque
ingustata mihi porrexerit ilia rhombi. 30
post hoc me docuit melimela rubere minorem
ad lunam delecta: quid hoc intersit, ab ipso
audieris melius. tum Vibidius Balatroni
"nos nisi damnose bibimus, moriemur inulti;"

TESTIMONIA.

26 cf. Sedul. op. pasch. III 214: 'cetera turba latet, numero nec clauditur ullo' 29. 30 Prisc. XVII, †init. add. in codd. RDI
34 cf. Ioann. Saresber. VIII 8: 'si apud Nasidienum conuiuae con-

---

VARIA LECTIO.

uu. 23 *sq. omis.* λ 1 *add. marg.* λ 2 *inter uu.* 9 *et* 10
23 portius γ *C* porticus *E* 24 simul *E* γ λ ψ *uar.* (σ *a l* 2 *r*) *schol.* γ semel *C F* ε (β′ ν *g l* 1 *et* 1 *Bland.*) absorbere *E* γ *C F* (ν σ *a g l* absorberet *r*) *Pph.′* obsorbere λ ε (β′ *et* 2 *Bland.*) 'pro absorbendas' (ad sorbendam *Porph.*) *Porph.′* 25 Nonmentan' λ 26 mostrar& *y* [*Lips.*] *opp. Pph.′* monstrare *E* cętera γ (ν σ *a l et Fran.*)
27 inquam] tamquam *Peerlk.* 'efexegesis' *gloss.* γ caenamus *E* γ ε (ν σ *a*) cernam' *C* cenamus *F* λ′ (β′ *g r*) gluttimus *Gust. Kruegerus* auis *C F* ε (ν *ut uid.*) *y* [β *pr. Lips. Valentian.*] aues *E* γ λ′ ψ *corr.* (σ *a g r et* β *corr. Fran.*) conchylia ε cochylia γ conchilia *E C F* λ′ ς′ piscis *y* [*Paris.* 8213] pisces Ω′ ς′ 28 dissimilem noto] dissimili notum *Peerlk. opp. Acr.* cęlantia φ succum λ (*et Fran.*) secum *F* 1 *post u.* 28 *uersum hunc fere:* 'ingenitos (*uel* natiuos) ignari expulsos arte sapores' *intercidisse putat Doederlinus*
29 atque] assi et *y* [?] *Bentl.* *uu.* 30 *sq.* inuerso ordine habet *y* [β] *opp. Priscian.* *u.* 30 *omis.* ε *opp. Priscian.* 30 Angustata ψ 1 *opp. Priscian.* incrustata *Horkelius* porrexerit *E* γ *C F* λ′ (β′ ν *g r* 2) *Prisciani cod. R* porrexit *r* 1 *y* [*Dessau.* II *Paris.* 8214] *Prisciani cod. I Marcilius et Horkelius* porrexerat σ *a y* *Prisciani cod. D Bentl.* 31 melimela] m&im&a *F uar. y* rubera φ 33 balathroni *E* γ *C* φ λ′ (ν *a r*) balatroni ψ labatroni ε balatroni β′ σ *g* 34 dampnose β′ damnosi *Peerlk. opp. Ioann. Sar.*

et calices poscit maiores. uertere pallor 35
tum parochi faciem nil sic metuentis ut acris
potores, uel quod male dicunt liberius uel
feruida quod suptile exurdant uina palatum.
inuertunt Allifanis uinaria tota
Vibidius Balatroque, secutis omnibus; imi 40
conuiuae lecti nihilum nocuere lagoenis'.
'adfertur squillas inter murena natantis
in patina porrecta. sub hoc erus "haec grauida" inquit
"capta est, deterior post partum carne futura.
his mixtum ius est: oleo, quod prima Venafri 45
pressit cella; garo de sucis piscis Hiberi;

TESTIMONIA.

ueniant, sordidus displicet apparatus, domus incomposita susurris incrustatur, et auaritia illius, qui tricliniis praeest, conuiuarum irrisoriam prouocat gulam, ut quum Alifanis uinaria tota inuerterint, submurmurent inuicem illud Horatii: nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti' Verg. Aen. II 670: 'numquam omnes hodie moriemur inulti'
39 'inuertunt Alifanis uinaria' glossar. Mai [class. auct. VIII 44]

VARIA LECTIO.

moriemur γ *C F* λ' ε ς' *Ioann. Saresber.* moriamur *E* ψ 2 (σ 2) *y* 'Id ferro moriamur et non uindicemur si non multum biberimus' *schol.* Γ
35 poscit Ω' ς' (*et omn. codd. Cruq.*) poscunt *y* maiores] meliores *y* [*Valentian. cum aliis*] *opp. schol.* γ 36 parrochi γ nil] nihil ψ *a. ras.* ε (*l r*) sic] sit *E* ut] & *E* in ε 'tāquā' *gloss.* γ acris *E* γ *F* λ' (σ *corr. a r*) acres *C* ε ς'

uu. 37—83 *DESVNT in* ε; Ω' = *E* γ *C F* λ'

37 potores] Potures *C* male dicunt Ω' 38 suptile *y* [*Montepess.*] exurdant Ω' ς exsurdat *g* exsurdant *y* 39 alifanis λ *glossar. Mai* alii fanis *F* 1 *Pph.'* alii lifanis ν allifanis *cett.* ς' 40 Vbidius λ *opp. schol.* γ balathro *C* φ λ' (ν) balatro ψ balatro *E* γ ς' imi *E* 1 γ (ν *a g r et Fran.* 1 4 *Bland.*) *schol.* γ *Voss.* imis *C F* λ' *E* 2 (σ *et* β *Fran.* 2) 41 nichilum λ' nocuele λ laconis *F* 1 lagoenis *E* γ *C* ψ 2 (*a*) lagenis φ 2 (β' σ *l r*) logenis λ lagęnis ν laguenis *g* *u.* 42 *omis.* *g* 42 Adfertur *E C* (*r et* β 1) Affertur γ *F* λ' (ν σ *a et* β 2 *Fran.*) squillas ψ *y* scillas *l* 1 natantis Ω (β' *a r*) *y* [*Lips. Paris.* 8214] natantes ψ *corr.* (ν σ *l*) 43 pacina *E* 1 erus Ω' ς herus ν *y* heros β' haec] aec λ hec *E* grauida] gaudia λ *opp. schol.* Γ inquid *E C* 46 cella] *omis.* *E*

uino quinquenni, uerum citra mare nato,
dum quoquitur (cocto Chium sic conuenit ut non
hoc magis ullum aliud); pipere albo, non sine aceto
quod Methymnaeam uitio mutauerit uuam. 50
erucas uiridis, inulas ego primus amaras
monstraui inquoquere; inlutos Curtillus echinos,
ut melius muria quod testa marina remittat".
interea suspensa grauis aulaea ruinas
in patinam fecere, trahentia pulueris atri 55
quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
nos maius ueriti, postquam nihil esse pericli
sensimus, erigimur; Rufus posito capite, ut si

TESTIMONIA.

47 cf. ecbasis captiui u. 731: 'quinquennis uini sitis est citra mare nati' 49 Prisc. VI 4, 20 (del. rh): 'piper allece non sine aceto' in marg. r: 'hoc magis ulla mali ut [lege: ullum aliut] piper albo non sine aceto' 54—56 Seruius ad Aen. I 697 (non Cassell.) 58 cf. Appulei. IIII 24, 290: 'quidni? quae inter genua sua deposito capite sine modo flebat'

VARIA LECTIO.

47 quinqueni *γ* 48 quoquit̂ *λ y* [*Regin.*] coquitur *cett. ς'* 50 methymneam *γ* (*g*) me thymneã *C* methimneã *F λ'* (*ν a r et Fran.*) m&himnaeã *E* metimneam *σ* motauerit *E C* mutauerat *y Aldus opp. cett.' ς'* (*et omn. codd. Cruq.*) *schol. γ* 51 Aerucas *λ φ corr. ψ marg. A*eerucas *ψ* Erucas *E C* Arulas *uel* Arusas *φ pr. ut uid.* Eruscas *γ* uiridis *E C* (*β'*) *y* [*Valentian.*] uirides *γ F* (*ν σ a l* luri-des *g*) urides *λ* 52 inquoquere *F λ' y* [*Fran. Gronou.*] incoquere *E γ C ς* 'Quidam sic legunt. Inulas et erucas (erucis *ν*) monstraui incoquere (inquo: *Fran.*) inluto in cinere. ut sit Scurtillius (scrutillilus *Fran.*) nomen. Alii inlutos echinos legunt . . .' *schol. Γ* inlutos *Ω' ς'* (*et codd. Bland.*) illutos *σ* inlotos *uel* illotos *y Bentl.*

curtilus *λ* cortillus *C* 53 quod *Ω' ς'* quo *y* [*V et Pulmanni cod. H*] quam *y Bentl.* quę *y* [*Regius*] 'deest cum' *gloss. γ Voss.* murina *C* remittat *γ F λ'* (*β' ν σ superscr. a r*) remittas *E pr.* remittit *E corr. C* (*σ g et omn. codd. Cruq.*) *Bentl.* 54 grauis *Ω'* (*ν a g*) *y* [*Gronou. Lips. Mellic. Regin. 1 Valentian.*] *Pph.'* graues *β' σ r Seruius uolg.* aulaea *γ Porph.' Seruius uolg.* aulea *E C F λ' ς' schol. Γ* 55 fęcere *γ* fere *C* atris *φ 1* 56 aquilo *ψ* 57 post quā *F* (*l*) nihit *C* *uu.* 59—95 DEFICIT *l*

filius inmaturus obisset, flere. quis esset
finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum 60
tolleret: "heu, Fortuna, quis est crudelior in nos
te deus? ut semper gaudes inludere rebus
humanis!". Varius mappa conpescere risum
uix poterat. Balatro suspendens omnia naso,
"haec est condicio uiuendi" aiebat, "eoque 65
responsura tuo nunquam est par fama labori.
tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni
sollicitudine districtum, ne panis adustus,
ne male conditum ius adponatur, ut omnes
praecincti recte pueri comptique ministrent? 70
adde hos praeterea casus, aulaea ruant si,
ut modo; si patinam pede lapsus frangat agaso.
sed conuiuatoris uti ducis ingenium res

TESTIMONIA.

64 cf. Hieronym. epist. 85 ad Paulinum 4: 'ne me putes in modum rustici Balatronis cuncta Origenis reprobare quae scripsit' Pers. 1, 118: 'callidus excusso populum suspendere naso' 73—74 'Multorum in-

---

VARIA LECTIO.

59 inmaturus γ φ λ (β′ ν a r) inmaturus inmaturus ψ Imatur9 σ g immaturus C; E n. l. 60 nn̄ tanus λ 62 inludere Ω (a r) illudere ς′ 63 Human9 λ uariis F 1 mappā C c̄pescere E C compescere cett. ς′ 64 balathro C F λ (ν r) balatro E (β′ σ g) barathro γ (a) 65 inde a u. 65 DEFICIT ν

Ω = E γ C F λ; ς′ = aut omnes codd. β′ σ a g r aut horum codd. ea pars, ex quibus non alia lectio notatur; ς = aut omn. codd. σ a g r aut e. q. s.

haec] Hoc γ pr. Hec γ corr. condicio E F (σ g) conditio γ C λ (β′ a r) 66 nunq E numquam cett. ς′ par] pars λ a. ras. omis. γ pr. 67 Ten C (σ) y accipiar] accipier ψ 'pascar εὐφρανθῶ' gloss. γ torquerier omni] torqueri (torquere φ) romani F uar.

69 ius] omis. ψ pr. adponat C apponatur cett. ς′ 70 Precincti λ recte pueri E F λ (β′ σ a r) recte pueri //// γ pueri recte C (g) comti ψ 71 adde] addi Peerlk. hos] os λ p̄terea E F preĩea λ aulea Ω ς′ ruant] ruunt y Peerlk. 73 Set γ pr. ducis] dicis γ pr. (r pr.) opp. Acr.

aduersae nudare solent, celare secundae".
Nasidienus ad haec "tibi di quaecumque precaris, 75
commoda dent; ita uir bonus es conuiuaque comis;"
et soleas poscit. tum in lecto quoque uideres
stridere secreta diuisos aure susurros'.
nullos his mallem ludos spectasse; sed illa
redde age quae deinceps risisti. 'Vibidius dum 80
quaerit de pueris, num sit quoque fracta lagoena,
quod sibi poscenti non dantur pocula, dumque
ridetur fictis rerum Balatrone secundo,
Nasidiene, redis mutatae frontis, ut arte
emendaturus fortunam; deinde secuti 85
mazonomo pueri magno discerpta ferentes
membra gruis sparsi sale multo non sine farre,
pinguibus et ficis pastum iecur anseris albi,

TESTIMONIA.

genium — secunde (hoc uerb. om. Nostr.)' Vincent. Bellouac. spec. hist. 69 florileg. Parisin. 8818[a] Nostrad. 188 74 florileg. Paris. 8069 78 Prisc. X 5, 29 81 sq. cf. ecbasis captiui un. 986 sq.: 'scrutor raucisona, num sit quoque fracta lagena? quod mihi poscenti non dantur pocula uini' 86—87 Prisc. VI 16, 81: 'discerpta — farre'

VARIA LECTIO.

74 Aduerse *γ* 75 hec *E* tibi] ita *Peerlk.* di] *omis. F* 1 *λ* quęcunq; *E C* quecūq; *λ* precaris *γ* (*σ a r*) p̄caris *E* (*g*) p̄ceris *C F λ* (*β′ σ superscr.*) *cf. Mart.* VI 87: 'di tibi dent et tu, Caesar, quaecumque mereris' 76 ita] ,ut *Peerlk.* es] *es ψ* & *ψ* 1 es // *φ* est *φ* 1 *y* [*Paris.* 8214] 77 uideris *λ* 78 diuisos] diuos *ψ* diuissos *Prisciani cod. L* 80 uibidus *C* 81 Querit *γ* quoquę *C* facta *γ* lagoena *E γ* (*a et Fran.*) lagona *C F λ* laguena *g* lagena *F uar.* (*σ r et β*) 82 dantur *E γ ψ* (*β′ σ* 1 *a r*) *ecb. capt.* dentur *C φ λ* (*σ* 2 *g*) 83 *REDIT ε*

$$\Omega = E\,\gamma\,C\,F\,\lambda\,\varepsilon$$

83 fictis] uictis *E F uar.* balatrone *E γ ε* (*β′ σ a*) *schol. γ* balathrone *F λ* (*r*) abalatrone *C* alatrone *g* 84 Namsidiene *λ* 1 mutate *E ε* motatę *C u.* 85 *omis. ω* [*ed. Zarot.*] 86 magni *F* 1 87 gruis] grauis *λ* 1 *opp. Priscian.* 88 pastum *Ω ς′ glossar. Mai* pasti *y* pasto *y* pastae *Gruppeus* albis *ε* 1 *ut uid.* albe *g*

et leporum *auolsos, ut multo suauius, armos,
quam si cum lumbis quis edit. tum pectore adusto 90
uidimus et merulas poni et sine clune palumbes,
suauis res, si non causas narraret earum et
naturas dominus, quem nos sic fugimus ulti,
ut nihil omnino gustaremus, uelut illis
Canidia adflasset peior serpentibus Afris. 95

TESTIMONIA.

89—90 'et — edat' Prisc. XVII 7, 47

VARIA LECTIO.

albae *y* [*Bland. codex antiq. et Tons. ap. Crug.*, *Feae Suecouatic.* 1701 *a* 1. *m.*, *Pulmanni cod. H*] albi *cett.* ς′ album *coni. Gruppeus cf. Mart.* XIII 58, 1: 'aspice, quam tumeat magno iecur ansere maius' 89 leporum] leporis *r pr.* (*et Fran.*) *y* auulsos *E γ C F λ* ς uulsos *ε* (*et Fran.* 2 *Bland.*) *y* *inde a u.* 90 *DEFICIT β* 90 quis edit] qui sedit *ψ pr.* edit *Ω* ς edat *y* *Priscianus* 'pro edat' *gloss. Γ* tum] dum *ε* cum *E ut uid. C y* adusta *ψ* 1 *opp. schol. γ* 92 Suauis *Ω* ς *y* [*Argent.* III *Berol.* 269 *Fran. Gemblac. Gronou. Lips. Mellic. Montepess. Paris.* 7976. 8214 *a* 2. *m. Nostrad.* 184 *Regin. Regius Valentian. cum aliis*] Suaues *y* 94 uelud *ε* ueluti *y* uelut illis] ueluti si *y* [*Montepess.*] *Bentl.* 95 adflasset *C F λ ε* (*r*) afflasset *E γ* (*σ a g et Fran.*) peior *Ω* ς peius *Peerlk.* afris *E γ ε F uar.* (*a g r et Fran.*) atris *C F λ* (*σ g uar.*) Q · (*om. λ*) HORATII · FLACCI · SERMONV̄ LIBER SECVNDVS (· II · *φ λ*) EXPLICIT ∴ · ∴ (· *φ λ*) *F λ* ORATII FL · CARMEN SECVLARE EXPLICIT · INCIPIT LIBER EPLAR *sic ε* SERMONV̄ LIB̄ · II · EXPLICIT · INCIPIT LIB̄ · I · EPISTOLARV̄ *σ* FINIT DECIMVS LIBER HORATII FELICITER *a* Sermonum liber hic finem dat uatis orati · *r subscriptione carent E γ C* (*g*)

PRAEFATIO

— nonumque prematur in annum
membranis intus positis.

Tandem consilio poetae satis ad uerbum inpleto — uere enim anni ↀDCCCCⅠXI huius libri fundamenta ac subsidia colligere coepimus — in lucem haec editio prodit, et cum ne tertium quidem uolumen, quo *προλεγόμενα* quae uocant includere in animo habemus, tam celeriter quam ipsi optemus perfectum iri praeuideamus, longiorem addidimus praefationem. ac primum quidem beniuolis lectoribus et nostratibus et exteris, qui tam indulgenter ac benigne uolumen primum exceperunt, gratias maximas agentes, ut et hoc alterum, in quod plus etiam temporis et operae insumpsimus, id quod ex multo maiore codicum numero in hoc secundo uolumine in examen uocatorum et conlatorum apparet, aecum plausum ferat rogamus.

Proximum est ut de codicibus nostris disputemus, quot in primi uoluminis praefatione non enumerati sunt. etenim accesserunt tres quattuorue primarii codices primi optimique generis:

1) *a* = unus ex uetustissimis Horatianis codicibus exeunte saeculo nono uel ineunte decimo partim in membrana rescripta exaratus olim Auenionensis nunc Ambrosianus Mediolani adseruatus et signo O 136 instructus, quem ex eodem exemplo, quo Parisinum 7900[a] iam in primo uolumine receptum, in sermonibus et in maiore parte epistularum et in arte poetica deficientem, et ipsum partim rescriptum ineunteque decimo saeculo exaratum, fluxisse manifestum est. hunc codicem Mediolani ipsi contulimus; de non nullis locis dubiis Cerianius u. cl. bybliothecae Ambrosianae praefectus rogantis nos officiosissime per litteras certiores fecit. quibus locis duo codices *A* et *a* inter se consentiunt, quod quidem fere conuenit ubicumque *A* extat, codex *a* codex *A*

liber archetypus *A'* ambo codices siue potius archetypum signo *A'* denotauimus. quem si septimo post Christum n. saeculo adscripserimus haud sane nimis anticum aestimabimus.

codex *D* 2) *D* = codex Argentoratensis nota C VII 7 insignitus codex propter lectiones optimus, saeculo ineunte decimo ni fallimur oriundus, cuius grauissimas lectiones ad carmina pertinentis in primi uoluminis appendice supplementi loco exhibuimus. F. W. Bergmanni u. cl. beniuolentia adiuti domi eum ipsi contulimus. cum codicibus τ (id quod ex uolumine I cognoscere licet) et *r* proxime cognatus est, ita tamen, ut cum *r* minus arte sit cognatus; cumque *D* — carmina si exceperis — nisi in sermonibus et paucissimis epistularum locis plane non extet, in arte poetica autem plane deficiat, τ contra in sermonibus et epistulis prorsus deficiat et in sola arte poetica extet, liber archetypus *D'* construi uix poterat.

codices τ et *r*

liber archetypus *D'*

codex *E* 3) *E* pars altera codicis ex duobus diuersis quondam libris manu scriptis compositi, saeculi XI, oriundi ex coenobio sancti Emmerammi Ratisbonensi, nunc Monacensis, signati Lat. 14685. quem codicem eadem ratione qua quondam Porphyrionem Monacensem nancti (cf. uol. I praef. p. XIII) domi contulimus. cum hoc libro, cuius lectiones ad modum memorabiles sunt, ad uerbum fere consentit fragmentum (*e*) in bybliotheca publica Stutgardiensi adseruatum nil nisi saturae primae uersus sextum ad 117mum complectens saeculi undecimi duodecimiue. signatum est autem nota mss. poet. et phil. 53 (47). Stutgardiae id ipsi contulimus. quibus locis codices inter se consentiunt signo *E'* comprehendimus. quod siquis hunc librum archetypum saeculo octauo nonoue et Germaniae meridionali adscripserit, uix falletur.

fragmentum *e*

liber archetypus *E'*

Nec ad alterum codicum genus cuius primarius testis est Bernensis uetustissimus saeculi VIII—VIIII (*B*) olim Floriacensis, quem in uolumine II Hermannus Vsenerus Hermannus Hagenius E. Kurtzius in usum nostrum liberalissime contulerunt, defuit nouom subsidium, quod domi conferre licuit. Monacensis enim quem modo laudauimus 14685 duabus partibus prorsus inter se diuersis manibus scriptis constat: illa pars quae signo *E* a nobis notata est, primo ordini adhaeret et cum codicibus *ADγ* cognationis quodam uinculo coniuncta est; altera autem quam *C* nuncupauimus mirum quantum cum

codex *B*

codex *C*

codice *B* consentit ita, ut nullo paene negotio utriusque codicis liber archetypus construi et *B'* nota describi potuerit, nisi uariis mendis quae librarii codicum *B* et *C* pro se quisque fecerunt, hoc propositum ut ab usu alienum inprobatum esset. nisi nos omnia fallunt, liber archetypus *B'* qui in artis poeticae uersu 440 defecit, litteris uncialibus in modum noti illius Salmasiani codicis scriptus erat. liber archetypus *B'*

Ad tertii generis codices principes duo satis uetusti accesserunt hi: 1) conexus cum Parisino *λ* eiusdem aetatis (ineuntis saeculi $\overline{X}$) et oriundus e coenobio Bellouacensi Leidensis codex *l* = Lat. bibl. publ. nr. 28, quem coniuncta Pluygersi et Du Rieui benignitate adiuti, dum in Batauis degimus, domi conferre licuit. hic codex praeter *λ* uetustissimus eorum, qui Manorti subscriptionem habent, omnino adeo cum *λ* consentit, ut longe plurimis locis duo codices uno signo *λ'* comprehendi potuerint. qui liber *λ'* et ipse Francogallicus octauo fere saeculo tribuendus esse uideatur, cum et *λ* et *l* ineunte decimo saeculo exarati sint. 2) praeterea accepimus librum archetypum ad modum anticum ex concordantibus lectionibus codicum *δ* et *d*. *δ* = codex Harleianus 2725 olim ex libris Ioannis Georgii Graeuii professoris Vltraiectani, saeculi $\overline{VIIII}$ — $\overline{X}$; *d* = codex Harleianus 2688 saeculi $\overline{VIIII}$ — $\overline{X}$. utrumque ipsi in museo Britannico Londinii contulimus ita, ut iam non, quod quidem in uolumine primo fecimus, niti opus esset conlatione illa Broukhusiana (cf. praef. uol. I p. XI), quae minus accurata erat quam desiderabamus. hac autem occasione reuocandum est quod in illa praefatione dictum erat, Broukhusii conlationem non esse eius codicis quem Graeuianum in Horatio a se edito Bentleius nuncupet. immo uero et Bentlei de Graeuiano et Broukhusii de codice ab ipso non nominato narrationes ex uno eodemque fonte deriuantur, idest ex nostro codice *δ* in bybliotheca Londiniensi quam maxima diligentia a nobismet conlato. dubitari sane poterat num eundem Broukhusius et Bentleius codicem enarrantes dicerent; qui cum more sui temporis non ea adhibita diligentia quae nunc nec immerito requiritur codices examinarent, accidit ut modo Bentlei modo Broukhusii culpa non nullis locis minime inter se consentirent. cum codice ut supra diximus alius eiusdem bybliothecae codex ad uerbum consentit. uidetur ex saeculo $\overline{VIIII}$ extremo originem trahere. quod sane

codex *λ*

codex *l*

liber archetypus *λ'*

codex *δ*

codex *d*

liber archetypus δ′ uehementer dolemus, uterque codex adeo mancus est, ut δ′ codex apud Mediomatricos ni fallimur saeculo VII exaratus exceptis lyricis nisi initio sermonum et in epistularum parte restitui non possit. commemorandum est etiam unum ex pretiosissimis huius generis codicibus, qui in uol. I parno tantum fragmento continebatur, a medio sermonum libro altero usque ad extremam artem poeticam, si lacunas aliquot exceperis, non deesse: dicimus ε = codicem Einsidlensem (nr. 361), quem a reuerendo patre Gallo Morelio ut domi conferre possemus rogatu nostro accepimus. praeterea qua est humanitate uir cl. gratissimum nobis fecit quod, dum plagulae typis exscribuntur, interrogatus a nobis compluris locos dubios reuidit.

codex ε

Ipse, eremitarum in coenobio in Heluetiis nobis quondam commorantibus, ut locos quosdam, de quibus dubitabamus, iterum inspiceremus, narrauit sese uere anni h. s. XXXX in sancti Geroldi monasteriolo Tyrolensium sub monte Arula sito multos libros tegumentis membraneis inscriptis inductos repperisse, omnibusque diligenter resolutis cum alios codices tum Horatianum ε contexuisse. qui codex cum δ′ et u optimi tertiae classis libri uidentur esse.

Cum igitur additis pluribus haud spernendis codicibus (*DE′C*) primariorum codicum ubique quasi in aciem eductorum ac suo quorumque loco communi signo Ω comprehensorum numerus adeo auctus esset, ut spati parsimoniae seruiendum esset, π et τ in eorum codicum ordinem redigendos censuimus, qui communi signo ς″ (uel ς′ uel ς) notati non omnibus sed grauioribus tantum locis, at nimis potius quam parum saepe proferebantur. codices *G* = Gemblacensis collegii uetustum (= Pulmanni *G*) et *V* = codicem Blandinium uetustissimum, quia parum accurate conlati sunt et licet omnem operam et studium ad inuestiganda exemplaria contulissemus, reperiri non potuerunt, nec Ω neque ς numero inserere ausi sumus. *V* codicis quidem lectiones, quod a quibusdam multum ponderis eis adfertur, suis quasque locis indicauimus seruata nota *V* quae in primo uolumine adhibita erat. Gemblacensis uero notam *G*, qua in primo uolumine usi eramus, in secundo consulto omisimus et lectiones attulimus rarissimas. neque quos in primo uolumine nota ς comprehendimus codices (uide uol. I pag. 232: *αβδϑ μρσghknp sv* [*qr* Argentorat. II]), eos omnis in uolumine II signo

codices *G* et *V*

codex *G*

codex Gemblacensis uetustus

codices *αβδϑμρσghknp sv* (*qr* Argentorat. II)

ς complexi sumus. codicem δ, cuius accuratissima iam non deerat conlatio, in societatem codicum Ω receptum esse supra narrauimus, id quod iam in uolumine primo factum esset, nisi tum temporis intra Broukhusianae conlationis terminos coerciti fuissemus. ϑ ϱ et Argentoratensis II (C VI 19 saeculi XI) in sermonibus epistulis arte poetica plane desunt. *k* ut qui praeter carmina et epodon partem nil nisi serm. II 6, 114—7, 118 et particulam artis poeticae contineat, neglectus est. *αμhnpsq* ut inferioris aetatis codices exclusi uel in numerum codicum *y* relegati sunt. supererant igitur codices *βσgrv* ad quos accesserunt *πτ* (cum *adel*). eorum omnium codicum quam diligentissimas comparauimus conlationes. *β* = codex Bernensis 21 olim Bongarsianus saeculi X̄ ut uidetur ineuntis potius quam exeuntis, ut codices *Bψu* monasterio Floriacensi oriundus, in usum uoluminis II ab E. Kurtzio artis grammaticae candidato Bernae conlatus; non nullos locos Hermannus Hagenius ibidem officiosissime iterum examinauit. qua benignitate adiuti tam bonam codicis conlationem accepimus, ut ex codicibus *β* et Franekerano, quem per SOPHIAM augustam Batauorum reginam intercedentibus Adelberto de Keller et W. de Weckherlin reginae ab epistulis nobis ipsis in Batauis conferre licebat, utriusque codicis liber archetypus *β′* erui posset. Franekeranus nunc Leeuwardensis olim Genauensis saeculo XI uel XII exaratus est*); *β′* originalis liber saeculo VIII adsignandus uidetur. ubicumque hic archetypus constitui poterat, semper eum in ordinem codicum ς′ recepimus, quibus autem locis codices inter se discedebant, singulos non codicibus ς, sed eis libris adnumerandos esse duximus, quos nota *y***) comprehensos rarius solebamus proferre. nec aliter codices *π* et Lipsiensem memorauimus. permultis enim locis hi duo codices inter se consentiunt ita, ut has consonantis lectiones una nota *π′* comprehenderimus et, quotienscumque codices ς commemorandi erant, laudauerimus. *π* = codex Parisinus 10310 saeculi X̄—XI, Lips. = codex Lipsiensis rep. I. 4. 38 (XLI apud Naumannum) saeculi X̄, quorum illum quidem ipsi Lutetiae descri-

codices ϑϱ Argentorat. II
codex *k*
codices *αμhnpsq*
codices *βσgrv*
πτadel
codex *β*
codex Franekeranus
liber archetypus *β′*
codices *π* et Lips.

*) aliquot locos Eelco Verwijs doctor doctissimus rogatu nostro benignissime reuidit.

**) de hac nota uide quem infra addidimus indicem compendiorum.

psimus, hunc intercedente B. G. Teubnero bybliopola honestissimo, cui etiam huiusce editionis elegantissime exornatae causa magna gratia habenda est, summo otio domi conferre nobis licuit. quo facto archetypum librum π' restituere conabamur saeculo VIII (uel VIIII) ni fallimur exaratum nec sane indignum, qui, ubicumque codices ς adhibentur, soleret laudari. nota ς igitur singuli codices $\beta\pi$ Franekeranus Lipsiensis numquam comprehensi sunt, sed signum ς'' denotat, archetypos libros β' et π' lectionis de qua quibusque locis agitur socios esse, et nota ς' significat, aut β' aut π' (quorum uter denotetur, ubique ex contextu apparet) eandem exhibere lectionem. nec raro singulos codices, qui neque ς' neque ς signo continentur, siue β siue π, siue Fran. siue Lips., codicibus ς, sed uocula '*et*' ab his separatos adiecimus.

liber archetypus π'

nota ς quid uelit

nota ς''

nota ς'

Quos constanter formula ς significauimus codices sunt hi: *νστgr*, ad quos in epistulis et in arte poetica *υ* accedit, quem ut minoris preti codicem in sermonibus spreuimus. *ν* = codex Nienburgensis nunc Dessauiensis A saeculi X ineuntis, quem ea ipsa de causa, quod non solum Germanicorum, sed omnino omnium Horatianorum codicum inter uetustissimos est, praetermittere noluimus. nec minoris pretii ea de causa erat, quod si non optimus, at inter optimos Acronis ad sermones et ad artem poeticam est. immo uero etiam lemmata quae dicunt ad sermones et artem poeticam (quae signo Ac. notauimus) ex nulla alia membrana nisi ex eodem *ν* haurire potuimus. quo bono codice ut per otium uti possemus, uiri benignissimi, quorum sub cura imperioque ludi litterarum Wirtembergici sunt, fide sua apud Anhaltinos interposita impetrauerunt.

codices *νστgr*

codex *υ*

codex *ν*

Quod ad lectiones pertinet codex *ν* satis solitarius est: nec minus codex σ = Sangallensis oppidanus 312 (B I 11) iam in uolumine primo adhibitus. cuius proxime affinem Petropolitanum inuenimus, ex quo una cum altero liber originalis σ' construi poterat, nisi de quo infra agemus Petropolitani permulta menda atque inferior aetas id nobis dissuasissent. cum Petropolitanum olim Sangermanensem fuisse satis constet neque Sangallensem fano sancti Galli oriundum esse a Wartmanno bybliothecario certiores facti simus, σ quoque uel etiam σ' ex Gallia procul dubio originem duxit. in usum uoluminis II codicis σ optimam conlationem Eduardi Woelfflini Vitodurani comi-

codex σ

codex Petropolitanus

liber archetypus σ'

tati debemus, cui de beneficiis suis erga nos plurimis gratias hoc loco agimus maximas. ab hoc uiro clarissimo non modo σ codicis, uerum etiam τ = codicis Turicensis Carolini 6 saeculi X̄ conlationem diligentissime confectam uel retractationem nostrae quondam conlationis raptim ac noctu conscriptae accepimus, unde ad fasciculum uoluminis secundi alterum eo maior utilitas redundauit, quod ibi codex *D* libro τ affinis totus ferme defecit. codex τ

g = codicem Gothanum chart. B 61 non ante a. ↀC̄C̄C̄C̄ↃXVI scriptum nota quae dicitur aquaria efficitur. quem magni momenti librum pertinentem ad genus secundum (*BC*[*V*]) ceteroqui haud multis testibus comprobatum, qui praeterea Mauortianam subscriptionem exhibet, intercedente patre alterius nostrum nanctis per multum temporis domi conferre nobis licebat. codex *g*

codicem *r* = Parisinum 9345 saeculi X̄Ī conlatum a nobis, recognitum a Iosepho Kleinio et Augusto Behaghelio uiris humanissimis, ubicumque ς codices laudantur, in hoc secundo uolumine adhibuimus propter necessitudinem quae ei cum *D* et π′ (π Lips.) intercedit. compensat quidem nobis codicem *D* in fasciculo 2 paene deficientem, nec minus in eodem fasciculo *v* = Parisinum 6213 saeculi X̄ĪĪĪ in numerum ς codicum recepimus, quod *u* in epistulis prorsus deficientem aliquantum compensat. et *r* et *v* ipsi contulimus. codex *r* codex *v*

Praeter illos codices Ως uel Ω‴ς″ permagnum numerum codicum uel ipsi contulimus uel ab aliis conlatos accepimus, ut

Petropolitanum codici σ proxime affinem, teste Ed. de Muralto apud Orellium Baiterumque X̄, re uera XIIII saeculi. quod si decimi saeculi fuisset, propter affinitatem cum σ maximi certe fuisset pretii. tempore Gallici regni conuersi ex fano sancti Germani ad Sequanam cum alia praeda Petropolin perlatus est, ubi Augustus Nauckius academiae sodalis epistularum et artis poeticae conlationem confecit diligentissimam confectamque dono nobis dedit. quod eximium erga nos beneficium gratis animis hac occasione contestamur. codex Petropolitanus

Duorum aliorum librorum Bambergensis et Berolinensis, a nobismet domi accuratissime conlatorum, cum longe plurimis locis inter se consentirent, librum archetypum indagare properamus indagatumque nota α′ iam designaremus, omnes codicibus ς eum inserere propterea ab initio alterum librum est

quod codex α in rebus orthographicis parum tractabilis erat, quippe qui modo *m* modo *n* signo ˜ denotet, ita ut, quotienscumque litterarum *n* uel *m* exemplis occurrentibus codex α (Barcinonensis) compendium exhiberet, expressis id uerbis adnotandum esset. cum praeterea utroque codice sine ullo damno carere possimus et Barcinonensis codicis Ritterus satis certam conlationem publici iuris fecerit, in uolumine tertio suo loco, ubi de cognatis utriusque codicis libris disseremus, memorabiliores archetypi libri α′ lectiones una cum indice eorum locorum, quibus Ritteriana illa codicis α conlatio mendosa est, suppleuisse satis habebimus. hic autem codex in uolumine I nota α, in uolumine II numquam ea littera, sed Barcinonensis nomine ubique signatus ineunte saeculo XI in Hispania exaratus esse putandus est, nunc in bybliotheca uniuersitatis Halensis extat. liberalitate equitis de Mühler u. cl. Borussorum rei litterariae et scholasticae praefecti et humanitate Theodori Bergkii et Godofredi Bernhardyi factum est, ut liber per duo ferme mensis domi nostrae remaneret, ita ut etiam scholia quae ille continet excerpere et quaecumque commoda uiderentur in usum huius uoluminis conuertere possemus. ex eodem fonte manauit codex Bambergensis nr. K 2. (M IV 7.) exeunte saeculo X ni fallimur in Germania exaratus. olim fuisse dicitur in 'sacramentario Ratoldi Corb. nr. 587', nunc in bybliotheca cath. capituli Bambergensis extat. Hunc librum cuius scholia quoque cum Barcinonensi prorsus consentiunt per longum tempus domi conferre licebat, cum conlegium inlustrissimum eorum qui regi Wirtembergico sunt a rebus scholasticis sponsione se nobis obstrinxisset. uerum enim uero hic liber minime integer est, sed ad modum lacer.

codex Barcinonensis (α)

codex Bambergensis

Argentoratensem III = bybliothecae seminarii euangelici Argentoratensis A IV 195 olim Io. Iac. Gambsii saec. XII—XIII, continentem artem poeticam sermones epistulas Karolus Langius uir de Vegetio maxime omnium meritus qua est ingenua erga nos amicitia in sermonibus descripsit.

codex Argentoratensis III

Basil. I = bybliothecae publicae Basiliensis F IV 26 saeculi XIII ex *v* descriptum Friderici Hagenbachi nostri solita comitate et eximia Francisci Dorothei Gerlachi liberalitate domum acceptum contulimus ipsi, licuitque complu-

codex Basil. I

ribus locis, ubi *v* uel *vi* parum liquet, ueram codicis huius lectionem eruere ex Basiliensi.

Berolinensis 269 saeculi XIII epistulas artem poeticam sermones continens post Theodorum Apitzium iterum a Karolo Diltheio nostro diligentissime in sermonibus conlatus est. codex Berolinensis 269

Bruxellis in bybliotheca publica Burgundica transcripsimus duo codices, quorum alter erat signatus numeris 10063 et 10064 saeculi XIII continens carmina epodos artem poeticam sermones epistulas, olim collegii societatis Iesu Louaniensis, alter isque maioris pretii signatus numeris 9776 (= carmina), 9777 (= sermones), 9778 (= ars poetica), 9778 bis (= epistulae), saeculi XI cum subscriptione Mauortiana. codex Bruxellensis 10063-10064 codex Bruxellensis 9776-9778

Burneianus 179 olim Askewianus nunc musei Britannici plut. CLXII F, saeculi XIII exeuntis, continens carmina carmen saec. epodos art. poet. sermones epistulas, in sermonibus conlatus a nobis. codex Burneianus 179

Gronouianus = Leidensis Gronouii F. 15 saeculi XII—XIII. contulimus ipsi. codex Gronouianus

codices Harleiani 2724 in museo Britannico plut. LI B. saeculi XII med., 3534 in museo Britannico plut. LXIII G. saeculi XII exeuntis, 3754. 4862. contulimus ipsi. codices Harleiani 2724. 3534 3754. 4862

Mellic. = codex saeculi XI e Francogallia (per Gersonum?) in bybliothecam Benedictinorum Mellicensium quondam transportatus. huius codicis ad familiam *A'Eγ* pertinentis Wilhelmus Hartelius Vindobonensis clarus Cypriani editor, cum per humanissimum doctissimumque abbatem Mellicensem librum in urbem licuisset transferri, conlationem fecit quam maxime accuratam nobisque amoris causa dono dedit. quo libro cum ad eruendam archetypi primae classis formam interdum non possimus carere, permultis locis inter codices *y* eius lectiones attulimus nec paucas postea in uolumine III, ubi de archetypo classis I agetur, trademus. in margine cuiusdam folii haec repperimus uerba: 'Iste liber redintegrat' est ab odelrico. cui' et erat'. codex Mellicensis

Montepessulanus bybliothecae scholae medicae nr. 425 olim Pithoeanus, ex libris collegii oratorii Trecensis, a nobismet conlatus et quibusdam locis dubiis a Karolo Diltheio amicissimo iterum inspectus, saeculi XII. hic codex mirum in modum permultas lectiones exhibet singularis nec paucas res orthographicas codex Montepessulanus = μ

memoriae prodidit quae haud spernenda uideantur. ceterum cf. uol. I praefat. p. XI.

codex Nostradam. = *n* de Nostradamensi = *n* uol. I (nr. 184 saec. XI), Pulmanni *B*, item cf. ibidem p. XII.

codex Paris. 7976 = *h* item de Parisinis 7976 = *h*

codex Paris. 8216 = *q* - - - 8216 = *q*

codex Parisin. 10403 = *k* - - - 10403 = *k* cf. eandem illam praefationem.

codex Parisin. 7977 Parisinus 7977 = Bentlei Colbertinus, olim magistri Nicolai de Clamengiis, saeculi XIII—XIIII, hic illic a nobis inspectus.

codex Parisin. 8219 Parisinum 8219 saeculi XIII—XIIII olim L. de Targny, deficientem a serm. I 9, 18 — II 8, 95 et in epistulis et a. p., contulimus ipsi.

codex Parisinus 10401 Parisinum 10401 = fragmentum continens serm. I 9, 47 — II 3, 317, saec. XIII, contulimus ipsi.

codex Reginensis Reginensis = olim Ioannis Luidi, nunc collegii Reginensis Oxoniensis; Maximiliani Mülleri doctissimi humanissimique illius nostratis opera factum est ut in camera Radcliuiana a nobis posset describi. uix quemquam fugiet, hunc quoque librum iam a Bentleio saepissime memoratum in eorum numero esse ubi subscriptio inueniatur Mauortiana.

codex Regius Regius = Regius Bentlei, codex bybliothecae regiae sancti Iacobi nr. 15 B. VII. P. 240 nunc musei Britannici saec. XIII; Mediomatricis eum quondam fuisse apparet ex hac adnotatione: 'Librū istū emi Methis a Mgio Iacobo Alamano'. continet artem poeticam sermones epistulas. sermones contulimus ipsi.

codex Sorbonensis = *s* de Sorbonensi 1578 = *s* uol. primi uide praefat. uol. I p. XII.

codex Taurinensis Taurinensis nr. I. VI 2 siue K. I 7 subscriptione Mauortiana insignis minorem tantum partem saeculo XI, ceterum et recentiore aeuo conscriptus et parui pretii: ea parte quae XI saeculo orta est continentur epodoe et ars poetica et sermonum initium. contulimus codicem Augustae Taurinorum et Gorresi praefecti bybliothecae et Peyroni bybliothecarii liberalitate eximia adiuti.

codices Valentiani 390 Valentianus siue Valentianus I = nr. 390 fano sancti Amandi oriundus, saec. XI, a nobismet conlatus. huius codicis in rebus orthographicis non nusquam memorandi nil nisi apographum est

Valentianus II = nr. 391 saeculi XIII. 391

Vindobonensis signatus nr. CCCLIX saeculi XII parui momenti codex. continet epistularum librum secundum; in nostrum usum transcripsit Wilhelmus Hartelius uniuersitatis Vindobonensis professor. codex Vindobonensis

Vossianus noster = Vossianus Bentlei, bybliothecae Leidensis nr. 21, olim Isaaci Vossii, conlatus a nobis. hunc librum saeculi XII, olim sancti Symphoriani Mediomatricensis, plerisque congruis lectionibus ex δ′ fluxisse haud dubie efficitur: ceterum ex duabus partibus inter se diuersis conglutinatus est. codex Vossianus

Zulichemianus noster = Zulichemianus Bentlei, bybliothecae Leidensis nr. 127 A ex bybliotheca Hulsiana = Cruquii codex Diuaei siue Carrionis, saeculi XII, conlatus a nobis. codex Zulichemianus

Iam uero paucis recenseamus florilegia, scholia aliosque commentarios antiquos, quos in apparatu huiusce uoluminis adhibuimus. usi igitur sumus: florilegia

florilegio Parisino 8069 saeculi XI, olim Iacobi Augusti Thuani. Parisinum 8069

florilegio Parisino 8818[a], olim Baluziano, saeculi XV. Parisinum 8818

quae ambo contulimus ipsi; tertium florilegium amplissimum, Nostradamense 188 saeculi XIII magna diligentia transcripserunt nobis Heinricus Michelantius bybliothecarius Caesarianus et Heinricus Nolteus amicissimus, quorum hic non ea tantum opera, sed etiam, quod omnis paene codices nostros Parisinos multis locis dubiis relegit itaque conlationes nostras emendauit, mirifice de Horatio nostro est meritus. idem in Belgis Blandinios Gemblacensemque summopere inuestigauit, sed frustra. Nostradamense 188

florilegium Cusanum C 14 saeculi XII editum est a Ios. Kleinio in libro quem inscripsit: 'über eine Handschrift des Nicolaus von Cues,' Berol. 1866 non nullos locos Horatianos exhibet, partim ex lemmatis Porphyrionanis partim ex ipso textu Horatiano citatos. Cusanum

florilegium Basiliense F IV 38 edidit Wilh. Wackernagelius in Hauptii antiquit. Germanic. annal. VIIII p. 162 —174. florilegium Basiliense

nec magis uolgata illa florilegia Vincenti Bellouacensis et Hildeberti in testimoniis colligendis praeteriuimus: quamquam ad modum uilia sunt ac mendis referta. Vincentius Bellouacensis Hildebertus

Seruius de testimoniis ex Seruio Vergili commentatore sumptis ad hoc uolumen non minus ualet illud, quod in primi uoluminis praefatione dicturi eramus, grauioris quidem momenti locis Thilonem a nobis consultum absque eo, qua solet liberalitate, responsum esse. praeterea nobis uti licuit Hermanni Hageni noua bonaque scholiorum Bernensium, quot ad bucolica atque georgica pertinent, editione [Lips. 1867 in supplementis annalium philologicorum IIII p. 669—1008].

Omnino quaecumque libros usque ad XIIII saeculi initium scriptos perscrutando inuestigauimus testimonia Horatiana, ea excerpsimus typisque mandauimus. illud quoque hic gratis animis commemorare nos decet, quod Iosepho Kleinio nostro aliquot testimonia ex Isidori codicibus Parisinis petita debemus et Heinrico Keilio, uostrorum operum fautori clarissimo, de non nullis locis, qui apud grammaticos tunc nondum editos laudati erant, certiores facti sumus.

SCHOLIA Multo pluris uero ea subsidia aestimanda sunt, quae ex scholiis tractatibusque Horatianis petuntur. quam ob rem has conlationes aut fecimus aut comparauimus:

1) ad restituendum Porphyrionem, quem aetate superiorem
codex Pph. Porph. Pseudoacrone esse demonstrauimus in philologorum Bonnensium symbolis p. 489—501, non Monacensem solum codicem saeculi VIIII—X signatum nr. Lat. 181 (cf. uol. I praef. p. XIII)
codex Pf. Porf. contulimus recognouimusque ipsi, uerum etiam Wolfenbuttelanum codicem saeculi XIIII signatum nr. Lat. 85 Gudianum: quem librum suffragante Christophoro Doellio u. cl. commodissime nobis miserat Bartelsius bybliothecae ducalis secretarius humanissimus idemque litteratissimus. ex his duobus libris manu scriptis construximus archetypi amborum lectiones significauimusque *Porph.'* et *Pph.'*; *Porph.'* = interpretationes Monacensis
liber archetypus Pph.' Porph.' et Wolfenbuttelani inter se congruentes; *Pph.'* = lemmata Monacensis et Wolfenbuttelani inter se congruentia. ubicumque uero Monacensis et Wolfenbuttelanus inter se discrepant, ibi Monacensis interpretationes significauimus *Porph.*, lemmata *Pph.*, Wolfenbuttelani interpretationes *Porf.*, lemmata *Pf.*

2) ea scholia, quae uolgo Acronis siue Pseudoacronis feruntur, diuisimus in haec tria genera:

codex Ac. Acr. *Ac. Acr.* = scholia marginalia siue interpretationes codicis

ν, eiusdem generis quas ad uol. I praebuerat codex *A*, cum lemmatis; *Ac.* = lemmata, *Acr.* = interpretationes. haec scholia nisi in sermonibus et arte poetica, exceptis eis locis ubi forte deficit *ν*, certo erui non poterant, quod sane dolendum est, quia in Acronianorum quae dicuntur numero et maximae aetatis et maximi preti sunt.

Reliqua scholia marginalia comprehendimus titulo *schol. Γ*, cum non solitaria in singulis tantum reperirentur codicibus, sed compluribus libris, cum aliis tum *γ*, congruenter continerentur. haec scholia, in epistulis potissimum, ubi deficit *Acr.*, haud spernenda non sine multo labore excerpsimus e codicibus *γEr* Bambergensi Barcinonensi (*α'*) Franekerano, partim etiam ex Einsidlensi aliisque. schol. *Γ*

gloss. Γ significauimus ea scholia interlinearia quae non tantum in codice *γ*, sed etiam in aliis ut in *Ea* Bambergensi Barcinonensi (*α'*) extant et e communi uetustoque fonte quondam fluxisse putanda sunt. gloss. *Γ*

tractatum Vindobonensem de arte poetica, signatum nr. CXLV, saeculi X̄, Hartelius amicissimus, quamuis magna opera fuerit inpendenda, tamen rogantibus nobis describere et accuratissime reuidere non recusauit. est autem paraphrasis quam dicunt illorum scholiorum, quae *Acr.* notauimus. tractatus Vindobonensis

denique compluribus locis sermonum scholia interlinearia siue gloss. codicum *DFδ'*, quae item ut gloss. *Γ* ex uno communi quasi riuo, quamquam parum bono, manasse manifestum est. gloss. *DFδ'*

Codices igitur, qui famosam illam Vettii Agorii Mauortii subscriptionem epodon libro subiectam exhibent, hi sunt septem: *λ'*.(*λ*)*g* Bruxellensis 9776 Parisinus *q* = 8216 Reginensis Taurinensis. id uero nemo certe infitias ibit, unum quemque nostrarum familiarum codicem archetypum multo antiquiorem ducendum esse Mauortio, quem anno DXXVII p. Chr. consulem fuisse scimus. itaque non audiendi sunt ii, qui Horatium ita edi censeant oportere, ut Mauortiana potissimum stemus recensione. immo nec usquam Mauorti singularis lectiones uel emendationes, qualem habes epist. I 1, 69 'optat' pro 'aptat', aliis propterea, quod a Mauortio originem trahant, anteponendas esse censuimus nec Mauortianam recensionem studuimus euincere, sed eam restituere maluimus recensionem, quam antiquissimus archetypus recensio Mauortiana

trium illorum quos modo diximus singularum familiarum olim exhibuisse uideatur.

recensio nostra

Ergo, quod recipiendarum siue receptarum lectionum rationem attinet, princeps nostra sententia sicut in uol. I etiam in hoc libro ea fuit, ut primae classis lectiones fere putaremus optimas easdemque plerisque locis sequeremur: sunt autem ii codices $A'(Aa)DE'(Ee)\gamma$ et in subsidiis Mellicensis Parisinus $p = 8214$ τr. ubicumque uero utraque alia classis, et secunda et tertia, in lectione a prima classe diuersa congruebant, ibi hanc lectionem illi singulari praeponere solebamus in primae classis archetypo mendum fuisse suspicantes. itaque in artis poeticae u. 360 non primae classis lectionem 'opere in longo', sed alteram 'operi longo' cum omnibus ferme editoribus in textum recepimus, primariae uidelicet classis istam lectionem nil esse rati nisi grammatici cuiusdam emendationem prorsus damnandam. eius modi autem emendationes grammaticae, quae plerumque perfacile possint dispici, hic illic reperiuntur in optimis primae classis codicibus. nec quisquam sane crimini nobis tribuet, quod non, in huius classis uerba iurare addicti, temere etiam per uiarum errores eius signa secuti sumus, sed maluimus omni id genus casu grammaticis primae classis correcturis anteponere 'lectionem difficiliorem' ceteris duabus classibus congruenter suppeditatam.

Tertiae classis idest librorum $F(\varphi\psi)\lambda'(\lambda l)\delta'(\delta d)\varepsilon u v\beta'(\beta$ *Fran.*) π' (π *Lips.*) lectiones singulares originem duxisse uideantur e communi recensione antiquitus quidem, sed deteriorum codicum ope facta. itaque ut taceamus de multis locis quibus haec ipsa familia, quae antiquissimae utique originis est, lectiones orthographicam si respexeris bonas exhibet, proprium idemque uerum quicquam uix bis terue reperies.

Vt autem tertiae familiae lectiones omnis promiscue defendere et tamquam ab ipso poeta profectas commendare nemini in mentem ueniet, ita magis econtra in aestimanda classe secunda, quae continetur codicibus $BC(g)$ — V — et ex parte etiam codicibus $(A')E'\lambda$, in discrimen uocamur, quippe quorum cum alii, tum V et g multos lectionum suarum et laudatores et defensores inuenerint acerrimos. quin extiterunt grammatici qui, nisi codicibus g et V optemperaretur, probe ac sincere

Horatium edi posse negarent eaque lege textum construerent. atqui tam incerto et ex parte tantum perfecte codicis *V* lectiones traditae nobis sunt, ut tuto inniti iis nullo pacto possimus (cf. quae alter nostrum de Cruquii suspecta fide mus. Rhen. n. s. XVIII p. 281—283. disputauit et Karolo Zangemeistero rescripsit XVIIII p. 634—637.); *g* uero adeo infimae aetatis est, ut, siquis, id quod nuperrime accidit, codices quales sunt *A′D′ E′Fλ′δ′* septenis octonisue saeculis antiquiores temere seponat et ex meris codicis *g* mendis audacissimas repetat coniecturas, multam ea res habeat dubitationem. *g* igitur posterioris aetatis et multis tertiae familiae lectionibus corruptus est, *V* ni fallimur (cf. quae de uar. lect. d'est Cruquius attulit *)) non ad modum anticus, certe non satis certo a Cruquio nobis traditus idemque tertii generis lectionibus quamuis minus quam *g* contaminatus est. *B* et *C* mancissimi sunt, ut qui e. g. in epistulis prorsus deficiant. attamen secundae familiae lectiones paene ab initio usque ad finem componere licet. sed qui altius rem inquiret, quod in primi uoluminis praefatione uernacule conscripta (uid. mus. Rhen. XVIII 211—227) huius classis fontem esse recensionem ope unius ni fallimur boni libri ab audace quidem nec uero inprudenti emendatore confectam diximus, id de sermonibus quoque epistulis arte poetica uere dictum esse inueniet. hunc autem emendatorem (cf. Acr. in apparatu nostro critico ad art. poet. 345) unum solum librum ante oculos habuisse inde conclusimus, quod uar. lect. serm. I 6, 126 campum lusumque trigonem uix aliter intellegi potest, quam ex ea ipsa ratione, quod in uno quem manibus tractauit libro uera uerba legi non poterant, qua de re cf. uersus Iuuenalis s. 7, 226 sq.: 'quot stabant pueri, cum totus decolor esset Flaccus et haereret nigro fuligo Maroni,' nec inmerito, quod compluribus ueterum scriptorum codicibus accidisse constat, marginem exemplaris non integrum fuisse suspiceris. ita uarias lectiones in primis et extremis uerbis occurrentis facillime explicaueris ut: Dulcis — Iugis epist. I 15, 16. Praesectum — Perfectum art. poet. 294. opimis — honestis epist. II 2, 32. nec hic quidem famosus

*) ad epist. I 12, 24 pag. 556 ed. 1578: 'uerbū, deest, quod in antiquiss. cod. Blan. syncopatum legitur, d'est, cum apostropho supra d litteram.'

ille trigo praetereundus est. nec facere possumus quin epist. II 1, 167 uar. lect. 'in scriptis' interpretemur inde, quod primariae lectionis 'inscite' nil nisi dimidia pars ab emendatore illo potuerit legi. at duobus certe artis poeticae locis rectissimas haec classis exhibet lectiones: u. 237 'et audax' pro altera lectione 'an audax' et u. 371 'nec scit' pro 'nescit'; unde fit, ut quaestionem non effugiamus, utrum emendationes habeamus, an ueras boni libri archetypi lectiones. sed felicis cuiusdam grammatici emendationes esse posse facile concedes, nisi ad coniciendas uoces 'nec scit' ex 'nescit' singulari emendandi arte opus esse contenderis. ceterum hanc quidem quaestionem mox ita solutum iri speramus, ut res plane liqueat. tris igitur illas codicum Horatianorum classes inter se diuersas hoc modo natas esse putandum est, ut ex uno eoque bono fonte fluxerint genus I et II, illa prima autem scribarum mendis et grammaticorum coniecturis facillime perspicuis laboret, alterius uero classis archetypus ex uno codice a docto emendatore confectus inde potissimam labem traxerit, quod, cum eius scriptura non nusquam euanuisset, ille de suo ingenio addiderit coniecturas, tertia denique classis ex archetypo prauo et mendorum emendationumque per leuitatem factarum pleno manauerit eademque postea propriis monachorum commentis plus in dies ceperit detrimenti. itaque iis, qui ut nosmet ueras communis archetypi libri lectiones perscrutari uolent, repellendi erunt primo optimae classis errores et inmutationes, deinde secundae classis non grammaticae sed rhetoricae uel poeticae emendationes haud sine diligentia excogitatae, tertio plurima monachorum menda ineptiaeque quae in deterrima classe reperiuntur. hoc si feceris, formam archetypi Horatiani inuenies, libri primo fortasse post Christum saeculo adscribendi paucisque mendis deprauati.

Quam ob rem nisi rarissimis locis non recepimus coniecturas, sperantes fore ut magis magisque eorum sententia comprobetur, qui Horatium poetam, si cum ceteris comparaueris, prope integrum posteritati proditum nec dignum esse dicant qui commentis et coniecturis uexetur, siquidem omnium nostrorum codicum archetypus iam ipsis primorum Caesarum temporibus conscriptus est. quanto magis sane in plerisque ueteribus scriptoribus, ut in Liuio Tacito Graecis, destituti sumus libris bonis isdemque antiquis! quam aliter hi ad nostram memoriam perue-

nerunt! et quando tandem finis erit in unam omnia quasi copulam coniciendi et in Horati carmina coniecturis oneranda acuminis uires profundendi, quod ad sexcentos alios scriptores restituendos longe utilius et exoptatius est! ceterum quoniam exercitationum quales in philologicis quae dicunt seminariis fieri solent, quibus inter gratissimos et ad discendum utilissimos poetas Horatius semper erit, maximam habebamus rationem, ex ingenti coniecturarum copia uel silua quas Bentleius Heinsii Burmannus, nuper Gruppeus Lehrsius Ribbeckius alii ad acuendum ingenium excogitauerunt magnum, quantum in nobis fuit, numerum congessimus. ne igitur proxime factas uel omnis uel aequaliter laudatas quaerat, lectorem beniuolum monitum uelimus.

Restat ut iis omnibus, quorum in hac ipsa praefatione et in altera mentio facta est, ut in primis Hartelio Woelfflino Nauckio Nolteo Vsenero Hagenio Kurtzio, et quicumque aut consilio aut re operi nostro adiumenta attulerunt ac subsidia, gratias agamus quam maximas. deinde gratiam praedicamus iis uiris honestissimis, qui 'candidi iudices' bene sese de hoc libro existimare uel in actis diurnis uel in libris suis plane et ingenue sunt professi: qua re fortasse factum est, ut studia nostra iterum iterumque accenderentur nec longi difficilisque laboris taedio succumberemus. tertio triumuiris illis ingenio doctrina docendique facultate praestantissimis RITSCHELIO KAYSERO TEVFFELIO, qui, quo simul pietas nostra erga praeceptores significaretur, ut ipsis tris primis huius libri partes dedicaremus, benigne permiserunt, ingentis agimus grates. eos autem, qui hunc librum tractabunt, oramus, ut id quidem persuasum habeant, diligentiae nos semper operam dedisse, nec ut fit eam ob causam, quod semel quid diximus, pertinaciter in errore manere quam fateri maluisse, nos interdum falsos esse. qui uero temere hunc librum damnare uoluerit, ipse talem siue tanti laboris inpensaeque librum conficiat, deinde de utroque iudicetur.

res orthographica.

In orthographicis denique rebus eandem rationem institutionemque conseruauimus quam in uolumine I, ita quidem ut, quam maxime poteramus, libri archetypi uel ipsius Horati effingeremus scripturas, nec inuenimus quae refragarentur legibus a nobis [mus. Rhen. XXI p. 241 sqq.] statutis de accusatiuo

plurali in *is* finiente et de ablatiuo singulari desinente in *e*. nec usquam igitur apud aeui Augustani poetas comparatiuus reperitur ablatiuo singulari desinens in *i* [p. 243] et omnia adiectiua, participia, numeralia, quae aut usitate aut semper genetiuo plurali habent *ium*, exceptis adiectiuis in *x* desinentibus, accusatiuo plurali semper in *is* finiunt. sed hac de re uberius in uolumine III disputabitur.

Q. HORATI FLACCI

EPISTVLARVM

LIBER PRIMVS

I

Prima dicte mihi, summa dicende camena,

TESTIMONIA.

I 1. 1 Seruius ad eclog. 8, 11

VARIA LECTIO.

I 1. Ω‴ = *A′* (*A a*) *E γ F λ′* (*λ l*) *δ′* (*δ d*) *ε*; ς″ = *aut omnes codd.* *β′* (*β Fran.*) *ν π′* (*π Lips.*) *σ g r v* (*a d l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*; ς = *aut omnes codd.* *ν σ g r v* (*a d l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

INCIPIT EPISTOLARVM LIBER (*om. A*) PRIMUS (*om. A δ′*) *A′ δ′* INCIP̄ ·EP· ISTOLARVM || LIBER PRIMUS AD IVLIVM FLORVM *γ* (*cons. a 2 in marg.*) INCIPIT · EPISTOLARŪ · LIBER · PRIM' · *φ* Q. HŌR FLACCI CARM̄ EPISTOLAR̄ INCIPIT · LIB̄ · I *ψ* (*cons. l*) CARM̄ EPISTOLAR̄ INCIPIT · LIB̄ · I · *λ* INCIPIT LIBER EPŁAR̄ · *ε* SERMONŪ LIB̄ · II · EXPLICIT · INCIPIT LIB̄ · I · EPISTOLARŪ *σ* (*cons. Fran.*) Q · ꝗORATII · FLACCI · CARMEM SECVLARE EXPLICITUR · || ꝗINC LIBRI EPISTOLARUM ORDIUNTUR · QUOrŪ PRIMUS ꝗIC INCIPIT *r* QUINTI · HORATII FLACCI LIBER PRIM' INCIPIT *v inscriptione carent E* 1 (*ν g et β*) INCĪP · EPISTULARUM LIB̄ · II · *Porph.* *in A′ E γ F λ′ δ′ ς″ epistulae post carmen saec. leguntur*, *in ε* (*σ g*) *Porph.′ post sermones*, *in v y* [*Montepessul. Nostradam. Parisin.* 8216 *Sorbonens.*] *post artem poeticam* ‘Flacci epistularum libri titulo tantum dissimiles a sermonum sunt; nam et metrum et materia uerborum et communis adsumptio eadem est. quos operis sui ultimos esse ipse testatur Maecenati, cum dicit finire se operam uelle et philosophiae malle inseruire’ *Porph.′* ‘Epistolarum libri tantum nomine dissimiles a libris sermonum sunt. nam et metrum et materia uerborum et communis assumptio eadem est. hoc solum distare uidentur, quod hic quasi ad absentes loqui uidetur, ibi autem ad p̄sentes loquitur. et hii ultimi sunt sui operis libri, licet scriptorum uitio in multis codicibus locum sermonum occupauerint’ *schol. γ cons. schol. F* *Inscriptionem editionum*: ‘ad Maecenatem’ *non exhibent* Ω‴ ς″ 1 dicendi *A*

spectatum satis et donatum iam rude quaeris,
Maecenas, iterum antiquo me includere ludo:
non eadem est aetas, non mens. Veianius armis
Herculis ad postem fixis latet abditus agro, 5
ne populum extrema totiens exoret harena.
est mihi purgatam crebro qui personet aurem
'solue senescentem mature sanus *ecum, ne
peccet ad extremum ridendus et ilia ducat'.
nunc itaque et uersus et cetera ludicra pono: 10
quid uerum atque decens curo et rogo et omnis in hoc sum;
condo et compono quae mox depromere possim.
ac ne forte roges quo me duce, quo lare tuter:
nullius addictus iurare in uerba magistri,
quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes. 15
nunc agilis fio et mersor ciuilibus undis,

TESTIMONIA.

2—9 imitatus est Ouidius trist. IIII 8, 19 sqq.: 'ne cadat et multas palmas inhonestet adeptus, languidus in pratis gramina carpit equus. miles ut emeritis non est satis utilis annis, ponit ad antiquos, quae tulit arma, Lares. sic igitur, tarda uires minuente senecta, me quoque donari iam rude tempus erat' 3 cf. 'antiquo iterum ludo inclusus...' Magistri Conradi canonici Thuricensis fabularius, non. mus. Heluet. V p. 40 4 sq. 'Veianius — fixis' Seruius ad Aen. I 248 8 sq. 11 florileg. Nostradam. 12 schol. Veronens. Vergil. eclog. 6, 7 p. 73 K.

VARIA LECTIO.

uu. 2—6 *desunt in* ε 2 queris *A* γ λ 3 Mecenas γ *F* Micenas λ includere Ω'' δ 2 *aut corr.* ς (β' *cons.* π') *schol.* Γ inducere ν *et fort.* δ 1 *aut pr.* (*recte d*) reddere *y defic.* ε 4 Non aetas eadem non mens *y sed uide imit. Calpurn. ecl.* 4, 30: 'non eadem nobis sunt tempora, non deus idem' ęadē *A* 5 abditus] additus *y u.* 6 *paene omnis deest in* ε 6 Nec *E* totiens *A' E F* λ' δ' (ν r v) tociens γ (β' σ g) exoret *A' E* γ φ *p. ras.* ψ *uar.* λ *corr.* ς'' *schol.* Γ exornet *F* λ' δ' *pr.* (*et* 2 *Bland.*) harena *E* (β' ν σ g) *schol.* Γ arœna *A*, ε *non liquet;* arena γ *F* λ' δ' (π' a r v) 8 aequum δ *a. ras.* ε equum *cett.'' florileg. Nostradam.* 10 itaque] utique *y* cętera γ *F* δ' 12 Conde *A* compono *A'* γ *F* δ' ς'' conpono *E* λ (ν r) 14 addictus *F* λ' δ' ε (*sed in* λ addi *in ras.*) ς'' *Porph.' schol.* Γ adductus *A' E* γ δ' 2 (r) *gloss.* Γ *cf. Quintilian. instit.* III 1, 22: 'neque enim me cuiusquam sectae uelut quadam superstitione imbutus addixi' 15 cunq *E* (v) cumque *cett.'''* 16 mersor Ω''' ς'' (*et omn. Bland.*) *Pph.' Porph.' schol.* ε

uirtutis uerae custos rigidusque satelles,
nunc in Aristippi furtim praecepta relabor
et mihi res, non me rebus subiungere conor.
ut nox longa quibus mentitur amica, diesque 20
longa uidetur opus debentibus, ut piger annus
pupillis, quos dura premit custodia matrum,
sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora quae spem
consiliumque morantur agendi nauiter id quod
aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque, 25
aeque neclectum pueris senibusque nocebit.

TESTIMONIA.

17 Willelmus, uita s. Thomae [ap. Giles. I 307] imit. anonymus auctor satirae de lite u. 118: 'si iudex custos rigidus legisque magister' apud Barth. aduersar. 7, 18 19—21 florileg. Nostradam. 19 Porph.' ad epist. I 10, 40 Hildebertus moral. philos. 991 23 sq. floril. Nostr. 24—26 'id — nocebit' Io. Victor. VI 6, 429 26 floril. Nostr.; cf. ecbasis captiu. u. 1175: 'aeque neglectum pueris senibusue nociuum'

VARIA LECTIO.

uersor *y ω cf. Catull.* 68, 13: 'accipe quis merser fortunae fluctibus ipse'; 'uersor' *inrepsit ex schol. Γ:* 'parumper in his uersari uolo' *u.* 17 *ante u.* 11 *ponit Hilzigius inserto* 'et' *post u.* 10 *schol. u.* 18 *ante schol. u.* 17 *exhibet Porph.'* 17 uerae *E F δ ε* (*ν σ a l*) uere *γ λ* (*β' d g r v*) ueri *A* satéllis *F λ' δ'* (*π' r pr.*) *u.* 19 *ante u.* 18 *pon. Sanadonus* 18 precepta *A* 19 *aut cum Dobraeo* non *in* nunc *corrigendum aut u.* 19 *ante uu.* 18. 17 *inserendum esse statuit Meinekius praef.* XXXIII *opp. Ritter. ann. phil. et paed.* LXXVI 246 *sq.* et] ac *Porph.' ad epist.* I 10 non] et *Gruppeus opp. Porph.' ad epist.* I 10, 40 *florileg. Nostradam. Hildebert.* subiungere *Ω''' ς''* (*et omn. codd. Cruquii*) *florileg. Nostradam.* supponere *y* submittere *y ω Hildebertus* 21 Longa *Ω''' (defic. ε) ς'' Porph.' florileg. Nostradam.* Lenta *y* [1 *cod. Barthii suspectissimus, non Bamberg. quod contenderat Iaeckius*] *prob. Bentl. sed cf. Senec. dialog.* X *de breuit. uitae* 16, 2: 'quod saepe illis longus uidetur dies' *Auson. de inconexis u.* 10 *p.* 198 *Bip.:* 'longa dies operosa uiro, sed temperies nox' piger *ε* p̄ier *A* 22 patrum *coni. Bellus sed cf. Senec. consolat. ad Marciam* 24: 'pupillus relictus sub tutoris cura usque ad decimum quartum annum fuit, sub matris tutela semper' *uu.* 23—26 *desunt ε* 32 temporaq. uespem *A* tempora *δ* 24 nauiter *Ω'''* (*defic. ε*) *ς''* gnauiter *v y florileg. Nostradam. in v ut forma notabilior adscriptum est:* NÀVITER. *u.* 25 *omis. δ'1 aut pr. y et florileg. Nostradam.; post u.* 26 *exhibent r y* [*Lips.* 1] 25 Aequē . . . æquem *A* aequę *δ'* 26 Aequę *δ* neclectum *A' γ* (*d*) neglectum *cett.'*

restat ut his ego me ipse regam solerque elementis.
non possis oculo quantum contendere Lynceus;
non tamen idcirco contemnas lippus inungui:
nec, quia desperes inuicti membra Glyconis, 30
nodosa corpus nolis prohibere cheragra.
est quadam prodire tenus, si non datur ultra.
feruet auaritia miseroque cupidine pectus:
sunt uerba et uoces quibus hunc lenire dolorem

TESTIMONIA.

28 schol. Vossian. Lucan. VI 672 florileg. Nostradam. uu. 30—63 florilegium Nostradamense 32 Alcuinus de diuinis officiis lib. c. 18 p. 1190ᵃ 33 cf. Columbanus ad Hunaldum u. 7: 'ardet auaritia caecaque cupidine pectus' idemque ad Sethum u. 45:

VARIA LECTIO.

(*defic.* ε) *florileg. Nostradam.* senibus puerisq; *v opp. florileg. Nostradam.* senib;quę λ *uu.* 27—43 *partes finales desunt in* ε 27 rogam *A* 28 oculos λ *pr.* (*v* 1) *y Pf. Bentl. idemque coniectauerat Passeratius* oculo *cett.*" ς" (*et omn. codd. Cruquii*) *Pph. schol. Lucan. florileg. Nostradam. Nestor Nouariensis s. u. Lynceus* oculis *y* [1 *cod. Feae*] *cf. Cic. de offic.* III 2: 'quantum coniti animo potes, quantum labore contendere' linceus γ 29 Num tamen γ 1 iccirco *E* idcirco *cett.*'" ς" coutempnas δ' ε inungui *A' E* γ *F* λ' (β' ν σ *g*) inungi δ' (*r v*) 30 Non *v* (*et Fran.*) *opp. etiam florileg. Nostradam.* desperas ε *pr.* (*g*) clyconis *A* gliconis γ glyconis *cett.*" 'Glico quidam athleta fortissimus fuit, alii Milonis legunt illius Crotoniatis qui apud Olimpias in agone interfectum taurum suis humeris dicitur sustulisse' *schol. Γ sed uide anthol. Pal.* VII 692: '*Γλύκων, τὸ Περγαμηνὸν Ἀσίδι κλέος, ὁ παμμάχων κεραυνός, ὁ πλατὺς πόδας, ὁ καινὸς Ἄτλας, αἵ τ' ἀνίκατοι χέρες ἔρροντι· τὸν δὲ πρόσθεν οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς οὔθ' Ἑλλάδι τροπωτὸν οὔτ' ἐν Ἀσίδι πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτραπεν*' 31 nolis corpus *g* cheragra *A' E* (*et* π *pr.*) chiragra γ λ *pr.* (β' ν *a* 2 *g corr. r*) *schol. Γ* chyragra *F* λ *corr.* δ' (*l*) ciragra σ *g pr. flor. Nostr.* cy/// ε cyragra *v* 32 quadam *A' pr. E F* (σ 1 *r et* π *corr. V*) *schol. Γ gloss. Γ* quodam *A corr.* γ ψ *corr. ead. m.* λ' ε (β' ν π' *a* 2.*d g v et cett. Bland.*) *florileg. Nostradam.* quoddam *y* ω *Alcuinus Fea* quondam *y* aliqua *y* quo*dam* δ; *Bentleius* 'tenus' *inquit* 'ubi pronominibus iungitur, ablatiuum femininum semper exigit' prodire] ire γ 33 Feruet Ω'" ς" *florileg. Nostradam.* auaricia λ misero Ω'" ς" (*et* 4 *Bland.*) misera *v* 2 *y florileg. Nostradam., falso: cupido enim semper masculino genere ponitur apud Horatium* cupine *A* 34 hunc] *supra uersum* γ linire *A* γ 1 *aut pr.*

possis et magnam morbi deponere partem. 35
laudis amore tumes: sunt certa piacula quae te
ter pure lecto poterunt recreare libello.
inuidus, iracundus, iners, uinosus, amator:
nemo adeo ferus est ut non mitescere possit,
si modo culturae patientem commodet aurem. 40
uirtus est uitium fugere, et sapientia prima
stultitia caruisse. uides, quae maxima credis
esse mala, exiguum censum turpemque repulsam,
quanto deuites animi capitisque labore;
impiger extremos curris mercator ad Indos, 45

TESTIMONIA.

'non misera capitur caecaque cupidine rerum' (cod. Parisin. 8303 saec. X) 36 sq. Augustinus de ciuit. d. V 13 epist. IIII 231, 3 [II p. 1024] 39 sq. imit. Lactantius de mortibus persecutorum 3: 'nulla denique — mitesceret' 39 florilegia Parisina 8069 et 8818ª Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 41 sq. 'uirtus — caruisse' floril. Paris. 8818ª Io. Saresber. met. 4, 30; cf. Quintil. inst. VIII 3, 41: 'prima uirtus est uitio carere' Iuuenalis 13, 189: 'prima docet rectum sapientia' 41 'uirtus — fugere' Quintil. inst. VIIII 3, 10 floril. Par. 8069; uituperauit Lactant. VI 5, 12 45 sq. Vincentius Bellou. spec. hist. VII 68 45 floril. Par. 8818ª Pseudoacron uolgatus ad art. poet. 117, non schol. Γ im. Statius s. III 2, 91: 'non uel ad ignotos ibam comes inpiger Indos'

VARIA LECTIO.

36 tumens *A* certe *E* 1 quete *A* 38 inhers *A δ'* eris *Heldius* 39 ut *Ω'''* *ς''* *florileg. Nostradam. et Parisin.* 8069 qui *y florileg. Paris.* 8818ª *Vincentius; cf. Senec. de ira* II 12: 'nulli sunt tam feri et sui iuris affectus, ut non disciplina perdomentur' *Lactant.* (*a quo et u.* 41 *uidimus laudari*) *de mort. persecutor.* 3: 'nulla denique natio tam feris moribus uiuens, ut non suscepto dei cultu ad iustitiae opera mitesceret' mittescere *E* 40 pacientem *F λ ε* 41 uicium *ε* sapiencia *λ* 42 Stulticia *A' E λ ε* 43 *repulsam δ'* 2 *y*, *δ'* 1 *non liquet*, *fuit fort.* laborem *quod h. l. exhibent y* (*defic. ε*) *uu.* 44—47 *desunt ε* *u.* 44 *omis. y* [*Sorbonens.*] 44 dolore *γ*, *uar. ab ead. m.; item y* [1 *cod. Feae*] dolore *δ'* 1 *ut uid. y* labore *δ'* 2 (*ν et π*) dolabore *r* labore *cett.''* *ς* (*et β' Lips.*) *florileg. Nostradam. cons. gloss. Γ* periclo *y ortum ex gloss.*, *gloss. Γ:* 'periculo' 45 Impiger *Ω'''* *ς'* *Pf.* Inpiger *β'* *υ Pph. florileg. Nostr.* curris *Ω'''* *ς''* *Pph.' gloss. Γ floril. Nostr.* currit *y* [*Basil.* II] *florileg. Paris.* 8818ª *Vincentius Acron uolgatus ad art. poet.* 117 (*opp. comment. Cruqu.*) *Bersmannus; cf. Clau-*

per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
ne cures ea, quae stulte miraris et optas;
discere et audire et meliori credere non uis?
quis circum pagos et circum compita pugnax
magna coronari contemnat Olympia, cui spes, 50
cui sit condicio dulcis sine puluere palmae?
uilius argentum est auro, uirtutibus aurum.
'o ciues, ciues, quaerenda pecunia primum est;
uirtus post nummos!' haec Ianus summus ab imo

TESTIMONIA.

48 cf. ecbas. captiu. u. 1129: 'dicere et audire et meliori credere non uis' 50 Priscianus instit. XVIII 27, 284: Attici *στέφεται τῷδε καὶ τόδε*. et Romani 'coronatur illam rem' et 'illa re', quomodo etiam 'inducitur' Horatius: 'coronari Olympia' 52 Columbanus ad Hunaldum u. 9 Petrus abbas Cluniacensis epist. I 6 [biblioth. Cluniac. p. 628] 53 sq. 'o — nummos' florilegium Paris. 8818[a] Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 Petrus Cluniacensis epist. I 6 54 sq. 'haec — prodocet' schol. Γ epist. I 20, 1

VARIA LECTIO.

dian. de III *cons. Honor.* 257: 'tu licet extremos late dominere per Indos' 46 *post* mare, *non post* Indos *interpung. Meinekius, falso: etenim, quod iam Porphyrion uidit, Horatius imitatus est Theogn.* 175 *sqq.*: '*ἦν (πενίην) δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον ῥιπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης δίζησθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης*'
pauperie *γ* fugens *E* saxa *Ω'''* *ς''* *florileg. Nostradam.* tela *y opp. Theogn. quem modo laudauimus* ignes *Ω'''* *ς''* *floril. Nostr.*
47 que *E λ* stultę *F* *uu.* 48—64 *initia desunt ε* 48 Dicere *F λ'* 1 *δ'* 1 (*et π* 1) *y*; *ε defic. schol. Γ*: '*ὕστερον πρότερον*, nam prius audimus, tum discimus' 49 conpita *E* (*r*) compita *cett.'''* *ς''* *Pph.'* cōpeta *g* pugnax *E* 50 contemnat *F λ* (*g et π*) contempnat *A' E γ δ' ς' florileg. Nostradam.* contemptat *ε* 1 *ut uid.*, *nunc* contempta olimpia *E δ'* pes *λ* 1 51 cui] Cum *σ* 1 condicio *A' ψ λ* (*σ g et Lips.*) conditio *cett.' ς' florileg. Nostradam.*; *ε defic.* puluere *Ω'''* *ς''* *gloss. Γ florileg. Nostradam.* pondere *y* palme *λ*
52 Vilius est argentum auro *v y Petrus Cluniacensis* Vilius est auro argentum *y Bentleius opp. Ω'''* *ς''* *Columban. florileg. Nostradam.* (est *in ras. sed a* 1. *m. Lips.*) 53 querenda *γ λ δ'* *pecunia δ* est] *om. flor. Nostr.* 54 numos *δ'* nummos *cett.''* *δ* 2 *ς''*
haec *Ω'''* *ς* *schol. Γ ad epist.* I 20, 1 hec *β' g florilegium Nostradam.* hoc *y* [*π* 1] 'quos haec inducit monere' *Porph.'*
Ianus] cianus *A*

prodocet, haec recinunt iuuenes dictata senesque, 55
laeuo suspensi loculos tabulamque lacerto.
est animus tibi, sunt mores, est lingua fidesque,
sed quadringentis sex septem milia desunt:
pleps eris. at pueri ludentes 'rex eris' aiunt
'si recte facies'. hic murus aeneus esto, 60

TESTIMONIA.

58 sq. cf. Iuuenalis 5, 132 sqq.: 'quadringenta tibi siquis deus aut similis dis et melior fatis donaret homuncio: quantus ex nihilo fieres?' 59 sq. 'pueri — facies' Ioannes Victoriensis 4, 1 p. 560 B. 59 plebs eris] cf. Gualtheri Alex. V 507: 'respectu principis huius plebs erit' 60 cf. Isidorus origin. VIIII 3, 4: 'Reges a regendo ... recte

VARIA LECTIO.

55 Pprodocet δ Prodocet *cett.'' ς''* (*et* 4 *Bland.*) *schol.* Γ I 20, 1 *florileg. Nostradam.* Predocet *uel* Praedocet σ *y* [*Barcin.*] ω Perdocet *y* ω Edocet *y* senesque et *coni. Marklandus;* iuuenesque senesque *habes etiam apud Ouid. met.* VIII 525 *Pers.* 5, 64 *Stat. Theb.* V 149. *pueri uero hic manifesto excipiuntur uide uu.* 59. 62 *u.* 56 *Guyetus aliique delendum censent: nam turbato in sequentibus ordine et Porphyrionis silentio adeo augentur suspiciones, ut facere non possint, quin hunc uersum ex serm.* I 6, 74 *perperam huc translatum esse arbitrentur; nos retinuimus lectionem libris traditam, quoniam Porphyr. silentio nihil probatur, conl. c.* I 19, 1 ≅ *c.* III, 1, 5. *s.* I 2, 27 ≅ I 4, 92. *s.* II 3, 163 = *epist.* I 6, 28 *habent u.* 56 Ω''' ς'' *y* ω *ad unum omnes, testantur etiam schol.* Γ *gloss.* Γ *floril. Nostr., tuentur Fea Doederlinus Schmidius* 56 Leuo *E* γ λ' δ' (*defic.* ε) tabulam Ω''' ς'' *floril. Nostrad.* tabulas *editores quidam* lacerno ε *u.* 57 *ante u.* 58 *habent E* (*a corr. g r* 2: *in r totus u.* 57 *ab alt. m. in rasura*) *y* [*Bruxell.* 9778 *Buslidianus* 2 *codd. Pulmanni*] *florileg. Nostradam. u.* 58 *ante u.* 57 *habent* A' γ F λ' δ' ε (β' ν π' σ ν) 57 est] Ast δ' *y* [*Reginens.* 1] (*defic.* ε) est lingua *E y* [*codd. Bentlei*] *florileg. Nostradam. Bentleius* et lingua *cett.''' ς''* lingua, *om.* et *uel* est, *g* 58 Sed *A' F* λ' δ' ς'' *schol.* Γ S, *E* Set γ Si σ 2 *y* [*Bruxell.* 2 *uar. Montepessul. Regin.* 2 *uar. alii: non Petropolit. quod contenderat Orellius*] *florileg. Nostradam.; ε defic.* milia Ω''' ς'' *schol.* Γ desunt *A' E* γ δ' ε (β' ν σ *g et* π *a. ras. Lips.* 2) *florileg. Nostradam.* desint *F* λ' (*r* ν *et* π *p. ras. Lips.* 1) *u.* 59 *omis. l pr.* 59 Pleps *A' y* [β *Bamberg. corr. Parisin.* 8214] Plebs γ Plebs *cett.'' ς'* Ples *r* 1 *y; ε defic. u.* 60 *sq. del. Gruppeus opp. floril. Nostr.* hic — culpa *del. Wielandus et Meinekius; bene defendit Doederlinus* I *p.* 74; *Hitzigius del. u.* 61, *et u.* 60 *sic scribit pro* hic 60 facias *y cons. Isidor. opp. florileg. Nostr. Ioann. Victoriens. et cf. Auson. de inconexis u.* 3

nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Roscia, dic sodes, melior lex an *puerorumst
nenia, quae regnum recte facientibus offert,
et maribus Curiis et decantata Camillis?
isne tibi melius suadet qui, rem facias, rem, 65
si possis, recte, si non, quocumque modo rem,
ut propius spectes lacrimosa poemata Pupi:
an qui Fortunae te responsare superbae
liberum et erectum praesens hortatur et aptat?

TESTIMONIA.

igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Vnde et apud ueteres tale erat prouerbium: rex eris, si recte facias: si non facias, non eris' 61 uita Norberti archiepiscopi Magdeburg. additam. [Pertz. XIIII = XII p. 706] 62 sq. 'puerorum — que — offert' Ioannes Victoriensis 4, 1 p. 360 B. 65 sq. florileg. Nostradam. 67 cf. Arnobius IIII c. 9: 'quis ad extremum deam Pecuniam esse credat, quam uelut maximum numen uestrae indicant litterae donare anulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora e. q. s.' et cf. Augustin. de ciuit. dei VII 3: 'obscurata est dea Pecunia . . . cur dea Pecunia Mineruae praelata non est?' 68—70 florileg. Nostradam. 69 cf. Seneca de uita beata 4: (beatam uitam dicit) 'liberum animum et erectum et interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum'

VARIA LECTIO.

p. 198 *Bip.:* 'qui recte faciet, non qui dominatur, erit rex' *et Porph.' ad u.* 62: '. . . pueri lusu cantare solent: 'rex erit qui recte faciet, qui non faciet non erit'' aneus *A* 61 Nil — tibi] *bis in cod.* γ Nihil *E* Nichil *A* Nil////*a* Nil *cett.''* ς'' Non *florileg. Nostradam.* cscirebi (si) *E* consire *A* tibi γ *fol.* 83[b] tibi (at sibi) γ *fol.* 84[a] palescere γ 62 puerorum est Ω''' ς'' (*et* 4 *Bland.*) *Ioann. Victoriens.* puerorum, *om.* est, y [*Bruxell. Reginens.*] ω *florileg. Nostradam.* 63 Nenia Ω''' ς' (*et Fran.*) *Porph.' florileg. Nostradam.* Noenia y [β] *u.* 64 *del. Hitzigius opp. Pph.' Porph.' schol.* Γ *et cf. Lucan.* VII 358: 'si Curios his fata darent reducesque Camillos' decanta δ' *uu.* 65—106 *desunt* ε 65 Hisne γ suades γ rem tibi facias rem *F* [qui rem facias 4 *Bland.*] 66 recte] *om.* ψ 1 quocunq; *E* 67 puppi *A corr.* γ ψ 2 (*et Fran.*) *Porph.'* pupi *cett.'''* ς' (*et* β) *schol.* Γ *gloss.* Γ *cons. titul. lapidum, uide Feam ad h. l.; defic.* ε 68 fortune λ δ 1 *ut uid.* tu λ 1 tę φ te *cett.''* ς'' (*defic.* ε) superbae Ω''' (*defic.* ε) ς'' *schol.* Γ superbe g y *florileg. Nostradam. coni. Lambinus; cf. c.* I 28, 32 69 preseus *A* δ ortatur *A* γ aptat *A' E* γ *F* λ δ' ς'' (*et omn. Bland.*) *schol.* Γ *florileg. Nostradam.* optat g l *pr.* y [*Bruxell. Regin.: lectio Mauortiana?*] ω *cf. uar. lect. epist.* I 6, 55

quod si me populus Romanus forte roget, cur 70
non ut porticibus sic iudiciis fruar isdem,
nec sequar aut fugiam quae diligit ipse uel odit,
olim quod uolpes aegroto cauta leoni
respondit referam: 'quia me uestigia terrent,
omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum'. 75
belua multorum es capitum: nam quid sequar aut quem?
pars hominum gestit conducere publica; sunt qui
frustis et pomis uiduas uenentur auaras
excipiantque senes quos in uiuaria mittant;
multis occulto crescit res faenore. uerum 80

TESTIMONIA.

72—80 florileg. Nostradam. 73—75 omisso 'referam' Thomas Cantuar. epist. 391 [IIII p. 299 Giles.] 73 'et Horatius ne in poemate quidem humilem generis huius usum putauit in illis uersibus: 'quod dixit aegroto catta leoni'' Quintiliani codd. instit. V 11, 20
74 sq. cf. Seneca de uita beata c. 28: 'nec uiam bonam ac malam per se aestimans, sed turba uestigiorum, in quibus nulla sunt redeuntium?' 76 cf. ecbas. captiu. u. 440: 'belua multorum capitum uisis moribundum?'

VARIA LECTIO.

71 porticipicibus δ′ 1 iudicis *E* (σ) iuditiis φ isdem *A′ F* λ′ δ′ ς″ idem *E a. corr.* γ (*et* π *pr.*) *y; in* γ *superscr.* ꝑ isdē 72 Ne *E* aut *A′ E* γ (β′ σ *g r et Lips.*) *florileg. Nostradam.* ac *F* λ′ (*v*) *y* et δ′ (*v et* π); ε *defic.* quae *E* γ *F* δ′ ς (*et Lips.*) *schol.* Γ que *A* λ′ (*v et* β) *florileg. Nostradam.* quem *y* [π *Fran. cum aliis*] uel odit Ω‴ (*defic.* ε) ς″ *florileg. Nostradam.* colitque *y* [*Montepessul. uar.*] 73 uolpes *F* λ′ 1 (*r et* π 2 *Lips.*) uulpes *cett.*" ς (*et* β′ π 1) *Quintil. uolgat. florileg. Nostradam.; defic.* ε agroto *A* egroto λ′ 74 ĩrent ψ 75 spectancia λ 76 Belua Ω‴ ς′ (*cons.* π′) *Porph.' florileg. Nostradam.* (*defic.* ε) Bellua ω es] est *y Plaza et Bentl. opp. etiam florileg. Nostradam.; ε defic. r* 1 *non liquet* quem *A′ E* γ (β′ σ *g l* 2 *r v et Lips.*) *florileg. Nostradam.* quae *F* δ′ (*v l* 1 *et* π) q̃; λ 77 Par *A* 78 Fruistis δ′ 1 Frustis *cett.*" ς″ (*et* σ 2 *uar.*) *gloss.* Γ *florileg. Nostradam.* Crustis σ *y* [*Petrop.*, 'quidam *codd.*' *Cruquii*] Fructis *y* Fructibus *y defic.* ε; *gloss.* Γ *interpret.*: 's. carnis uł piscis' poms λ 79 Excipiunt φ *a. corr.* uinaria δ 1 (σ 1 *g*) niuaria *A* mitant δ′ 1 mutant σ 1 *g florileg. Nostradam.* 80 res crescit *y* [*Sorbonens.*] *opp. etiam florileg. Nostradam.* faenore *A* (*v r*) foenore *E* δ′ (*a et Fran.*) foenere *F* λ′ (π′ *v v et* β) *florileg. Nostradam.* uenere *g* γ fenore

esto aliis alios rebus studiisque teneri:
idem eadem possunt horam durare probantes?
'nullus in orbe sinus Bais praelucet amoenis'
si dixit diues, lacus et mare sentit amorem
festinantis eri: cui si uitiosa libido 85
fecerit auspicium, cras ferramenta Teanum
tolletis, fabri. lectus genialis in aula est:
nil ait esse prius, melius nil caelibe uita;
si non est, iurat bene solis esse maritis.
quo teneam uoltus mutantem Protea nodo? 90
quid pauper? ride: mutat cenacula lectos

TESTIMONIA.

uu. 82—100 florileg. Nostradam. 85 cf. Ausonius epigr. 71, 2: 'repperit obscenas ueneres uitiosa libido' 87 cf. glossarium Mai class. auct. VIII 260: 'genialis lectus, ubi sponsus et sponsa cubant'
90 Hildebertus moral. philosoph. p. 980. cf. Appuleius Osanni p. 7: 'sed et Horatius eos, qui facile uertunt sententiam et (nec?) deprehendi facile possunt, Proteos uocat'

VARIA LECTIO.

81 alios aliis *v* aliis] ta//us *φ* studis (*sic*) reb;q; *y* [*Montepessulan.*]: *ex his duobus uersibus intellegas, quemadmodum uerum uerborum ordinem temere mutare soliti sint sequioris aeui codicum auctores; nos plerasque talium transpositionum typis mandare noluimus* studiis teneri *F* 82 ldē *E* possuntne *y* (?) *Lambinus opp. florileg. Nostradam.* horam *Ω″ ς′ Pph. gloss. Γ florileg. Nostradam.* hora *l v p. ras.* (*et β*) *y Pf.*: *etiam in l fort. lineola erasa; defic. ε* 83 urbe *F* 1 *δ′* (*et π corr.*): *λ′ et Lips. recte* baiis *F* (*v l v*) bai//is *λ* bais *cett.″* præluc& *A* prelucet *γ* amoenis *Ω‴* 84 locus *A a. corr.* 85 eri *A′ E* 1 *γ δ* (*v π′ g r*) heri *F λ′ E* 2 *ut uid.* (*β′ v*) eri *E* (*σ d*) cuius uitiosa *γ* uiciosa *λ* 86 Fęcerit *γ* auspitium *E γ* aut spiciū *A* teannum *λ* 88 Nila//it *E* ait *om. δ′ pr.* caelibe *E F δ* (*σ a l r et β* 2 *Fran.*, *cons. d*) celibe *A γ λ* (*v π′ v et β* 1 *cons. g*) *florileg. Nostradam.* 90 nodo mutantem prothea uultus *y* [*Sorbonens.*] *Hildebertus* uoltus *F λ′* (*g*) uultus *cett.″* uultum *y* [*Lips.*] *florileg. Nostradam.*; *defic. ε* motantē *E* protea *A′ y* [*Bamb. Valent.*] prothea *cett.″ ς″ flor. Nostradam.*; *defic. ε* 91 quid? pauper — ride! — mutat *Doederlinus*, *sed cf. epist.* I 2, 10 Quod *δ′* ride *Ω‴ ς″ gloss. Γ florileg. Nostradam. omis. y* [*Valentian.* 1] rides *v y Cuninghamus*: *defic. ε*; uiden' ut *Bentleius* idem *Hitzigius* motat *E* cenacula *A E λ* (*β′ v ut uid. π′ σ g v*) *florileg. Nostradam.* caenacula *γ F δ′* (*a l r*)

balnea, tonsores, conducto nauigio aeque
nauseat ac locuples, quem ducit priua triremis.
si curatus inaequali tonsore capillos
occurri, rides; si forte subucula pexae 95
trita subest tunicae, uel si toga dissidet impar,
rides: quid? mea cum pugnat sententia secum,
quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit,
aestuat et uitae disconuenit ordine toto,

TESTIMONIA.

93 'nauseat — prima triremis' glossarium Mai tribus locis [classic. auctor. VIII 381. 494. 580] 94—97 'si — rides' [Rufinianus] de schematis lexeos § 18 p. 52 Halm. 95 sq. 'si — tunicae' glossarium Mai [classic. auctor. VIII 525] cf. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. II c. 21 [Vallars. II 357e]: 'tunc pexa tunica et nigra subucula uestiebaris' 97—100 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 97 sq. 'mea pugnat — repellit — omisit' Hildebertus moral. philos. p. 980 98 cf. Seneca de uita beata c. 28: 'fluctuamus aliudque ex alio comprehendimus: petita relinquimus, relicta repetimus' 99 sq. 'diruit — rotundis, aestuat — toto' Hieronymus comment. in Ecclesiasten c. 3 [Vallars. III 409c]

VARIA LECTIO.

195 pantera *F λ'* 196 Seu *E* elephans *E γ* (*π' a g r* 1 *et Fran.*) elephas *F λ'* (*σ r* 2 *et β*) *Pf.* elefas *d v Pph. cf.* 'Thoans' *Ouid. ex Ponto* III 2, 59 uulgi *Ω' ς''* conuerteret *E F λ' γ* 2 *ς'* conuertet *π' ut uid.* conuerterit *γ* 1 *Prisciani codd. optimi duobus locis, praetulit Bentleius conl. serm.* I 1, 2, 'quamquam utrumuis sat commode admitti potest' 197 attentius *γ* (*σ a r v et β π*) attencius *g* (*et Fran. Lips.*) attennius *E* adtentius *F λ'* atentius *d* 198 prebentem *E γ λ* nimio *E* (*a* 1 *g r*) *y* [*π* 1 *V Mellicens. Montepessul. Par.* 8216] mimo *γ F λ' E* 2 *uar.* (*β' σ a* 2 *d v et π* 2 *Fran. Lips.*) *Porph.' schol. γ* mimum *y* [*Barcin. Bruxell. Montepessul. uar. Nostradam.* 2 *Valentian.* 2 *uar.; Diu. Tons. Mart. Sil. apud Cruqu.*] *cf. uar. lect.* I 1, 32. 16, 61 plura *Ω' ς''* //plura *v* (plura *etiam Basil.* 1 *qui ex v descriptus est*) risu *y* [*Montepessul. Parisin.* 8216 *uar. Petropolit. corr.*] multa *y* 200 nam quae] namque *λ y* 202 mugi//re *E* nemus] *omis. γ pr.* 204 Diuicię *λ* peregrine *E* *post* peregrinae *punctum pon. Doederlinus* auctor *ψ corr.* (*et π*) *y* 205 scaena *F* (*σ l et π*) scena *cett. ς* laeuae *E ut uid. F corr.* (*a et π* 2) leuae *γ λ' corr.* (*σ r* 2 *et β* 2 *Lips. corr.*) leue *v* laeua *F pr. ut uid.* (*r et π* 1) leua *λ' pr.* (*β' d g et Lips. pr.*) 206 nihil *E Pph. cons. β' opp. Pf.* 'Nihil sane] respondentis est, et iterum 'quid' Horatius dicit' *Porph.'* 207 Laena *Marcilius, refutauit Fea* tarentino *F λ'* (*σ g et Lips.*) *Pph.'* tarentino *E* terentino *γ* (*β' a d r* 1 *ut uid. et π*) terentino *v* imitata *E γ λ superscr.* (*σ a g r et π* 2 *Fran. Lips.*: inm: *β*) imitare *F λ'* (*d et π* 1)

ac ne forte putes me, quae facere ipse recusem,
cum recte tractent alii, laudare maligne:
ille per extentum funem mihi posse uidetur 210
ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,
irritat, mulcet, falsis terroribus implet,
ut magus, et modo me Thebis modo ponit Athenis.
uerum age et his, qui se lectori credere malunt
quam spectatoris fastidia ferre superbi, 215
curam redde breuem, si munus Apolline dignum
uis complere libris et uatibus addere calcar,
ut studio maiore petant Helicona uirentem.
multa quidem nobis facimus mala saepe poetae
(ut uineta egomet caedam mea), cum tibi librum 220
sollicito damus aut fesso; cum laedimur, unum
siquis amicorum est ausus reprehendere uersum;
cum loca iam recitata reuoluimus inreuocati;
cum lamentamur non apparere labores
nostros et tenui deducta poemata filo; 225

TESTIMONIA.

210—213 florileg. Nostradam. 217 'et uatibus addere calcar' Priscianus instit. VI 6, 31 221—225 'Nunc ledimur — filo' florileg. Nostradam. 225 'et alibi in Honorato (sic pro Horatio): subtili deducta poemata filo' schol. Ouid. amor. I 14, 7 apud Burmannum cf.

VARIA LECTIO.

208 Ac ne Ω′ ς″ *Pph.′* At ne *y* 209 Quem *γ* Cū *y* [*Barcinon.*] 210 extum *λ pr.* extentum *cett.′ ς′ Pph.′ floril. Nostr.* extensum *y* [*β Mellic. Montepess. Petropol.*] 212 Inritat *E* Initat *λ* Irritat *cett. ς″ florileg. Nostradam.* implet Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* 214 credere Ω′ ς″ tradere *y* [*Montepessul.*] 215 superbi Ω′ ς″ superba *y* [*Corbeian.*] 216 redde Ω′ ς″ impende *y* [*cod. coll. Trin.*] *Bentl.* preuem *E pr. ut uid.* 217 conplere *λ* (*et β*) complere *cett. ς′* (*et Fran.*) 219 *REDIT ε h. u. superiore parte abscisa* 219 quidæm *λ* facimus nobis *v y* sepe *λ* po&e *E* 220 U : : : : neta : : : : : : am mea *ε* cedam *λ* 221 laedimur *ε* (*a l r*) ledimur *cett. ς″ florileg. Nostr.* 222 est ausus] audet *y* [*Valentian.* 1] reprehendere Ω′ ς″ (*et omn. codd. Cruquii*) *floril. Nostradam.* reprendere *σ y* [*Sorbonens. cum aliis*] *Bentleius: nec uero in epistulis hac forma usus esse uidetur Horatius* rep̃endere *y* [*Gronou.*] 223 reuolumus *γ* reuol//uim' *a* inreuocati Ω′ ς″ ɪr: *g* 225 d : : ducta *ε* deducta *cett.′ ς″ florileg. Nostradam. schol. cod.*

cum speramus eo rem uenturam, ut simul atque
carmina rescieris nos fingere, commodus ultro
arcessas et egere uetes et scribere cogas.
sed tamen est operae pretium cognoscere, qualis
aedituos habeat belli spectata domique 230
Virtus, indigno non committenda poetae.
gratus Alexandro regi magno fuit ille
Choerilus, incultis qui uersibus et male natis
rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos.

TESTIMONIA.

Auson. grat. act. p. 296 Bip.: 'tenuiore filo, ut dicitur, deducta libauerim' Columnella X 40: 'Pierides tenui deducite carmine Musae (sc. cultus et tempora serendis arboribus etc.)' 232—234 huc respexisse uideatur Ausonius epist. 16, 3: 'cumque ego imitatus sim uesaniam Choerili, tu ignoscas magnanimitate Alexandri' 234 imitatus est Ausonius epist. 5, 19: 'bis septem rutilos regale nomisma Philippos' 18, 5 sq.: 'ergo interceptos regale nomisma Philippos accipe tot numero, quot duo Geryones'

TESTIMONIA.

Leidensis ad Ouid. amor. I diducta *y* [*Montep.*] 226 eo rem uenturam *E γ ε λ uar.* (*π′ σ a g r et Fran.*) item fore uenturum *F* 1 *λ′* (*d v et β*) 228 Arcessas *γ F λ′ ε ς″* Acersas *E* 1 *ut uid.* Accersas *E* 2 *ut uid.* (*σ v et π* 2); *schol. Γ interpol.* (*om. cod. γ*): 'Discretio inter accerso et arcesso h(a)ec est: accerso s. uoco et uenit a uerbo quod est accio, accis, quod est quart(a)e coniugationis; arcesso idem significat quod et primitiuum eius a quo deriuatur -i- arceo. sed secundum Priscianum arcesso uenit ab arcio quod nunc dicimus accio et est compositum ex ad et cio quod est uoco, quia antiqui ar pro ad dicebant' (*sic cod. E*) 229 Set *γ* Sed *cett.* *ς* (*l* 2; *l* 1 *non liquet*) *Pph.′* opere *E φ λ′* precium *E λ ε* qualis *y* [*π*] quales *Ω′ ς′* 230 habeant *γ* bello *σ y* [*Lips. pr. Montepess. pr.*] 231 poëte *λ uu.* 232—270 *del. Gruppeus* 232 Gra : : : alexandr : : *ε* magno] Magno *editorum plerique opp. Doederlin. epist.* II *p.* 77 *et cf. s.* II 3, 45 *sq.*: 'haec populos, haec magnos formula reges excepto sapiente tenet' *et Auson. epist.* 16, 3: 'cumque ego imitatus sim uesaniam Choerili, tu ignoscas magnanimitate Alexandri' ille] illi *Peerlkampus ad art. poet.* 357; ill : : *ε* 233 Choerilus *ε* (*a g r et Fran.*) Cherilus *γ* (*σ v*) Choerulus *E* (*et β*) Choerilos *F λ* (*d et Lips.*) Choerilos *λ′* (*π′*) *Bentl.* et] ac *y* 234 Rettulit *γ F λ ε ut uid.* (*π′ a r et Fran.*) *Pph. Porph.* Retulit *E* (*σ d g l v et β*) *Pf. Porf.* nomisma *Ω′ ς′* (*et β*) *Porph. cons. pandect. Florentin. Ausonius* numisma *v* 2 *y* [*Fran. cum aliis*] *Porf.* philippus *γ* 1 philipos *E λ pr.*

sed ueluti tractata notam labemque remittunt 235
atramenta, fere scriptores carmine foedo
splendida facta linunt. idem rex ille, poema
qui tam ridiculum tam care prodigus emit,
edicto uetuit, nequis se praeter Apellen
pingeret aut alius Lysippo duceret aera 240
fortis Alexandri uoltum simulantia. quodsi
iudicium subtile uidendis artibus illud
ad libros et ad haec Musarum dona uocares,
Boeotum in crasso iurares aere natum.
at neque dedecorant tua de se iudicia atque 245
munera, quae multa dantis cum laude tulerunt
dilecti tibi Vergilius Variusque poetae,
nec magis expressi *uoltus per aenea signa,

TESTIMONIA.
248—250 'Non m:— cl: appellant' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.
235 Set γ Sed *cett.'* ς'' *Pph.'* 236 fedo λ' ε 237 Sple : : : ida facta : : : nunt ε 238 ridiculū ε kare y [*Petropolit.*] 239 nequis *uel* ne quis Ω' ς'' ne qui *Cuninghamus*, *sed cf. Plin. nat. hist.* VII 125 *D.*: 'idem hic imperator edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles scalperet, quam Lysippus ex aere duceret' preter γ λ apellent// λ apellem λ *corr.* (*l v et Fran.*) y apellen *cett.* ς' (*l p. ras. et* β) appellen g 240 duceret] cuderet *Lambinus Bentl. cf. Vergil. Aen.* VII 634: 'aut leuis ocreas lento ducunt argento' aera Ω' ς'' era g aere y [*Regin.* 1] *Cuningh.* 241 uoltum γ F λ' (π' d r 1) y [*Gron. Voss.*] uultum E ε (β' σ a g r 2 v) similantia *Pontanus* 242 Iuditium E γ φ suptile *Pf. Porf.* illvd γ 243 liberos ε ad hec λ adhuc ε 244 Boeotum γ (a r 1) Boetum E *ut uid.* F λ' ε ς'' in] *del. Glareanus* iu//rares γ 245 At Ω' ς' *Pph.' schol.* Γ Ad σ Ac β' y *coni. Cuninghamus* iuditia E 246 tulere λ *corr.*, λ *pr.* tulerr = tulerum (tulerr = tulerunt *l*) 247 tibi] tui E *ut uid.* uergilius β' y *Porph.'* uirgilius Ω' ς' *schol.* Γ uarius E γ (a g et *Lips.* 2 3 *codd. Bland.*) *Porph.* uarus F λ' ε ς'' (*et V*) *Porf.*

INDE AB HOC VERSV DEFICIT γ 1

Ω' = E F λ' (λ l) ε; ς'' = aut omnes codd. β' (β *Fran.*) π' (π *Lips.*) σ a d g r v (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd.* σ a d g r v (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

248 expsi ε uultus Ω' ς' *flor. Nostr.* (ultu π) enea E

quam per uatis opus mores animique uirorum
clarorum apparent. nec sermones ego mallem 250
repentis per humum quam res componere gestas,
terrarumque situs et flumina dicere et arces
montibus impositas et barbara regna, tuisque
auspiciis totum confecta duella per orbem,
claustraque custodem pacis cohibentia Ianum, 255
et formidatam Parthis te principe Romam,
si, quantum cuperem, possem quoque; sed neque paruom
carmen maiestas recipit tua, nec meus audet
rem temptare pudor quam uires ferre recusent.
sedulitas autem stulte, quem diligit, urget; 260
praecipue cum se numeris commendat et arte:
discit enim citius meminitque libentius illud

TESTIMONIA.

258 sq.: 'Non meus — recusent' florileg. Nostradam. 262 sq.: 'Discit homo citius — ueneratur' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

Ω' = E F λ' (λ l) ε; ς'' = aut omnes codd. β' (β Fran.) π' (π Lips.) σ a d g r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. σ a d g r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

250 malle ε, *lineola supra* e *fort. euanuit* 251 Repentis *E* (*a*) *y* [π *Bruxell. Mellicens. Valentian.*] *Pph.* Repentes *cett.' ς' Pf.* conponere λ (*et* β) 253 impositas Ω' ς'' *Pf.* inponit *Pph.* inpositas *y*; *E parum liqu.* 254 Auspitiis *E ut uid.* tuella ε 1 255 Clastra *E* 1 cohibencia λ 257 sed Ω' ς' (se π 1) paruom *y* [π 1] paruum Ω' ς' 259 recusent Ω' ς (*et* β π) *flor. Nostr.* recusant σ *r* 1 (*et Fran. Lips.*) 260 qu : : diligit ε autem, stulte quem diligit *Lambinus*; autem stulte, quem diligit, *Bentl.*; *item cod. Reginensis* urguet *E* (π' *a g l* 1 *r*) urget *F* λ ε (β' σ *d l* 2 *v*) *uu.* 261—270 *in* ε *abscisae sunt partes finales*; 261 *desunt*: (c)ommendat et arte, 262 (meminitq)ue libentius illud, 263 (pro)bat et ueneratur, 264 (gr)auat, ac neque ficto, 265 (cere)us usquam, 266 (u)ersibus opto, 267 (m)uuere et una, 268 (po)rrectus operta, 269 (uendente)m tus et odores, 270 amicitur ineptis ε 261 Precipue *F* λ' ε

262 Discit Ω ς'' *Porph.' floril. Nostrad. cons. Pf.* Dicit *l pr. ut uid. Pph.* Discet *y* [*V*] *schol.* ε enim] homo *florileg. Nostrad. opp. etiam V* cicius λ

quod quis deridet, quam quod probat et ueneratur.
nil moror officium quod me grauat, ac neque ficto
in peius uoltu proponi cereus usquam 265
nec praue factis decorari uersibus opto:
ne rubeam pingui donatus munere et una
cum scriptore meo capsa porrectus operta
deferar in uicum uendentem tus et odores
et piper et quicquid chartis amicitur ineptis. 270

II

Flore, bono claroque fidelis amice Neroni,
siquis forte uelit puerum tibi uendere natum

TESTIMONIA.

267 sq. glossarium Mai [classic. auct. VIII 124]: 'unde Horatius: et una cum scriptore meo capsa protectus operta'

VARIA LECTIO.

265 Impeius σ *l* (*et* β π *Lips. p. ras.;* Impetus *Lips. a. ras.*); *cf. Plin. epist.* V 15: 'pictores pulchram absolutamque faciem raro nisi in peius effingunt' uoltu ε (*d*) *y* [*Gron. Voss.*] uultu *cett.'* ς″ cere | ⸗ ε umquam *y* [*Montepessul.*] 267 Nec *E* 1 Ne *cett.'* ς″ *Pph.' Porph.'* 268 porreptus *E*, correptus *E pr.?* protectus *glossar. Mai* 'capsa correptus] bene correptus et in capsa (capso *Porph.*) opertus quasi mortuus in feretro' *Pph.' Porph.'* (*cons. edit. Venet.* 1481 *et codd. Vatican. et Chisian.*) operta Ω′ ς″ *glossarium Mai Bentleius* aperta *y* [*Bernens.* 508 *Sorbonens. pr. Vindobon., Pottieri cod.* 20, *Schmidii Wolfenbuttelanus, aliquot Feae*] ω *Fea; areas, in quibus mortuorum corpora efferebantur, uel apertas uel opertas seu clausas fuisse docet Marquardtus antiqu. Rom.* V 1, 360 269 Deferas *E* 1 (Deferat β Referat *Fran.*) tus *E* (β′ *a d g r et Lips. codd. Cruquii*) thus *F* λ′ (σ *et* π) & thus *v* 270 quicquid Ω′ ς′ quidquid π′ *g* chartis ε (*a d r et Lips.*) charthis *E* cartis *cett.'* ineptis Ω′ ς″ inemptis (*uel* inemtis) *y* [1 *cod. Feae, cod. Sil. Cruquii*] *Landinus, sed cf. Catull.* 36, 1. 6 *Martial.* III 12

II 2. AD FLORVM *F* λ (σ *a r v et Fran. cons. Lips.*) *inscriptionem omis. E* (*d pr. aut* 1 *g l et* β π): *in E* 1 (*d pr. aut* 1) *ne interuallum quidem extat nec maior littera* F *in* Flore *uu.* 1—10 *partes finales abscisae* ε; 1 *desunt:* (fideli)s amice Neroni, *u.* 2: tibi

Tibure uel Gabiis et tecum sic agat 'hic et
candidus et talos a uertice pulcher ad imos
fiet eritque tuus nummorum milibus octo, 5
uerna ministeriis ad nutus aptus erilis,
litterulis Graecis inbutus, idoneus arti
cuilibet, argilla quiduis imitaberis uda;
quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti.
multa fidem promissa leuant, ubi plenius aequo 10
laudat uenalis qui *uolt extrudere merces.

TESTIMONIA.

II 2. 4 ecbasis captiui u. 1146 'talos — imos' Ausonius epist. 4, 48 7 cf. ecbasis captiui u. 1151: 'litterulis doctus, multis et honoribus auctus' 10 sq.: 'Multa — merces' florileg. Basil. F. IV 38 10 'Multa — leuant' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

uendere natum, *u.* 3 agat, hic et, *u.* 4 (uertic)e pulcher ad imos, *u.* 5 milibus octo, *u.* 6 (a)ptus erilis, *u.* 7 (i)doneus arti, *u.* 8 imitaberis uda, *u.* 9 sed dulce bibenti, *u.* 10 ubi plenius aequo ε 3 gabis λ hic et *E F* λ′ ς″ *Pph.′* hic est *y* . 4 Candib, *E* 1 5 milibus *E F* λ′ ς″ millibus *a g* 6 adut//us *E* erilis *y* [*Zulichemian. pr.*] eriles *E F* λ′ (β′ σ *pr. a d et* π) heriles σ *corr. g r v* (*et Lips.*) 7 Litterulis *E F* λ′ ε (β′ *a d g corr. r v*) Literulis σ *g pr.* ḡcis *a* grecis *E F* λ′ ε ς″ inbutus *E F* ε (σ) imbutus λ′ ς″ 8 Quilib& λ 1 argille ε 1 qui uis ε quauis *E* 1 *aut pr.* imitaberis *E* ψ *uar.* (β′ 1 σ *a g l* 2 *uar. et Lips. omn. Bland.*) *schol.* Γ *Bentl.* iMitaberes *r* (itur) imitaberis *v* (bi) imitabitur λ′ (β′ 2 *d r corr. et* π 2) *schol.* Γ *uar. Fea* imitabimur *F* (*et* π 1) *cf. Persius s.* 3, 23: 'udum et molle lutum es' *schol.* Γ (*r Bamberg.*): 'Quidam imitabitur legunt, quod est a puero alienum; melius ergo legimus imitaberis id est tanti ingenii est, ut flectas eum quo uelis tamquam argillam udam et in ueteribus exemplaribus imitaberis inuenitur' 9 s, *E* *uu.* 10 *sq. ex Horati persona, non ex uenditoris dictos accipiunt scholia* (*E* ε *Porph.′ Pseudoacron uolgatus*) 10 læuant *E* equo λ *uu.* 11—31 *initia desunt* ε *absisis de u.* 11: Laudat — uo(lt), *u.* 12 — meo, *u.* 13 — face(ret), *u.* 14 — semel, *u.* 15 — metuen(s), *u.* 16 — nihi(l), *u.* 17 — se(curus), *u.* 18 — uitiosum, *u.* 19 — hunc, *u.* 20 — proficisc(enti), *u.* 21 — m(ancum), *u.* 22 — epistul(a), *u.* 23 — f(acientia), *u.* 24 — q(uereris), *u.* 25 — mi(ttam), *u.* 26 — collec(ta), *u.* 27 — dum, *u.* 28 — hoc, *u.* 29 — ieiun(is), *u.* 30 — loc(o), *u.* 31 — et ε 11 Laudet *Stallbaumius* ⌐ uenalis *a y* [π *Montepessul.*] *Pph.′* uenales *E F* λ′ ς′ *Pf. corr.*

res urget me nulla: meo sum pauper in aere.
nemo hoc mangonum faceret tibi; non temere a me
quiuis ferret idem. — semel hic cessauit et, ut fit,
in scalis latuit metuens pendentis habenae:' 15
des nummos, excepta nihil te si fuga laedat:
ille ferat pretium poenae securus opinor.
prudens emisti uitiosum, dicta *tibist lex:
insequeris tamen hunc et lite moraris iniqua?
dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi 20
talibus officiis prope mancum, ne mea saeuos
iurgares ad te quod epistula nulla rediret.

TESTIMONIA.

13 'nemo — tibi' glossarium Mai [classic. auct. VIII 334]

VARIA LECTIO.

uolt *y* [*cod. Corbeian.* (?)] uult *E F λ′ ς″* extrudere *E* (*β′ σ a g r v et Lips.*) *florileg. Basil.* excludere *F λ′ ε* (*d et π* 4 *Bland.*) 12 urget *E F λ′ ς″ Pph.′* urgu& *a* 14 Quisuis *F* 15 Sub scalis *y*, *sed uide Richium s. u. scala* scolis *λ′* (*β′*) habene *λ* *post u.* 15 *Lehrsius hunc interpolat:* sic si quod satis est sapienti dicat aperte,
16 *Horati uerba*, *non mangonis uernulae uitia quam maxime tegentis*
nihil] plani *E. C. Franckeus* fugā *ε* laedat *F* (*σ a l et β Lips.*) ledat *E λ* (*d g v et π Fran.*) ledet *ε* (*r* 1) *y* laedit *y* [*V et* 1 *cod. Bentlei*] *Bentleius*, '*magis ex more Horatiano*' [?] 17 ferat *E F λ′ ς″ Pph.′* feret *ω* 'subibit' *Porph.′ in interpretat.* poene *E λ′*
18 uiciosum *λ* dicta tibi est lex *ε* (*π′ σ a* 2 *r v*) dicta tibi est *Pph.′* dicta est tibi lex *E* (*a*) dicta tibi lex est *F λ′* dicta (dista *d* 1) tibi lex *β′ d* 2 *g y* [*Bruxell.* 1 *Zulichemian.*] est dicta tibi lex *y* [*Valentian.*]
19 iniqua. *interpung. et codicum et editorum pars*

20 *DENVO INCIPIT δ; Ω″ = E F λ′ (λ l) δ′ (δ d) ε; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) π′ (π Lips.) σ a g r (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. σ a g r (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

21 offitiis *φ* ne] & *λ* (& ne *β* //// *ne* *π*) //// *ne* *ψ* &, *om.* ne, *superscr.* cum *l* sęuos *y* [*π* 1 *ut uid.*; sęuus *π*] saeuus *F ε* (*a l et Fran. Lips.*) seuus *E λ δ′ ς* (*et β*) seuus *v* † solus 22 epistula *a* (*et π V*) epła *E δ′* (*β′ v*) eplā *F* epistola *λ′ ς* rediret *E δ′ ε ς″* (*et* 4 *Bland.*) ueniret *F λ′ δ′ uar.* (*v*) 'i. ueniret' *gloss. Γ*

quid tum profeci, mecum facientia iura
si tamen adtemptas? quereris super hoc etiam, quod
expectata tibi non mittam carmina mendax. 25
Luculli miles collecta uiatica multis
aerumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem
perdiderat, post hoc ueemens lupus, et sibi et hosti
iratus pariter, ieiunis dentibus acer,
praesidium regale loco deiecit, ut aiunt, 30
summe munito et multarum diuite rerum.
clarus ob id factum donis ornatur honestis,
accipit et bis dena super sestertia nummum.
forte sub hoc tempus castellum euertere praetor
nescio quod cupiens hortari coepit eundem 35
uerbis quae timido quoque possent addere mentem:
'i, bone, quo uirtus tua te uocat, i pede fausto,

TESTIMONIA.

uu. 26—40 florileg. Nostradam. 29 ecbasis captiui u. 1228

VARIA LECTIO.

Ω″ = E F λ′ (λ l) δ′ (δ d) ε; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) π′ (π Lips.) σ a g r (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omn. codd. σ a g r (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

23 tum *Ω″ς″ Pph.′* tunc *y* [*Montepessul.*] 24 attemptas *δ* (*g v* et *π*) *Pf.* adtemptas *E F λ′* (*σ a r* et *Fran. Lips.*) *Pph.* atemptas *d* queris *E* 25 Expectata *E F λ′ δ ς″ cons. d* Exspectata *σ r* mitam *δ′* 26 Luculli *Ω″ Porph.′ florileg. Nostradam. cons. ς′* Lucilli *π′ r* 1 *Pph.* 28 p̣ *E* ueemens *δ′ Pph. pr.* uehemens *cett.′ ς″ flor. Nostr.* 30 Presidium *E λ′* agunt *ε* 31 multatarū *E uu.* 32—52 *initia prope modum euanuerunt ε* 32 obit *E* 1 *y* factum *E F λ′ δ′ ς′ flor. Nostr.* (factū *π*) factus *y* facti *Cuninghamus* ornatur *Ω″ ς′* hornatur *florileg. Nostradam.* ornatus *π′ r* oneratur *Wakefieldus* honestis *Ω″ ς″ florileg. Nostradam.* opimis *E* 2 *uar. λ uar.* (*g*) *y* [*V Parisinus* 8216; oppimis *Sorbonens. uar.*] *recepit Stallbaumius, lectio Mauortiana ?* 33 sestercia *λ* 34 p̆cor *E* 1 *u.* 35 *omis. φ pr., ead. m. add. in margine* 36 timidis quoque possent addere mentis *Paulyus* mentem *Ω″ ς″ florileg. Nostrad.* menteis *y* [*V* (?)] mentis (*gen. partitiu.*) *Ribbeckius* 37 tua te u: *floril. Nostr.* tua] mea *λ a. corr.; recte etiam l et florileg. Nostradam.*

grandia laturus meritorum praemia! — quid stas?'
post haec ille catus, quantumuis rusticus, 'ibit,
ibit eo quo uis qui zonam perdidit' inquit. 40
Romae nutriri mihi contigit atque doceri,
iratus Grais quantum nocuisset Achilles.
adiecere bonae paulo plus artis Athenae,
scilicet ut uellem curuo dinoscere rectum
atque inter siluas Academi quaerere uerum. 45
dura sed emouere loco me tempora grato,
ciuilisque rudem belli tulit aestus in arma,
Caesaris Augusti non responsura lacertis.
unde simul primum me dimisere Philippi,
decisis humilem pinnis inopemque paterni 50
et laris et fundi Paupertas impulit audax

TESTIMONIA.

41—48 uita Horati in codice Romano [Feae H] 41 Porphyrion uita Horati: 'puer admodum Romam cum parente migrauit, ut ipse dicit: Romae — doceri' 44 cf. Persius 4, 11 sq.: 'rectum discernis, ubi inter curua subit' 51 cf. Persius prolog. 10 sq.: 'magister artis ingenique largitor uenter, negatas artifex sequi uoces'. Appuleius de magia 18, 434: 'paupertas . . . omnium artium repertrix'

VARIA LECTIO.

38 premia λ qid λ 39 hec *E* λ (*g v*) haec *cett.* ς″ *Pph.*′ hoc *y omis. florileg. Nostradam.* 'quantumuis] responsio militis Luculli' *gloss.* Γ 40 quouis δ *flor. Nostr.* qui] quo ε inqit ψ inqiĩ φ 41 nutriri] *non liquet* ε congit *E* 42 grais Ω″ ς′ (*et Lips.*) graiis *y* [π] 43 paulo Ω″ ς″ *Pph.*′ 44 uellem *E* (*a g*) *y* [*Mellicens. Montepessul. Parisin.* 8214 *Reginens.* 2 *superscr. Valentian.* 1] possim *F* λ′ δ′ ε (π′ *v et Fran.*) possem σ *r* (*et* β) *y* scirem *y* [*Nostradam.* 2 *uar.*] dinoscere Ω″ ς″ *Pph.*′ 45 achademi *E* querere *E* λ δ′ ṛerū λ (uerū *l*) 46 emouere δ, *sed* e *in ras.* (sede mouere *a d et* β; se demouere *E;* sedemouere *Lips.*) : : : ouere ε emouere *cett.*′ ς″ (*et omn. Bland.*) amouere *v y* .me· loco t: *E*

47 rudę φ estus λ 48 Cesaris *E* δ′ non responsura] responsatura *Peerlkampus* 49 medii misere *F a. ras.* λ′ *a. ras. Pph.* philippis *F* λ′ 50 Decisis *E* pinnis *E* (π′ 1 *r* 1) *y* [β 1 *Mellicens. Nostradam.* 1 *ut uid. Reginens.* 1] *Porph.*′ pennis *cett.*″ ς (π′ 2 *et* β 2 *Fran.*) 51 Uet λ, *miniatoris culpa; recte l* impulit Ω″ ς″ *Pf.* inp. *Pph.* //edax λ, *recte l*

ut uersus facerem: sed quod non desit habentem
quae poterunt umquam satis expurgare cicutae,
ni melius dormire putem quam scribere uersus?
singula de nobis anni praedantur euntes: 55
eripuere iocos, uenerem, conuiuia, ludum;
tendunt extorquere poemata: quid faciam uis
denique? non omnes eadem mirantur amantque:
carmine tu gaudes, hic delectatur iambis,
ille Bioneis sermonibus et sale nigro. 60
tres mihi conuiuae prope dissentire uidentur,
poscentes uario multum diuersa palato.
quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter;
quod petis, id sane est inuisum acidumque duobus.
praeter cetera me Romaene poemata censes 65

TESTIMONIA.

55 sq. Ioannes Victoriensis II 8 p. 321 B. 55 s. Thomas epist. 191 ad Owenum regem Walliae [Giles. III 391] 58 'non — amantque' florilegia Nostradam. et Paris. 8818ª 61—64 florileg. Nostrad. 62 'uario — palato' ecbasis captiui u. 141 65—69: 'Rome ne — utrique est' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

52 Eut λ, *miniator uoluerat* Et (*Ut l*) uerus δ′ sed Ω″ ς″ defit *Aubertus annal. philol. et paedag. Havn.* I 2 *p.* 111—122 53 umquam *E F* λ′δ′ (π′ *a r* 2) unquam ε (*g r* 1 ? *v et Fran.*) *Pf.* ūquam σ (*et* β) expurgare Ω″ ς″ (*et omn. codd. Cruquii*) *Pph.′ Porph.′* expugnare *y* [*Mellicens.* 1] 54 Ni melius Ω″ ς″ Ne melius *Cruquius* Nil melius *y* quem λ 55 predantur λ *u.* 57 *hic omis. y* [π *pr.*]

57 Tendunt *l* //tendunt λ quid faciam uis denique ? *interpunximus cum Doederlino cf. art. poet.* 267 faciam uis Ω″ ς′ (*et Fran.*) *Pph.′ Porph.′* faciamus *g* (*et* β) *y* 58 amantque? *Doederlinus uu.* 61—73 *exitus euanuerunt in* ε *excepto u.* 62 *u.* 61 *post u.* 62, *et u.* 63 *ante u.* 62 *pon. Ribbeckius* 62 multum] multa et *y* [*Petropolit.*] *opp. florileg. Nostradam.* 63 dem? quid non dem?] ///dem? quid dem λ tu quod δ′ε (β′ σ *a g l* 2 *r v et Lips.*) *Pph.′ floril. Nostr.* tu qd̄ n̄ *E* quod tu *F* λ′ (*et* π) *y Bentleius; nos seruauimus chiasmum* 64 acidum inuisumque *flor. Nostr.* 65 Preter λ′ δ′ caetera *F* δ crea *E* romae mene *y* ω *opp.* Ω″ ς″ (*et omn.*

scribere posse inter tot curas totque labores?
hic sponsum uocat, hic auditum scripta, relictis
omnibus officiis; cubat hic in colle Quirini,
hic extremo in Auentino, uisendus uterque:
interualla uides humane commoda. 'uerum 70
purae sunt plateae, nihil ut meditantibus opstet'.
festinat calidus mulis gerulisque redemptor,
torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum,
tristia robustis luctantur funera plaustris,
hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus: 75

TESTIMONIA.

uu. 72—77 florileg. Nostradam. 75 Donatus ad Terent. adelph. III 2, 21 'hac lutulenta ruit sus' Donatus ad Terent. adelph. IIII 2, 11 cf. Ausonius epist. 10, 25: 'sus lutulenta fugit, rabidus canis impete saeuo'. Lactantius instit. III 8, 9: 'uerum, inquit, obscenus canis aut sus ille lutulentus . . .'

VARIA LECTIO.

codd. Cruquii) *Porph.'* romene *E florileg. Nostrad.* Romana *Baxterus opp. Porph.'*

66 *REDIT ν; ς'' = aut omn. codd. β' (β Fran.) ν π' (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omn. codd. ν σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

68 offitiis φ Quirino *Nic. Heinsius opp. etiam florileg. Nostradam. et cf. Ouid. fast.* IIII 375: 'colle Quirini' *inter uu.* 68 *et* 69 *inseruit u.* 57 *y* [*π pr.*] 70 humanae *E δ' ε* (*σ a 1 r 1 et π 3 Bland.*) cum mane est *Franckeus* haud sane *Froehlichius* homini uni *Ribbeckius* insanum *Düntzerus opp. Pph.' Porph.' gloss. Γ* uer : : *ε* uerum *cett.'' ς'' Pph.'* rerum *y* [1 *Bland. et Tonsanus*] *Cruquius* 71 Purae *E* (*β' σ a r et Lips. omn. Bland.*) *testantur schol. ν et Porph.' ad u.* 75 Plures *F δ' ε* (*ν g v et π*) *Pf.* Plures *λ'* (*d*) 'si pure legitur yronicos intellege' *gloss. Γ* 'interrogatiue pronuntiandum' *Porph.'* Pluresunt *Pph. cf. Liu.* XXIIII 14: 'signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo' plateaę *λ* opstet *δ* (*d 2; d 1 n. l.*) obstet *cett.' ς''* obsit *σ post* obstet *interrogationis signum pon. codicum Horat. pars Porph.' schol. Γ* (*ν ε*) *Doederlinus* 72 festinat] nempe instat *Lehrsius* 73 machinat ignum *E uu.* 74—94 *perpauca supersunt in ε*

74 plustris *E* 75 hac] Hc (*sic*) *ε* Hęc *E 1* fugit *Ω'' ς'' Pph.' Donatus floril. Nostr. quod propter alterum* 'fugit' *u.* 77 *nescio an hic reiciendum erat: ceterum iam Ausonius* (*uide locum quem supra laudauimus*) 'fugit' *legisse uideatur.* furit *r 1 ? y* [*aliquot codd. Feae*

i nunc et uersus tecum meditare canoros!
scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbem,
rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra:
tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos
uis canere et contracta sequi uestigia uatum? 80
ingenium, sibi quod uacuas desumpsit Athenas
et studiis annos septem dedit insenuitque
libris et curis, statua taciturnius exit
plerumque et risu populum quatit: hic ego rerum
fluctibus in mediis et tempestatibus urbis 85
uerba lyrae motura sonum conectere digner?

TESTIMONIA.

76 cf. Petronius sat. 115; 'ite nunc mortales et magnis cogitationibus pectora implete' 77 florileg. Nostradam. '81—84 'Ingenium — quatit' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

1 *Combei*] *praetulerunt Fea et Doederlinus in adnotatione;* fu//*git*// *r: deficit ε* 76 I Nunc λ (N *a miniatore*, I *ab eo qui contextum scripsit*) 77 urbem *E* (*β′ σ a r v et Lips.*) *Porph.′* urbes *F λ′ δ′* (*ν g et π Fran. uar.*) *florileg. Nostrad.* 'urbis' *schol. ε in interpret.* fugit urbes Rite, cliens *disting. Bentleius in curis nouissimis* 79 tu me] Sume *ψ* 1 *ε* (*et π* 1) Si me *r* 1 *ut uid.* 80 contracta *E a. ras. ε* (contr//// *ε*) *y* [*Valentian. corr.* 1 *aut* 2] *Porph.′ uar.;* 'contracta pro detritis et diuulgatis dixit' *schol. Γ* (*Bamberg. Barcinon.*) contacta *F′ λ′ δ′ ς″* (*et* 3 *Bland.*) *Pph.′ gloss. Γ* (*E v Bamberg. Barcin.*) *Stallbaumius* cantata *y* [*V*] contexta *y* cunctata *y Cuninghamus* cinctuta *y* tractata *y* non tacta *Bentleius* non cuncta *Waddelius* confracta *Tunstallus* 'et contacta s. u. u.] legitur et contracta, caute inpressa (imp: *Porf.*), ut ea sequendo contigerit imitator' *Pph. Porph.′;* 'non datur' *ut Propertius ait* 'ad Musas currere lata uia' *sed angustum est poetarum iter et plerique* 'aut non uiderunt uiam qua iretur ad carmen, aut uisam timuerunt calcare' *Petron. satur.* 118 *uu.* 81—86 *del. Lehrsius* 81 sibi quod *Ω″ ς″ Pph.′ flor. Nostr.* sibi qui *y* desumsit *δ* 82 Et *Ω″ ς′* (*et β*) Ut *y* [*Fran.*] anos λ insenuit *Ω″ ς″ Pph.′ florileg. Nostradam.* insinuit *σ* insonuit *y* [*π* 2] 'legitur et insonuit' *Porph.′* 83 curis *E F λ corr. ς* (*et Lips.*) *Pf.* 2 *florileg. Nostradam.* curii *λ′ δ′* (*β′ ν* 2 *uar. et π* 1 *ut uid.*) *Porph.′:* 'nam Curius ob seueritatem taciturnissimus fuit' curiis *Pph.′* 'Mercurii' *pro* 'et curis' *recepit Valartus ex cod. Bellouacensi* [?]; *ε non liquet* curis statua taciturnius, exit *interpung. Doederlinus* 85 Fluctibus *Ω″ ς″* Luctibus *y* immediis λ 86 lirae *ψ pr. λ′: ε non liquet* conectere *E δ′ ς″* connectere *F λ′*

frater erat Romae consulti rhetor, †ut alter
alterius sermone meros audiret honores,
Gracchus ut hic illi, foret *huic ut Mucius *ille.
qui minus argutos uexat furor iste poetas? 90
carmina compono, hic elegos. 'mirabile uisu
caelatumque nouem Musis opus' aspice primum,
quanto cum fastu, quanto molimine circum
spectemus uacuam Romanis uatibus aedem;
mox etiam, si forte uacas, sequere et procul audi, 95
quid ferat et quare sibi nectat uterque coronam.

VARIA LECTIO.

uu. 87—140 *Dan. Heinsius transponebat post epist.* II 1, 229, *Boivinus post epist.* II 1, 118 *aduersante Bentleio* 87 Pactus erat Romae consulto rhetor *Bentlei suspicio opp. Pph.' Porph.'* *Meinekius post* rhetor *haec fere excidisse coniectat:* 'uterque alterius laudum sic admirator'; *aliquid excidisse iam Dan. Heinsius putauerat, contra Doederlinus quae libris tradita sunt per brachylogiam interpretatur,* 'frater' *bis intellegendum esse ratus* frater] suasor *Hamacherus* retor δ' et alter *F* λ' (*r* 1 *et* π 1; *superscr.* ut ψ λ') ut alter *cett.'* λ'2 ς' (*et Lips.*) 89 Craccus λ (C *et* h *minio pictae; l recte*) Garcchus ε Gracus δ Crassus *Bentlei suspicio opp. Porph.'*: 'apud ueteres tam primus iuris consultus Mucius (mutius *Porf.*) Scaeuola extitit, quam orator Tib. Gracchus' illic foret δ'1 hic . . . illi Ω'' ς'' huic . . . ille ω [*editio Britannici*] *Lambinus Bentleius* mutius *E* cius δ'1 90 argutas *E* uersat *Bentleius; sed cf. serm.* I 7, 15. *Senec. epist.* 39, 5: 'nec immerito hic illos furor uexat' *Iuuenal.* 7, 63 *sq.*: 'nisi cum se carmine solo uexant' 91 compono Ω'' ς' (*et Fran.*) conpono *y* [β] cõp: *g* miserabile uisu ω 92 Caelatumque ψ (*ν a et* π) Celatumque φ λ' δ' ε ς' Caelatum, *om.* que, *E* Sacratumque *Bentleius*, *idem post* spectemus *ponit semicolon; sed cf. anthol. Palat.* VIIII 545: '*Καλλιμάχου τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε· δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ὠνὴρ τοὺς Μουσέων πάντας ἔσεισε κάλως*' opus aspice: primum *disting. Fea*, *sed cf. epist.* II 1, 170—174. *Propert.* III 8 (16), 29 *sq.*: 'aspice quid donis Eriphyla inuenit amaris, arserit et quantis nupta Creusa malis' 93 fastu] factu δ'1 'circumspectemus] una pars orationis est diuisa in duos uersus Lucili more et antiquorum' *Pph.' Porph.'* 94 uacuã, *uirgula ab alt. m. esse uid.* δ edem λ δ' *uu.* 95—98 *toti abscisi in* ε 95 uacas Ω'' ς'' (*et omn. codd. Cruquii*) *Pph.' Porph.'* uacat *y* ω; *Ouid. fast.* III 87: 'quodsi forte uacas, peregrinos inspice fastos' pcul *E ut uid.* 96 quare] qid *F* qualem *y*

caedimur et totidem plagis consumimus hostem,
lento Samnites ad lumina prima duello.
discedo Alcaeus puncto illius; ille meo quis?
quis nisi Callimachus? si plus adposcere uisus, 100
fit Mimnermus et optiuo cognomine crescit.
multa fero, ut placem genus inritabile uatum,
cum scribo, et supplex populi suffragia capto;
idem, finitis studiis et mente recepta,
opturem patulas impune legentibus aures? 105
ridentur mala qui componunt carmina; uerum
gaudent scribentes et se uenerantur et ultro,
si taceas, laudant quicquid scripsere beati.

TESTIMONIA.

uu. 106—119 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

97 Caedimur *π′ a r* Cedimur *E F λ′ δ′ ς* Credimur *β′* 1 98 ['lumina prima. *duo Bland.* aperte habent prona, sed *V* per lituram lumina prima, id est prima luce . . .' *Cruqu.*] 'ad lum. p. (ad lumina prima *Pf. item cod. Chisianus*)] usque ad lucernam id est ad uesperam' *Pph.' Porph.'* *uu.* 99—115 *nil restat in ε nisi extrema uersuum* 99 alcaeus *a Pph.' Porph.'* alceus *E F λ′ δ′* 100 challimachus *E* callimacus *F* si plus] *omis. δ′* 1 adposcere *Ω″ ς′ (et β) Pph.' cons. Porph.'* apposcere *y* [*Fran.*] attollere *y* 101 mimnermus *δ λ p. corr.* (*ν σ a p. ras. r* 2 *v*) mimner//m' *a* mimnernus *ψ φ corr. λ′* inimnermus *E* mimneruus *φ pr.* (*d*) cognone *E* crescit *E F λ′ δ′ ς cons. π′ r* crescet *ε* (*et Fran.*) *y* crescat *y* [*β*] 102 inritabile *E y* [*Gronou.*] *Pph.* irritabile *cett.″ ς″ Pf.* post uatum *semicolon pon. Doederlinus improb. Kolstero* [*annal. philol. et paedag.* LXXXI *p.* 137] 103 Tū *ψ* 1 suplex *λ* suffr: capto] suffragia posco. ł capto *ν* 105 Opturem *F λ′ δ′* (*β′ ν* 2 *uar. a et π; v, sed* u *in ras.*) *Pf.* Obturem *E* (*r et Lips.*) *Pph.* Opdurem *g* Obdurem *ν σ* obtundem *Wakefieldus* inpune *E* (*ν σ*) impune *F λ′ δ′ ς″* auras *δ′ ε* aures *cett.′ ς″ Porph.′* post aures *interrogationis signum posuimus cum Doederlino* [*Horat. epist.* II *p.* 86 *sqq.*]; *aliter enim coniunctiuus* 'opturem' *explanari nequit, cf.* 126: 'praetulerim?' 106 conponunt *λ* (*ν et β*) componunt *cett.′ ς′* (*et Fran.*) *florileg. Nostradam.* 107 fenerantur *E* 108 quicquid *Ω″ ς″ Pf. florileg. Nostradam.* quidquid *Pph.* quitqd *g* scribere *E* 1 *ante* 'beati' *distingunt codd. pars et Porph.′*

at qui legitimum cupiet fecisse poema,
cum tabulis animum censoris sumet honesti; 110
audebit, quaecumque parum splendoris habebunt
et sine pondere erunt et honore indigna ferentur,
uerba mouere loco, quamuis inuita recedant
et uersentur adhuc inter penetralia Vestae;
obscurata diu populo bonus eruet atque 115
proferet in lucem speciosa uocabula rerum,
quae priscis memorata Catonibus atque Cethegis
nunc situs informis premit et deserta uetustas;
adsciscet noua, quae genitor produxerit usus.
ueemens et liquidus puroque simillimus amni 120
fundet opes Latiumque beabit diuite lingua;

VARIA LECTIO.

109 *codd. g et Vindobon. nouam incipiunt epistulam, cui inscriptum est in Vindobon.:* LEX POEMATVM 110 censoris sumet $\Omega''\varsigma''$ *flor. Nostr.* sūmet censoris *g* cunq, *E* (*v*) *Pf. opp. Pph. flor. Nostr.*

112 *INCIPIT cod. D; Ω'' = D E F λ′ (λ l) δ′ (δ d) ε, ς'' = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codicum ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur, ς = aut omnes codd. ν σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

112 spondere λ feruntur *D E δ′ ε* (*β′ ν σ a r et Lips. cons. g*) ferentur *F λ′* (*v et π*) *florileg. Nostradam.* fruentur *Horkelius* 113 inuita rec:] inuita sequantur · ł recedant *ν*, *ortum ex art. poet.* 311 114 et] dum *Doederlini suspicio* II *p.* 90 *opp. Pph.′ florileg. Nostrad.* inter $\Omega''\varsigma''$ *ω florileg. Nostrad. defic. ε* intra *y* (?) *ω* ueste *λ ε*

V. 115 *VLTIMVS IN ε; Ω'' = D E F λ′ (λ l) δ′ (δ d)*

115 Obscurata Ω'' *floril. Nostr. cons.* ς'' *Porph.′* ^{po}pulo *E* 116 inluē *E* 1 *aut pr.* sp&iosa *λ* ucabula *λ* 117 *sq.* priscis — nunc] *del. Hitzigius opp. florileg. Nostradam.* 118 p̄mit/// *E* uetustas] uestas *δ pr. aut* 1 119 Adsciscet *E δ* (*ν σ a g r* 2 *aut corr. et Lips.*) *Pph.′* Adscisset *β′ d* (*et π*) Asscisset *D* Asciscet *F λ′* (*r* 1 *aut pr.* [*et Basil.* I; *v n. l.*]) Asciscit *florileg. Nostradam.* 120 Ueemens et liquidus *δ* Vehemens et liquidus *E F λ′ ς″* [*et Basil.* I; *v n. l.*] Et uehemens liquidus *D y* Et liquidus uehemens *σ d* 2 *marg. r* 2 *marg.* Hic uehemens, liquidus *y cf. Brambach. orthogr. Lat. p.* 286 121 lacium *D*

luxuriantia conpescet, nimis aspera sano
leuabit cultu, uirtute carentia tollet,
ludentis speciem dabit et torquebitur ut qui
nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur. 125
praetulerim scriptor delirus inersque uideri,
dum mea delectent mala me uel denique fallant,
quam sapere et ringi? fuit haut ignobilis Argis
qui se credebat miros audire tragoedos
in uacuo laetus sessor plausorque theatro, 130
cetera qui uitae seruaret munia recto
more, bonus sane uicinus, amabilis hospes,
comis in uxorem, posset qui ignoscere seruis
et signo laeso non insanire lagoenae,

TESTIMONIA.

122 sq. florileg. Nostradam. 'nimis — cultu' glossarium Mai [class. auct. VIII 306] 125 imitat. Persius 5, 123: 'tris tantum ad numeros satyrum moueare Bathylli' uu. 126—133. 135—142. 144. 146—157 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

uu. 122 *sq. ante u.* 120 *transponendos statuit Botheus* 122 conpescet *F* (*a*) compescet *cett.*" ς" (cōp: *g*) *flor. Nostr.*, *sed in δ alterum* c *in ras.* sano *E* 123 Lęuabit *D* Lenibit *flor. Nostr.* carentia *D E* 2 *aut* 1 *ψ in ras.* λ *corr.* (σ *l* 2 *v* et β) *flor. Nostr.* carencia *g* calentia *E* 1 *aut* 2 *F* λ′ *pr.* δ′ (*v a r et π pr. Fran.* 4 *Bland. cons. Lips.*) *gloss.* Γ: 'in usu posita' 124 sp&iem λ ut *D* 125 nunc Satyrum agrestem, nunc et Cyclopa mouetur *Wakefieldus* satirū *D* λ *pr.* satyrum *cett.*" mouet *E* *uu.* 126—140 *ex Flori persona dictos accipit Dacierus, malo poetae cuidam adsignant Gesnerus Doeringius Botheus* 126 Pretulerim φ λ′ δ′ 127 delectant δ′ (*g v*) *y* delectent *cett.*′ ς" *florileg. Nostradam.* fallant Ω" ς" *florileg. Nostradam.* fallent *E* 2 *y* 128 ringi? *interpung. Glareanus Doederlinus alii* haut *E ψ pr.* (σ *d pr.*) aut *g l pr. Pph.*′ haud *D* φ *ψ corr.* λ δ ς" *florileg. Nostradam.* argus *y* [2 *codd. Torrenti*] *Sanadonus opp. Pph.*′ *Porph.*′ *flor. Nostr.* 129 tragedos λ traguoeclos δ 1, *recte* δ 2 130 letus λ sessor *D* theathro φ 131 Cetera δ′ 1 (*a g v et* β *Lips.*) *Pph. florileg. Nostradam.* Caetera δ 2 *cett.*′ ς *Pf.* qui] quae *l* 1 132 uicimus λ *a. ras.* 133 comis λ, *recte l* ½ *signo* 134 ligno *l* leso λ lagoenę *E* lagoenae *a* (*et Lips.*) lagoene *g r* lagęne *D* lacenae *F* δ′ 1 (*l et π* 1) lacaenę λ 1 lagenae λ 2 δ′ 2 (β′ σ *v*) lagęnę *v*

posset qui rupem et puteum uitare patentem: 135
hic ubi cognatorum opibus curisque refectus
expulit elleboro morbum bilemque meraco,
et redit ad sese: 'pol! me occidistis, amici,
non seruastis' ait, 'cui sic extorta uoluptas
et demptus per uim mentis gratissimus error'. 140
nimirum *saperest abiectis utile nugis,
et tempestium pueris concedere ludum,
ac non uerba sequi fidibus modulanda Latinis,
sed uerae numerosque modosque ediscere uitae.
quo circa mecum loquor haec tacitusque recordor: 145
'si tibi nulla sitim finiret copia lymphae,
narrares medicis: quod quanto plura parasti,
tanto plura cupis, nulline faterier audes?
si *uolnus tibi monstrata radice uel herba
non fieret leuius, fugeres radice uel herba 150
proficiente nihil curarier: audieras, cui

TESTIMONIA.

141 ecbasis captiui u. 1226 142 cf. ecbasis captiui u. 1227: 'me tempestiuum psalmis concedere ludum'

VARIA LECTIO.

135 patentem *D E F* 2 *λ'* 2 *δ'* 2 *ς'* (*et Lips.*) *floril. Nostr.* parentem *F* 1 *λ'* 1 *δ'* 1 (*et π* 1) 137 elleboro *E F λ' δ' ς* (*π'* 2 *cons. β'*) *Pph. florileg. Nostradam.* eleboro *D* helleboro *Pf.* illeboro *π' r* 138 redit *δ* occidistis *δ* 139 cui] quod *Pph.' opp. florileg. Nostrad.* 140 per uim *Ω'' ς''* *floril. Nostrad.* pretium *ω* [*editio princeps*] *per uim in ras. r* mentis] *omis. δ'* 1 *y* [*Voss.* 1] 141 sape... est *δ*, *lineola per* p *ducta ab alt. m.* *u.* 142 *post u.* 144 *ponit Todtius*
142 tempestiu *δ'* tempestiuum *cett.' ς'' Pph.' florileg. Nostr.* 144 Sed *Ω'' ς''* uere *δ' g v et Lips., florileg. Nostradam.* uerae ... uitae] uitae ... uerae *y opp. etiam florileg. Nostrad.* edissere *D* 145 hec *λ* 146 copia *D* copia *δ*, *puncta a δ* 2 *esse uideantur* lymphae *D E λ δ'* 147 Narrares *E δ* quid *φ corr.* quito *D* quando *δ* 1 148 Nato *δ'* 149 uolnus *Ω'' ς'' Pph.' florileg. Nostradam.* *u.* 150 *omis. D pr. E* 1 *v pr. λ'* 1 *y* [*π* 1 *Bruxell. Fran. pr. ut uid. Zulichemian.*] *habent φ δ' λ'* 2 *ς* (*et ζ Lips., Porph.' florileg. Nostradam.*

rem di donarent, illi decedere prauam
stultitiam, et cum sis nihilo sapientior ex quo
plenior es, tamen uteris monitoribus isdem?
at si diuitiae prudentem reddere possent, 155
si cupidum timidumque minus te: nempe ruberes,
uiueret in terris te siquis auarior uno.
si proprium est, quod quis libra mercatus et *aerest,
quaedam, si credis consultis, mancipat usus:
qui te pascit ager, tuus est, et uilicus Orbi, 160
cum segetes occat tibi mox frumenta daturus,
te dominum sentit. das nummos, accipis uuam,

TESTIMONIA.

159 Eutyches II 11 p. 480 K.: Hor. serm. lib. II: 'quaedam, si credis consultis, mancipat usus'

VARIA LECTIO.

152 dii λ′ *flor. Nostr.* di *cett.′* donarent Ω″ ς″ *Pph.′ florileg. Nostradam.* donarunt *y* donarant *y* donarint *Bentleius* dec//edere *E*

VV. 153—192 *DESVNT D PERDITO FOLIO VNO; Ω″ = E F λ′ (λ l) δ′ (δ d); ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ a g r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

153 Stulticiam *E λ* 154 Dicior *flor. Nostr.* monitoribus Ω″ς *flor. Nostr. cons. π′* rationibus *uel* racionibus *β′ y* sermonibus *y* [*Montepessul. uar. Schmidii secundus*] 155 A//ι δ (ι *ab alt. m.?*) At *cett.* ς″ *Pph.′ flor. Nostr.* Ac *l y Badius* diuiciae λ prudentem Ω″ ς″ *flor. Nostr.* sapientem *y* 156 minus tu (tū σ) nempe σ *y flor. Nostr. Cuninghamus* ruberes Ω″ ς′ (*et π* 2 *Lips.* 2) *Porph.′ flor. Nostr.* puderes *E* 2 *y* (nempe/// *ruberes Lips.*; *π* 1 *n. l.*) 158 Si δ quod quis Ω″ ς″ *Porph.′* q. q. *Pph.′* quicquid *y* [3 *Bland.*] mercatus et aere est *E* (σ *a r et β* 1 *Lips.* 2 *V*) *Porf. cons. Porph.* mercatus et aere *π′* mercatur et aere *F λ′ δ′* (*v et β* 2 *Fran.* hære *ν* ere *g*) mercamur et aere *y* [3 *Bland.*] *perfectum accuratius est ideoque aptius in quaestione iuridiciali cf. Gaius* I § 119: 'is qui mancipio accipit, aes tenens ita dicit: hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio isque mihi emptus esto hoc aere aeneaque libra' 159 mancipiat δ mancipat *cett.′* ς″ *Pph.′* mancipit *g*, *Hor.* mancupat *scripsisse putauerim* 160 uilicus *E F λ* (*ν π′a*) *Pph. schol. ν* uillicus *δ′ ς′ Pf. schol. r* orbi *E* ς″ *Pf.* orbii *F λ′ δ′* (*v*) o. *Pph.* 'ornius' *Porph. in interpret.*

161 daturus *E* (*β′ σ a g l* 2 *r* 1 *v*) *schol. Barc.* daturas *F* daturas *λ′ δ′* (*ν π′r* 2 *et* 4 *Bland.*) *Bentl.* 162 sentis *λ* 1 *aut pr. y* sentit *cett.′* ς″ senti *I. H. Vossius*

pullos, oua, cadum temeti: nempe modo isto
paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis
aut etiam supra nummorum milibus emptum. 165
quid refert, uiuas numerato nuper an olim?
emptor Aricini quoniam Veientis et arui
emptum cenat holus, quamuis aliter putat; emptis
sub noctem gelidam lignis calefactat aenum;
sed uocat usque suum, qua populus adsita certis 170
limitibus uicina refugit iurgia: tamquam
sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horae
nunc prece, nunc pretio, nunc ui, nunc morte suprema

TESTIMONIA.

169 cf. ecbasis captiui u. 1212: 'sub noctem gelidumque foco calefactat amicum' 170 sq. 'qua — iurgia' Seruius ad Aen. VI 603 glossarium Mai [classic. auct. VIII 54] 'populus — iurgia' glossarium Mai [classic. auct. VIII 436] 'et populus — limitibus' glossarium Mai [classic. auct. VIII 522] 170 'qua populus adsita surgit' Agroetius p. 2274 P. 172—177: 'Non proprium — horrea' florileg. Nostradam. 172—174 Willelmus uita s. Thomae [Giles. II 325]: 'nil proprium dicens quod puncto mobilis horae — iura' 173 cf. Ouid. fast. II 806: 'nec prece nec pretio nec mouet ille minis'

VARIA LECTIO.

163 isto] sto *Lachmannus ad Lucret. p.* 197 usus *uel* uti *Lehrsius* 164 merearis *E a. ras. et corr.* 165 numorum δ' milibus $\Omega''\varsigma'$ millibus π' *a a. ras. g* epmtum ψ 167 arcini δ' quoniam Ω'' ς'' (*et omn. Bland.*) *Cruquius* quondam ψ *superscr.* (*v*) *y* [π 2 *Basil.* I, *Cruquii Mart.*, *Montepessul. Parisini* 7976. 8214 *ab alt. m.* 8216 *corr. Sorbonens.* 1 *Vindobon.*] quando *y* (?) quidam *y* [*Montep. uar.*] 168 Emptum $\Omega''\varsigma''$ *Pf.* Emptor σ *g pr. y* cenat *E* δ *corr.* (β' *d g v*) cenet δ *pr.* caenat *F* λ' holus $\Omega''\varsigma'$ (*et Fran.*) h. *Pph.* olus *y* [β *Nostradam.*] *Pf.* putat $\Omega''\varsigma''$ putet ν 169 *lignis calefactat E* aenum] enium λ, *recte l* 170 Sed $\Omega''\varsigma''$ quia *E* 1 qua *cett.*''ς' *Pph.*' quod π' quoad *r* 1 adsita $\Omega''\varsigma''$ *cons. Pph.*' assita *v glossar. Mai* 171 Liminibus λ refugit $\Omega''\varsigma'$ (*et* β) *Seruius glossarium Mai duobus locis* 'qua populus . . . indicat fines certos et uicinorum iurgia uitare f.' *Porph.*' refigit *v y* [*Basil.* I *a* 1. *m. Fran.*] *Bentleius* refligit *Holderus* refringit *Horkelius* refutat *Ribbeckius* refixit *Lehrsius sed cf. Ter. Andr.* 766. iurgia] uirga *E* 1 tanq *E* (*g v*) tamquam *cett.*''ς'' 172 quicquam $\Omega''\varsigma''$ *flor. Nostr.* quitquam *g* orae *E* 1 173 precio *E* λ morte suprema Ω'' *floril. Nostrad. Willelmus cons.* ς'' sorte suprema ω *sed cf. serm.* I 7 13: 'ultima . . .

permutet dominos et cedat in altera iura.
sic quia perpetuus nulli datur usus et heres 175
heredem alterius uelut unda superuenit undam,
quid uici prosunt aut horrea? quidue Calabris
saltibus adiecti Lucani, si metit Orcus
grandia cum paruis, non exorabilis auro?
gemmas marmor ebur Tyrrhena sigilla tabellas 180
argentum uestes Gaetulo murice tinctas
sunt qui non habeant, est qui non curat habere.
cur alter fratrum cessare et ludere et ungui
praeferat Herodis palmetis pinguibus, alter
diues et inportunus ad umbram lucis ab ortu 185
siluestrem flammis et ferro mitiget agrum,
scit Genius, natale comes qui temperat astrum,

TESTIMONIA.

uu. 178—186: 'si metit — agrum' florileg. Nostrad. 184 Priscianus instit. VI 11, 61

VARIA LECTIO.

mors' *Sil. It.* V 416 *sq.*: 'morte suprema' *Boet. de phil. consol.* II 7: 'morte suprema' 174 Pmut& *E* ı Permutat *flor. Nostr.* domos *E* ı *aut pr.* cedet *F λ* caedet *l* cedat *cett.'* ς″ cedat *ν* cedit *flor. Nostr.* 175 Nulli p: rerum datur *flor. Nostr.* Sic *g y* [*Par.* 8214] Si[sic] *E y* [*Mell.*] Si *v* Si *F λ′ δ′* ς″ *Pph.' Porph.' Fea* Sed *ν y* quia *Ω* ς″ qua *d* ı *l* ı *Pph.'* nuli *λ* heres *δ′* 176 Heredē//, *lin. ab alt. m. E* alternis *y Bentl.* uelut *δ* 177 uici] uites *Canterus fretus Porphyr. olim uolg. falsa lectione* 'uineis' *pro* 'uicis' *quod codd. testantur* psunt, p *in ras.*, *δ* horrea, *interpung. Doederl.* 178 emetit *Pph.* *uu.* 180—182 *del. Lehrsius* 180 tyrrhena *E* (*g*) *Pf.* tyrrena *F λ′* tirrena *δ′* 181 uestes *Ω″* ς″ *florileg. Nostrad.* g&ulo *E Pph.* getulo *F λ′* getulo *δ* 182 curat *Ω″* ς″ *florileg. Nostradam. Bentleius* curet *y* [3 *codd. Valarti* (?)] *ω* *uu.* 183—189 *post* I 12, 11 *ponit Ribbeckius* 183 fratrum] frater *δ′y* [*Gron.*] *opp. Pph. Porph.' flor. Nostr.* ungui *Ω″* ς″ ungi *σ Pf.* *florileg. Nostradam.* 184 Preferat *E λ′ δ′* Prefert *florileg. Nostradam.* polmetis *E pr.* 185 Dirus *Bardilius opp. florileg. Nostradam.* et] *omis. E pr. λ* inportunus *E F λ δ* ı (*ν σ a v* et *β*) *Pph. florileg. Nostradam.* importunus *δ* 2 (*π′ d g l r* et *Fran.*) *Pf.* 186 mittiget *β′* mitigat *floril. Nostrad.* 187 gen' *E* temperet *v* *u.* 188 *post u.* 189 *E pr.*

naturae deus humanae, mortalis in unum
quodque caput, uoltu mutabilis, albus et ater.
utar et ex modico quantum res poscet aceruo 190
tollam, nec metuam quid de me iudicet heres,
quod non plura datis inuenerit; et tamen idem
scire uolam, quantum simplex hilarisque nepoti
discrepet et quantum discordet parcus auaro.
distat enim, spargas tua prodigus, an neque sumptum 195
inuitus facias neque plura parare labores,
ac potius, puer ut festis Quinquatribus olim,
exiguo gratoque fruaris tempore raptim.
pauperies inmunda domus procul absit: ego utrum

TESTIMONIA.

189 'albus et ater' florilegium Cusan. [cod. saec. XII] uu. 190—196 florileg. Nostradam. 190 iam schol. Γ confert Pers. 6, 22: 'utar ego, utar' 197 glossarium Mai [classic. auct. VIII 23]: 'unde Horatius in epistolarum libro: ac potius festis puer ut quinquatribus'. idem [classic. auct. VIII 487]: 'unde Horatius in epistolis: an potius puer festis quinquatribus' schol. Lucan. Berolin. I 254: 'instituerunt sacrificia Mineruae per quinque dies, quos Horatius uocat quinquatria'
uu. 198—213 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

188 *comma non ante* 'mortalis', *sed post* 'mortalis' *pon. Doederlinus opp. codd.* mortalis] immortalis *Hartungius de Romanorum religione* I 34 mortalium *Schoemannus* fatalis *Ribbeckius* 189 uoltu *F λ′ δ′ y* [*Gronou.*] uultu *E ς″ Pph.′* motabilis *E* alter *d pr.? y* [*Lips. et supplementum codicis γ*] 190 e modico *florileg. Nostradam.* poscet *Ω″ ς″ flor. Nostr.* poscit σ possit *Pph.′ Porph.′*
191 tollam] Tolā λ 192 Quot φ quod non] Quid *E* 1
193 *REDIT D; Ω″ = D E F λ′ (λ l) δ′ (δ d); ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*
193 uolam *Ω″ς″ Pph.′ flor. Nostr.* uolo *g* uelim *y* 194 quātū λ
195 Dista *E* 1 tua] *om. E* 196 nec *flor. Nostr.* 197 pocius *D* 198 fruatis *E* 199 inmunda *D E F δ′ ς′* (*et Fran.*) *flor. Nostr.* immunda *λ′* (*et β*) Īmda *g* domus procul absit *D E F* 2 *λ* 2 *aut corr. δ* 2 (*β′ν σ a g l r v et π* 2 *Lips.*) procul, *omissis* domus *et* absit, *F* 1 *λ* 1 *aut pr. δ′* (*et π* 1) procul domus absit *y* [*cod. coll. Trin.*] ω *flor. Nostr. Stallbaumius* modo procul absit *I. M. Gesnerus probante*

naue ferar magna an parua, ferar unus et idem. 200
non agimur tumidis uelis Aquilone secundo:
non tamen aduersis aetatem ducimus Austris,
uiribus, ingenio, specie, uirtute, loco, re
extremi primorum, extremis usque priores.
non es auarus: abi! quid? cetera iam simul isto 205

VARIA LECTIO.

Ω″ = D E F λ′ (λ l) δ′ (δ d); ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur Meinek.; procul procul absit *y* [1 *cod. Pulmanni*] *Bentleius cui plurimi adstipulantes praetulerunt istam repetitionem nimis hic tragicam uel ut cum Gesnero loquamur paratragicam* domo procul absit *y* [1 *cod. Feae et* 1 *Pulmanni*] domu procul absit *coni. apud Lambinum* domo ut procul absit *Apitzius* modo ut procul absit *Kuschelius* mihi procul absit *Düntzerus* penus procul absit *Schneebergerus* tamen procul absit *Lucianus Müllerus* procul, precor, absit *Bentlei suspicio. si in lectione optimis libris tradita stamus, sententia huius loci non discrepat cum altera scriptura:* 'domu procul' *quam propter codicum auctoritatem repudiauimus. domus autem genetiuo casu accipiendum est, nec uero, quod Doeringius fecit, nominatiuo; et hoc, ni fallor, uoluit Flaccus: odi domum inmunda egestate laborantem, procul absit a mea domo inportuna pauperies cf. c.* III 16, 36. *Statius s.* III 4, 33—35: 'tu sordida tecta iugumque seruitii uulgare feres? procul absit: ego isti, quem meruit, formae dominum dabo' asit *g pr.* 200 magna an parua] parua an magna *florileg. Nostradam.* 202 aduersis *Ω″ ς″ Pf. floril. Nostr.* auersis *λ corr. y* astris *E* astris *y recte etiam floril. Nostrad.* 203 ingenio *Ω″ ς″ Pph.′ florileg. Nostrad.* ingenua *y* [1 *Bland.*] ingenita *y* [1 *Bland.*; '*V autem totus ad finem huius epistolae partim oblitteratus est partim lacer*' *Cruqu.*] loco, re] colore *F λ′ δ′ (π′* 1) 204 extrem' usque *E* 1 205 abi. quid *D in loco raso post* auarus *codd. partim colon uel comma (E λ* [2?] *ν d l r Barc.) partim interrogationis signum ponunt (δ Basil.* I *Bruxell. Lips. Valent. Voss.) partim non distingunt (D F Fran.); post* abi *interp. omnes codd. de quibus notauimus (D E F λ* [2?] *δ′ ν a l r Barcin. Basil.* I *Bruxell. Fran. Lips. Val. Voss.); post* quid *partim interpungunt (E F λ′ ν d Barc. Basil.* I *Fran. Bruxell. Valent. Voss.) partim non (δ a Lips.)* [non es auarus? abi. quid cetera? iam simul isto cum uitio fuge: rite caret 2 *Bland.*; quod cetera iam simul isto cum uitio fuge. 2 *Bland.*] *schol. Γ:* 'Quid inde, si non es auarus? numquid idcirco cum isto uitio recesserunt omnia uitia? non' *Porph.′:* 'scimus te non esse auarum; uade securus de hoc ipso; sed

cum uitio fugere? caret tibi pectus inani
ambitione? caret mortis formidine et ira?
somnia, terrores, magicos, miracula, sagas,
nocturnos lemures portentaque Thessala rides?
natalis grate numeras? ignoscis amicis? 210
lenior et melior fis accedente senecta?
quid te exempta iuuat spinis de pluribus una?
uiuere si recte nescis, decede peritis.
lusisti satis, edisti satis atque bibisti:

TESTIMONIA.

208 glossarium Mai [classic. auct. VIII p. 519] 210 sq. cf. Pers. 5, 109 sq.: 'es modicus uoti presso lare? dulcis amicis? e. q. s.' uid. ad art. poet. 43 210 'natalis — numeras' Seruius ad eclog. 3, 76 212 sq. florilegium Paris. 8069 212 cf. ecbasis captiui u. 1215: 'ericium uafrum seruis de pluribus unum' et simil. u. 709 214 huc (et ad epist. I 10, 49 et c. III 29, 43) respexisse uideatur qui carmen illud fecit marmori insculptum quod edidit Bonad. carm. ex ant. lap. II p. 536: 'uixi, edi atque bibi, lucro meris atque popino: haec mihi quot curis uita peracta fuit! qui legis haec diuae bona uerba precare Vacunae, nunc saltem uacuo donet ut esse mihi'

VARIA LECTIO.

quid prodest auarum te non esse, si in ceteris haeres uitiis (caeteris heres intus *Porf.*) ac teneris?' 'quid cetera (cet: *Porf.*) iam simul] sic pronuntiandum est, ut intellegatur (intellig: *Porf.*) non fugisse alia uitia (uicia *Porf.*)' *Pph.' Porph.'* ia cetera sit *g* caetera *D F* δ 2 iam Ω'' ς'' *Pph.'* num *y florileg. Nostradam. Muretus* dum *Chabotius* 206 uicio *D E* λ fugere *D F* λ' δ' 1 (π' *v*; fuge re *r*) *Porph.' schol.* Γ *florileg. Nostradam.* fuge · rite *E* ψ 2 δ' 2 (β' *v a g r* 2 *et* 4 *Bland.*; fuge rite σ) fugere *rite* car& pectus *y* [*Gronou.*] rites ł cal& λ *superscr.* tibi *om. g in lacuna u.* 207 *om.* δ' *pr. y* [*Bamb. pr. Barc.* 1] 207 Ambicione *D* et ira] dirae *Spengelius* 209 potenta δ' 1 thesalla *F* thessalla λ *a. ras.* thersala *E* 210 Natalis *D* (*v a*) *y* [π *Bruxell. Valentian.* 1] *Seruius* Natales *cett.*" ς' *Pph.' florileg. Nostrad.* fataleis *y* [*codd. Mart. et Silu. apud Cruqu.* (?)] gratę δ' numertis *E* 1 *aut pr.* 211 sis *E* λ' (β') *opp. etiam florileg. Nostradam.* accendente δ *y* 212 exepta *D* 1 exemptaţ λ iuuit *D* iuuat *cett.*" ς'' *Pf. flor. Nostr.* uiuat *d pr. om. v pr. Porph.' interpr.*: 'quid prodest, inquit, uno ergo (ego *Porph.*) te carere uitio, a tam multis possessum?' leuat *y* [*Bamberg.* 3 *Bland.* 1 *cod. Feae*] L. *Pph. cf. serm.* I 1, 41 *et Persius s.* 2, 62: 'quid iuuat?' *u.* 213 *delet Lehrsius* 213 recte nescis Ω'' ς'' *Pph.' florileg. Nostradam.* nescis recte *v* decaede λ'

tempus abire tibi est, ne potum largius aequo 215
rideat et pulset lasciua decentius aetas'.

TESTIMONIA.

215 cf. Statius s. II 2, 127 sqq.: 'dubium quem non in turbine rerum deprendet suprema dies; sed abire paratum ac plenum uita'

VARIA LECTIO.

215 equo λ 216 Redeat *E* 1 *aut pr.* pulset] plaudat *y* [1 *Bland. uar.*] decenti *V S E* decentius *cett.*" *Pph.' Porph.' schol. Γ cons.* ς'' licentius *v* (*et* π 2 *uar.*) *y prob. Barthio repugn. Bentleio qui confert c.* III 15, 7—9 *et Iuuenal.* 11, 201 *sq.*: 'spectent iuuenes, quos clamor et audax sponsio, quos cultae decet adsedisse puellae' *et uid. art. poet.* 106 *sq.*: 'decent . . . ludentem lasciua . . . dicta' frequentius *Nic. Heinsius* etas φ *post u.* 216 *in codd. D E F* λ'' δ' (ν π' *a r v et* β) *secuntur serm.* I 1 *sqq.*; σ *Porph.' finiunt; in y* [*Fran.*] *sequitur uita Horati*

Q · HORATII · FLACCI · EPISTOLARVM · (EPŁARV̄ *F*) LIBER · SECVNDVS · EXPLICIT · ⁘ *E F* λ δ^a (*a*) FINIUNT LIBRI ЄPŁARUM QUINTI · FLACCI · hORATII · *v*

Q. HORATI FLACCI

DE ARTE POETICA

LIBER

Humano capiti ceruicem pictor equinam

TESTIMONIA.

DE ARTE POETICA. 1—4 Quintilianus instit. VIII 3, 60: 'id enim tale monstrum, quale Horatius in prima parte libri de arte poetica fingit: humano capiti — uelit et cetera ex diuersis naturis subiciat' cf. Ioannes Saresberiensis policr. II 18: 'disiuncta coniungit, ut si humano capiti ceruicem iungat equinam uarias inducens undique plumas, ut iuxta poetam turpiter atrum desinat in piscem mulier formosa superne'. Petrus Cluniacensis epist. I 16 [biblioth. Cluniacens. ed. Marrier. p. 637c]: 'ne forte iuxta poetam humano capiti ceruicem pictor equinam iungere uidearis, et mulierem formosam superne in atrum piscem desinere cogas' 1 sq. Petrus Cluniacensis epist. IIII 17 [biblioth.

VARIA LECTIO.

Q · HORTII FLCCO D ARTE ꝑETIO INCP̄ *γ* POETICA ORATII INCIP̄ *B fol.* 182 ᵛ ·L· FLACCI hORATII LIBER CARMINŪ · IIII · ‖ EXPLICIT · INCIPIT DE ARTE POETICA *C* Q · (*om.* *δ*) HORATII FLACCI CARMINV̄ LIBER IIII EXPLICIT ‖ INCIPIT DE ARTE POETICA *φ δ* (*a*) *cons.* *β′*, ‖ INCIPIT EIVSDEM LIBER (*om.* *ψ λ*) DE ARTE POETICA (*add.* LIBER *ψ*) *ψ λ′u cons.* *r* POETICUS LIBER *σ* INCIPIT LIBER HORATII FLACCI DE ARTE POETICA *v* INCIPIT DE ARTE POETICA ‖ FINIT DE CENTUM GENE ‖ RIBVS ME TRORVM *y* [*Lips. post carminum libr.* IIII.]: *inscriptionem omis.* *ν τ* *ut omnes quos nouimus codices praeter Zulichemianum etiam V post carmina hunc librum exhibuit; in Zulichemiano post carm. saec. legimus: post epistulas primus locauit H. Stephanus.* Oratius (*omis. florileg. Nostradam.*) in poetria *florilegia Paris.* 8818ᵃ *et Nostradam.* Incipit liber poeterie *y* [*Parisin.* 8219] 'hunc librum qui inscribitur de arte poetica . . .' *Porph.*' 'In hoc libro est intentio Oratium tractare de arte poetica' *tractat. Vindobon.* 'librum de arte poetica' *primus laudat Quintilianus* [*instit.* VIII 3, 60], *epistulis accenset Charisius* [*p.* 202. 204 *K.*]; *ceterum idem* [*p.* 202 *K.*] *Q. Terenti Scauri commentarios* 'in artem poeticam' *commemorat; totum librum Horatio abiudicabat Harduinus; A. Riccobonius D. Heinsius L. Desprezius P. A. Petrinius Bouhierus Peerlkampus miras hic sibi luxationes finxerunt, de quibus omnibus uide Gruppei Minoem p.* 225—228; *eandem uiam nuper ingressi sunt Ribbeckius ac Lehrsius*

Ω′ = *omnes codd.* *γ B C F λ′* (*λ l*) *δ u*; *ς″* = *aut omnes codd.* *β′* (*β Fran.*) *ν π′* (*π Lips.*) *σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*; *ς* = *aut omn. codd.* *ν σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

1 Humano *δ* capiti] pectori *B pr.* pectore q̃nã *B*

iungere si uelit et uarias inducere plumas
undique conlatis membris, ut turpiter atrum
desinat in piscem mulier formosa superne:
spectatum admissi risum teneatis amici? 5
credite, Pisones, isti tabulae fore librum
persimilem cuius uelut aegri somnia uanae
fingentur species, ut nec pes nec caput uni

TESTIMONIA.

Cluniac. p. 846[b]] et legis Sarracenorum synops. p. 1113[e]: 'et sic undique monstruosus, ut ille ait, humano capiti ceruicem equinam (equinam ceru: epist. IIII 17) et plumas auium copulat' Symmachus epist. I 4: 'haud ita Flaccus tuus praecepit in illis poeticae artis edictis, quorum hoc memini esse principium: ne humano capiti ceruix equina iungatur' 2 cf. Prudentius contra Symmachum II 59 sq.: 'desine terga hominis plumis obducere; frustra fertur auis mulier magnusque eadem dea uultur' 3 sq. 8 sq. cf. Ioannes Saresberiensis policr. II 15: 'phantasma, quum rerum ignotae uidentur species ... a natura discrepantes, ut si forte nec pes nec caput uni reddatur formae, dum tetrum desinit in piscem mulier formosa superne' 4 'faciem formosa superne' schol. Lucan. VIIII 317 7—9 'uelut aegri somnia uanas fingentis species, ut — formae' Ioannes Saresberiensis policr. VII 12

VARIA LECTIO.

u. 2 *omis. B* 2 plumas *Ω′ ς″ tractat. Vindobon. Petrus Cluniacens.* pennas *y* [*Bentlei Regius*] *natum ex gloss. Γ; gloss. Γ:* 'inducere plumas] id est inponere pennas . . .' formas *coni. Bisciola ac Bentleius* partes *Apitzius, sed uide Spengelium philol.* XVIII 94 *sq. et Prudentium contra Symmachum* II 57: 'desine, si pudor est, gentilis ineptia, tandem res incorporeas simulatis fingere membris: desine terga hominis plumis obducere: frustra fertur auis mulier magnusque eadem dea uultur' 3 conlatis *B C F λ pr. aut* 1 *δ* (*τ a et π*) collatis *γ u λ corr.* 1 *aut* 2 *ς′* (*et Lips.*) *tractat. Vind.* collectis *v y* menbris *λ u* (*τ r v*) membris *cett. ς″* *utipiī δ* ut] aut *Sanadonus* atrum] hirtum *Goerlitzius opp. tract. Vind.* 3 *sq.* atrum . . . piscem] atram . . . pristin *coni. Gronou. pater et N. Heinsius opp. tractat. Vindobon.* 4 piscem *Ω′ ς″* pristin *y* [*cod. Hellerianus*] *natum ex gloss.: gloss. Γ:* 'in piscem] id est beluam marinam hoc est in pistricem' supernae *BC δ* 1 5 missi *BC* admissi *cett.′ ς′* (*cons. Lips.*) ammissi *y* [*π*] teneatis? amici, credite, *disting. Marklandus opp. Porph.′ Acr.* 6 pisonis *F δ* 1 (*τ pr. l* 1 *et π*) pissonis *λ* 7 cui *λ* uelud *u* aegri *C F λ′ δ* (*v σ r τ* 2 *et* 3 *Bland.*) egri *γ u* (*v p. ras. cons. β′ π′ τ* 1) *tract. Vind.* aegris *B* (*a a. ras. et* 1 *Bland.*) egris *v a. ras. y* [*Montepessulan.*] *et* 'egrotantibus' *et* 'egri' *gloss. Γ in confusa adnotatione; cf. Persius s.* 3, 83: 'aegroti ueteris meditantes somnia' sonnia *u* 8 Fingenter *δ* 1 Funguntur *B* Finguntur *ψ corr.* (*v uar.*) *y tractat. Vindobon.* Fingentur *cett.′ ς′* (*et π;* Fringeni *Lips.*) speties *γ u*

reddatur formae. 'pictoribus atque poetis
quidlibet audendi semper fuit aequa potestas'. 10
scimus, et hanc ueniam petimusque damusque uicissim;
sed non ut placidis coeant inmitia, non ut
serpentes auibus geminentur, tigribus agni.
inceptis grauibus plerumque et magna professis
purpureus, late qui splendeat, unus et alter 15
adsuitur pannus, cum lucus et ara Dianae
et properantis aquae per amoenos ambitus agros
aut flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus;
sed nunc non erat his locus. et fortasse cupressum
scis simulare: quid hoc, si fractis enatat expes 20

TESTIMONIA.

9 sq. 'pictoribus — potestas' Venantius Fortunatus V 4 p. 170 florileg. Nostradam. cf. Lucian. imag. 18: '*παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνεν-θύνους εἶναι καὶ ποιητὰς καὶ γραφέας*' 11 'ueniam' et 13 'geminentur' incerti exc. arg. gr. § 26 p. 207 Eichenf. et Endl. 15 sq. 'purpureus — pannus' Seruius ad Aen. X 653 florileg. Nostradam. Caesarius vita s. Engelberti ed. Boehm. II p. 295 cf. Apollin. Sidonius epist. post c. 22: 'ut lyricus Flaccus in artis poeticae uolumine praecipit, multis isdemque purpureis locorum communium pannis semel inchoatas materias decenter extendit' 18 Porph.' ad c. IIII 4, 38 annales Stadenses a. 1224 [Pertz. XVI p. 358] 19—22 om. 'si — pingitur' florileg. Nostradam. 20 sq. huc respexisse uideatur Persius 1, 88 sq.: 'cantas cum fracta te in trabe pictum ex umero portes' 20 'exspes' incerti excerpta argumenti grammatici § 26 p. 207 Eichenf. et Endlich.

VARIA LECTIO.

9 forme *γ φ* pictoribus — potestas] *subiectionem esse putat Baxterus* 10 Quidlibet *Ω′ ς′* (*et Lips.*) *flor. Nostr.* Quodlibet *y* [*π* 1] *Pph.′* Quaelibet *Venantius Fortunatus* Scilicet *Peerlkampus* audiendi *B* 12 S, *C* inmitia *C F δ* (*ν τ*) īmitia *B* immitia *γ λ′ u* (*β′ σ r v cons. π′*); *a non liquet* 13 tygribus *F δ* acni *B* 15 Purpereus *δ* 1 16 Adsuitur *B C F λ′ δ* (*ν a*) *Pph.* Assuitur *γ λ corr. u ς″ Pf. florileg. Nostradam.* diane *ψ* 17 et] Aut *σ* amęnos *u* 18 rhenum *γ B C δ λ′* 2 *ς′* (*et Lips.*) *Porph.′ ad c.* IIII 4, 38 renum *λ* (*l* 2) *Pf.* renum *F λ′* (*et π*) rheni *u y* reni *v y Albertus* rhenus *y* [*Sorbonens.*] 'non dixit genere masculino Rhenus, sed neutro hoc Rhenum . . .' *Porph.′ ad h. u. cons. Acr. item genus neutrum testatur Porph.′ ad c.* IIII 4, 38 aut fluuius *F*1 *λ′*1 *δ* 1 (*τ pr. et π*) *Porph. ad c.* IIII 4, 38 aut pluuius *cett. F* 2 *λ′* 2 *ς′* (*et Lips.*) *Porf. ad c.* IIII 4, 38 19 Sed *Ω′ ς″* ñ n̄c *B* nec non *flor. Nostr.* 20 similare *B y* simulare *cett.′ ς″ Pph.′ Diomed. tractat. Vindob. flor. Nostr.* quid hoc, si, ut fractis innatet exspes nauibus, aere dato quis pin-

nauibus, aere dato qui pingitur? amphora coepit
institui: currente rota cur urceus exit?
denique sit quiduis simplex dumtaxat et unum.
maxima pars uatum, pater et iuuenes patre digni,
decipimur specie recti: breuis esse laboro, 25
obscurus fio; sectantem leuia nerui

TESTIMONIA.

21 sq. 'amphora — exit?' Hieronym. ep. ad Marcellam 27, 3 flor. Paris. 8069 floril. Cusanum C. 14. annales s. Disibodi a. 1090 [Pertz. XVII p. 12] chronic. a. 1150 [Pertz. VIII p. 246] cf. Hieronymus epist. 107 ad Laetam 3: 'paene lapsus sum ad aliam materiam et currente rota, dum urceum facere cogito, amphoram finxit manus'. Apollinaris Sidonius epist. VIIII 16: 'secundum regulas Flacci ubi amphora coepit institui urceus potius exisse uideatur'. Regino Prumiensis de harmonica institutione 17 [I p. 244 Gerbert.]: 'currente rota amphora cepit institui: cur urceus exit?' 23 cf. ecbasis captiui uu. 719 sq. 'fiat uelle tuum, simplex dumtaxat et unum, sit fixum quod uis, sit uiuax gratia nobis' uu. 25—31 florileg. Nostradam. 25 sq. 'cui contraria est ea, qua fit ex uicino transitus ad diuersa ut similia: breuis esse laboro, obscurus fio et quae secuntur' Quintil. VIIII 3, 65 idemque VIII 3, 82: 'βραχυλογίαν male imitantes sequitur obscuritas' cf. Ausonius epist. 19 post u. 10 p. 267 Bipont.: 'iucundissimum poema . . . in epitomen coegisti tanta elegantia, solus ut mihi uideare assecutus, quod contra rerum naturam est, breuitas ut obscura non esset'

VARIA LECTIO.

gitur *Peerlkampus* quid] qd̄ = quod *C* expes *B C λ δ* 1 *u pr.* (σ *et π Lips.* 2) *tractat. Vindobon.* exspes *γ u corr. δ* 2 (*ν τ* 2 *υ et β*) expers *F δ* 1 *ut uid. λ uar.* (*τ* 1 *ut uid. l r* 1 *et π Fran.* 1) *a non liqu.* (exspres *Lips.* 1) 21 pinguitur *ψ* (*r* 1 *ut uid.*) *y* Anfora *flor. Cus.* cepit *u* cępit *F* 22 *non post* institui, *sed post* rota *interpung. y ω* [*Lips.* 1498] *Doederlinus opp. florileg. Cusan. uu.* 23—31 *del. Gruppeus* 23 sit] *omis. B* quiduis *Bentl.* quid uis *ψ corr.* (*r* 2 *in marg.*) quod uis *γ B C F λ′ u* (*β′ ν σ r* 1 *ut uid. υ*) quoduis *δ* (*π′ τ a r* 2) duntaxat *B* dumtaxat *uel* dum taxat *cett.' tractat. Vindobon. item inscript. aeui Augustani* [*Orell.* 6428] *Traiani* [*Orell.* 6857] *Deciani* [*Orell.* 5534] 25 specie (spetie *γ u*) recti *Ω′ ς″ tractat. Vindob. flor. Nostr.* recti specie *τ* 26 leuia *Ω′ ς″ Porph.' Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* lenia *y* [2 *codd. Parisini* (?) *cod. Achillis Statii*] *Bentleius Peerlkampus Stallbaumius alii; ceterum ipse Bentleius in curis nouissimis rursus praetulit* leuia, *quod rectissime interpretatur Ramler* [*Dichtkunst des Horaz*² *p.* 19]: 'ein Autor, der zu sehr feilt, zu sehr poliert, nützt sein Werk ab und benimmt ihm die Nerven' *cf. epist.* II 1, 51: 'leuiter] leniter' *v et Iacobi disputationem de usu uocabulorum leuis et lenis apud poetas Latinos*, *Numburg.* 1836 *p.* 17

deficiunt animique; professus grandia turget;
serpit humi tutus nimium timidusque procellae;
qui uariare cupit rem prodigialiter unam,
delphinum siluis adpingit, fluctibus aprum. 30
in uitium ducit culpae fuga, si caret arte.
Aemilium circa ludum faber imus et unguis
exprimet et mollis imitabitur aere capillos,
infelix operis summa, quia ponere totum
nesciet: hunc ego me, siquid componere curem, 35
non magis esse uelim, quam naso uiuere prauo,

TESTIMONIA.

30 cf. uita Benedicti abbatis Clusensis prolog. [Pertz. XIIII = XII p. 197]: 'sed ne iam uidear delfinum siluis appingere, fluctibus aprum'
32—37 Ioannes Saresberiensis policr. prolog. l. VI 32 'Aemilium ludum' et 35 'hunc' incerti exc. arg. gr. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl.
33 'et — capillos' Seruius ad Aen. VI 848

VARIA LECTIO.

27 ///get λ; turget l turget τ 28 tutus r y cautus *Peerlkampus opp.* Ω′ ς″ *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* timusq, C 29 unam Ω′ ς″ *Pph.′ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* una *Praedicowius* 30 Delfinū F Delfianū B adpingit γ F λ′ δ (ν a v et π) *tractat. Vindobon.* appingit C u ς′ (*et Lips.*) *florileg. Nostrad.* appingit B u. 31 *del. Ribbeckius* 31 In uitum γ culpę ducit u y ducit culpae *cett.′ ς″ cons. flor. Nostr.* 32 Aemeliū C Aemi//lium λ fabrum *Cuninghamus* imus δ imus *cett.′ Pph. Porph. Acr. tractat. Vindobon.* 'his demonstrat aerarium fuisse fabrum imum (Vnus *Porf.*) hoc est in angulo ludi tabernam habentem' *Porph.′* unus r 1 *ut uid.* (*sed cf. uar. lect. u.* 152) y [3 *codd. Bentlei* 6 *Feae aliquot Marcilii et Valarti*] *Pf. Ioannes Saresberiensis Bentleius* (faber, unus *Bentl.*) *cum plerisque qui post eum Hor. ediderunt: at nolim Horatio intra decem uersus uocabulum* unus *ter imputare; imum contrarium esse existimo summo siue optimo;* inritus *Horkelius* fabri manus *Peerlkampus* unguis γ 1 B (π′ a *cons.* r) ungues *cett.′ ς″* u. 33 *omis.* τ 1 *aut pr., add. ab altera manu in marg.* τ 33 mollis γ 1 B C λ′ δ (π′ a) y molles F u γ 2 ς′ aere] arte *Wernsdorfius ad Lucil. Aetn.* 589 *post u.* 33 *uersum excidisse putat Lehrsius* 34 operis, summa, *interp. Bentl.* suma δ 1 quia] q B 35 Nescit B Nesc& C Nesciet *cett.′ ς′* Nesciat β′ 1 σ *pr.* ///// λ egomet F a. *ras.* δ 1 (τ r 1 v) conponere F λ u (ν r et β) componere *cett.* ς′ (*et Fran.*) curę B 36 naso uiuere p: Ω′ ς″ *Io. Saresber.* prauo uiuere naso y ω p//rauo λ prauo δ prauo *cett.* ς′ (*et Lips.*) *Io. Sar.*

spectandum nigris oculis nigroque capillo.
sumite materiam uestris, qui scribitis, aequam
uiribus et uersate diu, quid ferre recusent,
quid ualeant umeri. cui lecta potenter erit res, 40
nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.
ordinis haec uirtus erit et uenus, aut ego fallor,
ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
pleraque differat et praesens in tempus omittat;

TESTIMONIA.

38—41 florileg. Nostradam. Reineri de ineptiis cuiusdam idiotae libellus 2 [mon. Germ. SS. XX p. 601] 38—40 'sumite — humeri' Reineri uita Euracli prol. [mon. Germ. SS. XX p. 562] 38 sq. tractat. Vindobonensis ad u. 189: 'dixit superius, ut quisquis sumat materiam suis uiribus aequam'. 309: 'dixit enim superius: sumite materiam et cet.' 39 sq. cf. uita Benedicti Clusensis l. c.: 'ego solus noui, mei quid ualeant hũmeri, quid ferre recusent' 42 'ordinis — uenus' Porph.' ad c. I 30, 7 42 'uenus' incerti excerpta arg. gr. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl. 43 sq. Seruius ad Aen. prooem. 43 Willelmus uita s. Thomae [Giles. II p. 316]: 'nec artificialiter iuxta poetam: nunc iam dicam nunc iam debentia dici'

VARIA LECTIO.

prauo *l y* paruo *v* 1 *uar. y* [*π* 1 *aut pr.*] torto *y* [*Bruxell.; Basil.* 1 *gloss. pro interpretat.*] 37 Spectatum *y* nigroue *B C* nigroque *cett.' ς'' Acr.* *post u.* 37 *uersus* 136—152 *ponit Lehrsius* 38 materiam] lā mr̄ *B opp. tractat. Vindobon. ad h. u. et ad uu.* 189 *et* 308 *flor. Nostr.* 40 Qquid *δ* umeri *a* humeri *δ* humeri *cett.' ς'' florileg. Nostradam.* potenter *Ω' ς'' Pph.' Porph.' Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Rainerus, huc respexit Cassiodorius de diu. lect.* 5: 'secundus liber Salomonis . . . a beato Hieronymo potenter expositus est' pudenter *y* [1 *cod. Combei*] *Marklandus:* potenter = *κατὰ τὸ δυνατόν* 41 facunda *B* deseret *Ω' ς'* (*et π*) deserit *ν σ τ pr.* (*et Lips.*) *flor. Nostr.* licid *δ* 1 42 Ordines *γ pr.* et] *omis. δ* 1 aut *γ δ p. ras.* (*β' ν π' σ τ a*) *Pph.' Acr. tractat. Vindobon.* haut *C ψ* (*v*) haud *B φ δ* 1 *u* (*r* 1) hau d *λ* aud h *l ut uid.: Ouid. metam.* I 607: 'aut ego fallor' 43 ut] Aut *F* 1 *λ* 1 *δ* 1 (*π'* 1 *τ* 1 *r* 1 *et Fran.* 1) *opp. tract. Vind.* iamnõdicat *y* non debentia *y* [*Sorb. p. ras.*] *ω Peerlkampus* dici] dĩ = dicit *B* *post* dicat *interpunxit Bentl.; plerique cum Lambino post* dici *distingunt; codd. uariant: cf. Pers. s.* 5, 109 *sq.:* 'es modicus uoti? presso lare? dulcis amicis? iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes?'

44 Pleraq; t qu; *B* reliqua *Schneidewinus philol.* X 362 presens *γ φ* tempore *δ* 2, *δ* 1 *recte*

hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. 45
in uerbis etiam tenuis cautusque serendis
dixeris egregie, notum si callida uerbum
reddiderit iunctura *nouom. si forte *necessest,
indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
fingere cinctutis non exaudita Cethegis 50
continget dabiturque licentia sumpta pudenter.
et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem, si
Graeco fonte cadent parce detorta. quid autem
Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum
Vergilio Varioque? ego cur, adquirere pauca 55

TESTIMONIA.

45 Seruius ad georg. II 475 ad Aen. IIII 412. 415 uu. 47—51 florileg. Nostradam. 47 sq. 'dixeris — nouum' Priscianus instit. XVIII 12, 101 historia pontificalis 12 [mon. Germ. SS. XX 526] cf. Persius s. 5, 14: 'uerba togae sequeris iunctura callidus acri'
50 schol. Lucan. II 543. glossarium Mai [classic. auct. VIII 130] 'cinctutis' incerti exc. gramm. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl. 52 sq. 'et — detorta' Seruius uolgatus ad Aen. IIII 34 55 sq. 'ego — inuideor' Priscianus instit. XVIII 18, 138

VARIA LECTIO.

u. 45 *post u.* 46 *ponunt Bentleius et post hunc plerique, repugnante Spengelio philol.* XVIII 96 *et opp. Acr. tractat. Vindobon.; Horatio abiudicat u.* 45 *Hammersteinius* 45 spernet *B C* spernat *cett.'ς''* sperat *r* 1 47 Dixerit *B opp. tract. Vind.* egreie *C* 48 nouum *Ω'ς''* τ *in ras.* necesse, *om.* est *a* necesse e ẽ σ 49 Iudiiis *u* monstrare *Ω'ς'' tract. Vind. flor. Nostr.* formare *Pf.* forma *Pph.* rerum *B C* (*a* 1 *ut uid.*) *y* [*Mellic.* 1 *Zulich. alii*] *flor. Nostr.* rerum et *γ F λ' δ u ς''* (*et omn. Cruqu.*) *tract. Vind.*
50 cintutis *λ pr. u Pf.* non] nos *B* *post* Cethegis *duo puncta ponit Lambinus* 51 prudent̄ *δ* 1 (*ν* 1 *υ*) 52 factaque *y* [*G. Fabricii codd.*] *Bentleius opp. Ω'ς'' Pph.' Acr. tractat. Vind. post u.* 52 *uersum excidisse putat Lehrsius* 53 Graeco *B Pph.'* Greco *cett.'* cadant *γ C* 2 (*ν a r et β*) *Pf. gloss. Γ Seru.* cadent *cett.* (*π' σ τ υ et Fran. omn. Bland.*) *Pph. Acr. interpr.*: 'si . . . translata fuerint' *tractat. Vindobon. Bentleius* cadunt *y* parce] arte *B* autem? *interp. Ribbeckius* 54 Cecilio *F λ' δ u* dabit *Ω'ς''* (*et omn. codd. Cr.*) *tract. Vind.* dabat *y* dedit *y* 'dabit] *p* dedit . . .' *gloss. Γ* adeptum *B C* 55 Vergilio *γ* Vigilio *C* Virgilio *cett.' ς''* uario *γ B C* (*π' a r* 1 *ut uid.*) *Acr. tract. Vind.* uaro *cett.' ς'* adquirere *Ω' ς' Pph.' Priscian.* acquirere *τ* (*et Fran.*) ac quirere *σ*

si possum, inuideor, cum lingua Catonis et Enni
sermonem patrium ditauerit et noua rerum
nomina protulerit? licuit semperque licebit
signatum praesente nota producere nomen.
ut siluae foliis pronos mutantur in annos, 60
prima cadunt: ita uerborum uetus interit aetas,
et iuuenum ritu florent modo nata uigentque.

TESTIMONIA.

56 'ut in arte poetica: inuideor (φ)θονοῦμαι' schol. Γ epist. I 5, 21. 'inuideor' Pseudoaugustinus de grammatica c. 15 58—63: 'Licuit — nostraque' flor. Nostr. 60—62 Diomedes p. 400 K. 'Valerius . . . Horatium dixisse ait: ut siluae flores pronos mutantur in annos et prima cadunt, ita uerborum uetus interit (. . rat' cod.) aetas, et noua iuuenum ritu florent modo nata uigentque (motat augentq; cod.) et rel.' excerpt. ex comm. in Donat. uol. V p. 326 K. ex cod. Lauantino saec. VIIII 60 sq. cf. Hieronymus praefat. ad II. libr. Osee [Vallars. VI p. 54]: 'postquam autem reuersa fuerit terra in terram suam et tam nos qui scribimus, quam eos qui de nobis iudicant, pallida mors [Hor. c. I 4, 13] subtraxerit et alia uenerit generatio primisque foliis uirens silua succreuerit, tunc sine nominum dignitate sola iudicantur ingenia'
62 cf. Terentius Scaurus apud Gainfredum p. 19 [classic. auct. ed. Mai. V p. 150]: 'postrema aetas mundi ut disciplinam pristini saeculi, ita et sermonem fastidire coepit et noua parere uerba, quae iuuenum ritu florent et uigent'

VARIA LECTIO.

56 possum Ω′ ς″ *Pph.′ Acr. Prisc.* possim *y* ennii *F λ′ u* hennij *δ* 57 *d′ noua δ* 58 pretulerit *γ* protulerit *cett.′ ς″* 59 presente *u* producere Ω′ ς″ (*et omn. Cruqu.*) *gloss. Γ florileg. Nostr.* (c *in ras. r*) procudere *y* [*codd. Lambini, Statii, de Nores, Luisini* (?)] *Bentleius* nomen Ω′ ς″ *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* nummum *Luisinus Bentleius*, *sed cf. Iuuenal. s.* 7, 55: 'communi feriat carmen triuiale moneta' 60 ut siluae e foliis, pronos nutant ubi in annos, *Mœhlyus* silue folis *B* folia in siluis *Diomedes opp.* Ω′ ς″ *tractat. Vindobon.* foliis silue *flor. Nostr.* siluae flores *Valerius* siluis folia *Bentleius at cf. Meinek. praefat. p.* XXXXI pronos] priuos *Bentleius* per nos *floril. Nostrad.* pr: mut:] si commutantur *Hamacherus* noua progignuntur *uel* progenerantur *Prinzius* motantur *C* imitantur *u* mutantur *cett.′ ς″ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* uiduantur *y* [*Montepessul. uar.*] *coni. Bentleius* nudantur *y* [1 *cod. Fabricii*] *coni. Bentleius* 61 Prima Ω′ ς″ *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* priua *Bouhierus* prisca *Praedicowius* prona *Hamacherus* poma *Helbigius* aetas] usus *y* [*Gothanus tertius Nostradam.*] 62 uigent Ω′ ς″ *Terent. Scaurus*

debemur morti nos nostraque: siue receptus
terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
regis opus sterilisue *palus diu aptaque remis 65
uicinas urbes alit et graue sentit aratrum,
seu cursum mutauit iniquom frugibus amnis,

TESTIMONIA.

63—65 Priscianus instit. VI 16, 83 63 'debemur — nostraque' Seruius ad Aen. VIIII 96 florilegium Parisin. 8818[a] Hildebertus moral. philos. p. 971 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67. uita Adalberonis c. 11 [Pertz. XIIII = XII p. 134] 63 sq. 'receptus — arcet' Quintilianus instit. VIII 6, 23 65 'Horatius corripuit, ut: sterilisque diu palus aptaque remis' Seruius ad Aen. VI 107. 'sterilisque — remis' idem ad Aen. II 69 et Seruius Honoratus de finalibus 6 p. 452 K.

VARIA LECTIO.

tractat. Vindobon. flor. Nostr. uirent *y* [*Montepessul. uar.* 1 *Vatic.*] *Bentl.* 63 d: m:] mutamur formam *Peerlkampus* Debemur *γ C F λ′ δ u ς″ Pph. Acr. tractat. Vindobon. florileg. Paris.* 8818[a] *et Nostradam. Prisciani codex optimus* (*R*) *uita Adalberonis* Debemus *B* (τ ι) *Pf. Prisciani codd. plerique Seruii cod. Reginensis Vincentius* Debemus τ Debentur *Hildebertus; expressum ex Simonid. fragm.* 122 *ed. Bergk.* [3] *p.* 1159: 'θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα' *Ouid. metam.* X 32: 'omnia debemur uobis (sc. dis inferis)' 64 classes *Ω′ ς″*

65 Regis opus *Ω′ ς″ Acr. tractat. Vindobon.* regium opus *Meinekius; Ouid. fast.* VI 259: 'regis opus placidi quo non metuentius ullum etc.' *Auson. Mosell.* 287—90: 'quis modo Sestiacum pelagus, Nepheleidos Helles aequor, Abydeni freta quis miretur ephebi? quis Chalcedonio constratum ab litore pontum, regis opus magni?' *Acr.:* 'Nam regis opus est admittere terrae mare, paludes deriuare in terra (intra *γ ν*); portus significat autem Lucrinum portum et alios qui manufacti sunt ab Augusto et alia regum opera; hoc est regium opus quod nullus facere potest nisi rex' sterilisue *δ* (*ν τ a v et π*) *Acr. ut uid. tractat. Vindobon. Bentl.* sterelisue *γ* sterilisque *B C F λ u* (*β′ σ* ι *ut uid. r* ι *et Lips.*) *Pph. Priscianus Seruius Honoratus et Seruius ad Aen.* sterelisque *l Pf.* diu palus *Ω′ ς″ Pf. Seruii cons. Pph.* ('diu paulus' *Pph.*) *testatur Priscianus* palus diu *I. M. Gesnerus prob. Lachmann. mus. Rhen.* III 614 *et ad Lucret. p.* 196 *et L. Müller. de re metr. p.* 308; *in* τ diu *supra u. scriptum est:* palus prius *Bentleius* palus aptataque *Marcilius* palus dudum actaque *Cuninghamus* palus agitataque *idem* palus pulsataque *Marklandus* palus olim *Peerlkampus* apta *Ω′ ς″* acta *y* [1 *cod. Feae*]

67 motauit *C opp. Pph.′* iniquom *C omis. B* iniquum *cett.′ ς″ Pph.′* iniqum *y* [*Bamb.*] annīs *u* arnus *y* [*Doruill.*]

doctus iter melius; mortalia facta peribunt:
nedum sermonum stet honos et gratia uiuax.
multa renascentur quae iam cecidere, cadentque 70
quae nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus,
quem penes *arbitriumst et ius et norma loquendi.
res gestae regumque ducumque et tristia bella
quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.
uersibus inpariter iunctis querimonia primum, 75
post etiam *inclusast uoti sententia compos;

TESTIMONIA.

68 '... de fluuio: doctus iter melius' Porph.' ad epist. I 14, 30 68—72: 'Mortalia — loquendi' florileg. Nostradam. 'mortalia facta peribunt' florilegium Paris. 8818[a] Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 69 cf. ecbasis captiui u. 720: '... sit uiuax gratia nobis' 70—72 Ioannes Saresberiensis metalog. I 16. III 3 72 Ioannes Saresberiensis metalog. III 4 73 sq. Marius Victorinus I 12, 5 p. 66 Gaisf., Ioannes Victoriensis p. 273 B. 75 sq. Marius Plotius III 48 p. 258 Gaisf. Charisius p. 202 K.: 'Horatius (Persius cod. Neapol.) epistolarum: uersibus impariter iunctis' 'impariter... aduerbium ... figurauit' Q. Terentius Scaurus in commentariis in artem poeticam lib. X apud Charis. l. l.

VARIA LECTIO.

68 inter *C* facta *Ω′ ς′* (*β in ras.*) *Acr. tract. Vind. flor. Nostr.* cuncta *y* [*Galeanus*] *Bentl.* 69 gracia *λ* 70 que iam *ψ* cadent*q*, *C* 71 nunc sunt] sunt nunc *flor. Nostr.* uocula *B* si *Ω′ ς″ tractat. Vindobon. florileg. Nostr. corr.* (sed *pr.*) sic *y* 72 arbitrum *male coni. Wakefieldus: arbitrium et ius diuersa sunt apud iurisconsultos* arbitrium *u* arbitrium est *cett.′ ς″* ius *Ω′ ς″* (*et omn. codd. Cruqu.*) *Acr. florileg. Nostradam. Ioannes Saresber. ter;* uis *τ*, *r non liquet Inter uu.* 72 *et* 73 *in λ minio picta extant haec uerba* (*a Mauortio olim addita?*): INCIPIT nUnC LOQUI de OMNIB: MeTRIS = *y* [*Taurinens.*] *Porph.′; ibidem in l haec reperiuntur:* Incipit modo loqui de metris eorumque repertoribus; *in nonnullis codicibus u.* 73 R *maiore littera adpicta est* 73 geste regum ducumq. *γ*

74 possint numero scribi *Ioann. Victoriens.* possent scribi *ν*

75 *INCIPIT cod. ε; Ω′ = γ B C F λ′* (*λ l*) *δ ε u; ς″ = aut omnes codd. β′* (*β Fran.*) *ν π′* (*π Lips.*) *σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur* 75 inpariter *C F λ δ ε u* (*ν τ r*) *Pph.* īpariter *B* impariter *γ* (*β′ π′ σ a l v*) *Pf.* quærimonia *C* queremonia *ψ* 1 *aut pr.* quęremonia *φ* prima *Plotius* 76 inclusa, *om.* est *r* 1 (*et Lips.* 1) inclusa

quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armauit iambo:
hunc socci cepere pedem grandesque coturni, 80
alternis aptum sermonibus et popularis
uincentem strepitus et natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum
et pugilem uictorem et equom certamine primum
et iuuenum curas et libera uina referre. 85
descriptas seruare uices operumque colores
cur ego si nequeo ignoroque, poeta salutor?
cur nescire pudens praue quam discere malo?

TESTIMONIA.

77 sq. Marius Plotius III 44 77 cf. Terentianus Maurus 1721: 'pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor, quidam non dubitant dicere Callinoum' 78 'certant — est' annales Stadenses a. 1224 [Pertz. XVI p. 358] 'et — est' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 chronic. Magni Presb. a. 1209 [Pertz. XVII p. 526] 79—82 Porphyrion interpolatus, non codd., ad c. I 16, 2 79 nescio an huc respexit Apollin. Sidonius c. 9, 211: 'non laesi Archilochi feros iambos' 85 cf. Statius s. I 6, 41: 'non sic libera uina tunc fluebant' 86 Acr. ad u. 89 88 Hieronymus contra Ruffinum lib. I c. 17 [Vallars. II p. 473c]: 'nec Horatium audiunt commonentem: cur — malo' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

Ω′ = γ B C F λ′ (λ l) δ ε u; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

est *γ B C ε F* 2 *δ* 2 (*β′ ν σ a* 2 *et Lips.* 2) *gloss. Γ tractat. Vindobon.* iuncta est *u* (*v*) *y* iunctis *F* 1 *ut uid. λ′ δ* 1 *u uar.* (*τ et π corr.*; iunctus *π pr.*) *a* 1 *non liquet* conpos *λ u* compos *cett. ς″* 78 Gramatici *δ u.* 79 *omis. λ′* 1 *add. λ′* 2 79 Archilocum *C δ ε u λ′* 2 armabit *B* 80 coepere *γ pr. F λ′ δ ε* grandesq. *omis. ε pr.* coturni *Ω′ ς′ Pf. cons. π′ l r om. Pph.* 81 popularis *B C* (*π′ r*) *Pph.* populares *cett.′ ς′ Pf.* popularis *y* [*Montepessulan.*] 83 Musa *δ* diuus *τ pr.* 84 equō *C* equum *cett.′ cf.* 'equom' *Vergil. georg.* I 13 86 Descripta *γ* 1 Descriptas *cett.′ ς″ Pph.′ Acr. tractat. Vindobon. nescio an erat corrigendum* discriptas *cf. c.* II 13, 23; *gloss. γ interprct.*: 'diuisas, distributas a me' 'descriptas seruare uices] hoc est ordinem per species signorum (? singulorum), quare poeta dicitur'

uersibus exponi tragicis res comica non *uolt:
indignatur item priuatis ac prope socco 90
dignis carminibus narrari cena Thyestae.
singula quaeque locum teneant sortita decenter.
interdum tamen et uocem comoedia tollit,
iratusque Chremes tumido delitigat ore;
et tragicus plerumque dolet sermone pedestri 95
Telephus et Peleus, cum pauper et exul uterque
proicit ampullas et sesquipedalia uerba,
si curat cor spectantis tetigisse querella.

TESTIMONIA.

90 sq. Marius Plotius IIII 8 p. 269 Gaisf. 92 florileg. Nostradam. Ioannes Saresberiensis policr. I 4 metalog. II 19 93 Donatus ad Terent. adelph. V 3, 3 sq. 94 Hieronymus epist. 54 ad Furiam 2 [Vallars. I p. 282e] 97 'ut superius (sup̄ Barcin.): proicit (prospicit γ pro hīc Barcin.) ampullas' schol. Γ epist. I 3, 14

VARIA LECTIO.

89 uersibus] uerbis *Woelfflinus* uult Ω′ ς″ 91 cena *B C u* caena *cett.′* thyestae *ν* (*et π*) *y* thieste *γ C* thyreste *B* thiestae *cett.′ u.* 92 *del. Prinzius et Ribbeckius* 92 decentem *B y* [*V cum al. Cruquiano et Vigorniensi*] *tractat. Vindobon. Bentl.* duceni *C*, *C* 1 ducem *ut uid.;* decenter *cett.′ ς″ florileg. Nostradam. Ioannes Saresber. bis* 93 cōmedia *C* comedia *δ* 1 *ε u* conmedia *λ* 94 Iratus, *om.* que, *ε* cremes *γ* crhemes *C* tumido *γ* delitigat] dilitigat *ψ pr.* desaeuiet *Hieronymus* 95 *ueteres editores et aliquot recentiores cum codd. quibusdam post pedestri interpungunt et tragicum intellegunt pro tragico actore uel pro scriptore tragoediarum. ita uero particula* 'cum' *sine uerbo posita esset; at multo melius ea cum uerbo* 'proicit' *iungitur et adiectiuum* 'tragicus' *cum Telepho et Peleo. sic et Hor. s.* II 5, 91 *de* '*Dauo comico*' *et Cic. in Pison.* 20, 47 *de* '*tragico illo Oreste aut Athamante*' *locuntur ac uere poetice Flaccus a comoedia ad tragoediam ita transit, ut, quem forte commemorauit, Chremeti comico tragicos illos Telephum Peleumque opponat* 96 Thelephus *F* (*σ l et β Lips.*); Telephus *ε sed in ε* π̄ *uidetur fuisse nota scholii quod nunc euanuit; cf. u.* 104: 'Telephe' *et apparat. critic. epist.* I 11, 13 aut Peleus *Bentleius* cum] nec *Prinzius* 97 Proicit Ω′ ς″ *Pph. schol.* Γ (*ν*) *epist.* I 3, 14 Proiicit *τ Pf.* sexquipedalia *v y* 98 curas *u* (*v*) *y* [*Basil.* I *a* 1. *m. Montepessul. Parisin.* 8214. 8216. 8219 *pr. Taurinens.* 2 *uar.*] *idem coni. Peerlk.* curat *cett. u uar.* ς″ *Porph.′ Acr. gloss.* Γ *tract. Vind.* cura *l* 1 spectantis *C* tetigisse] *ab alt. m. in lacuna ψ* querella *C a. ras. δ ε* (*a et β Fran.*

non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunto
et quocumque uolent animum auditoris agunto. 100
ut ridentibus adrident, ita flentibus adsunt
humani uoltus: si uis me flere, dolendum est
primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia laedent,
Telephe uel Peleu; male si mandata loqueris,

TESTIMONIA.

uu. 99—103 florileg. Nostradam. 99 Adae de Fulda musicae pars secunda c. 11 [III p. 353 Gerbert.] 100 Seruius [Sergius] comm. in Donatum p. 415 K. 101—103 'ut — tibi ipsi' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 101 sq. cf. Senec. de ira II 2, 5: 'inde est quod adridemus ridentibus et contristat nos turba maerentium' de clementia II 6, 4: 'semper adridere ridentibus' 102 sq. 'si uis — tibi' Ioannes Saresberiensis metal. I 17 uu. 104—111: 'Male si — lingua' florileg. Nostradam. 104 sq. 'male — ridebo' Ioannes Saresberiensis metalog. I 17

VARIA LECTIO.

corr.) *y* [*Taur.* 1 *Voss.*] quęrella *y* [*π*] quęrela *φ* querila *C p. ras.* querela *cett.'* ς (*et Lips.*) 99 pulcra *ε u flor. Nostr. Adam* pura *y opp. tractat. Vindobon. non improb. Bentl.* *uu.* 100 *sq. omis.* τ 1, *add.* τ 2 *in marg.* 100 uolent *γ B C ε* (*β' ν a r et Lips.*) *Acr. Seruius tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* uolunt *F λ' δ u* (*σ et π*) uolunt *v* 101 adrident *C F* (*a et π*) arrident *cett.'* ς' (*et Lips.*) *florileg. Nostradam.* adsunt *F ε u* (*β' a r et π*) *florileg. Nostradam.* assunt *cett.'* ς (*et Lips.*) adflent *grammaticus anonymus bibliothecae Vigorniensis Bentleius opp. Acr. gloss. Γ interpr.:* 'in praesto sunt;. *praeterea iure κακοφωνίας argueretur Horatius, si scripsisset:* 'flentibus adflent humani uoltus; si uis me flere, dolendum est' *et cf. u.* 204: 'adspirare et adesse choris' *et epist.* I 17, 57 *et Lucret.* I 178. adsint *uel* assint *y* [*Gronou.* 2 *Nostrad. Regin.* 1 *Taur.* 2 *codd. Bentlei Combei Feae Oberlini*] *ω Vincentius* adflant *y* [*codd. Marcilii* (?)] 102 uoltus *C* uultus *cett.'* ς'' *florileg. Nostradam.* si me uis flere *Vincentius opp. florileg. Nostradam.* me uisne dolere? *Peerlkampus* dolendum *C* 103 tū *B C* tunc *cett.'* ς'' *Pph.' florileg. Nostradam. defendit Doederlinus epist.* II *p.* 109 'cum' *pro* 'tum' *Porph.' in interpret.* nunc τ *pr.* laedent *B F* (*π' a*) *Pph.'* ledent *γ C δ ε u λ p. ras. et corr.* ς' *floril. Nostr.* ledunt *λ'* loedeN τ *uu.* 104 — 195 *DEFICIT cod. ν; ς'' = aut omnes codd. β'* (*β Fran.*) *π'* (*π Lips.*) *σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur* 104 Telefe *B* male] mala τ 1 *r* (*et π*) *y opp. schol. γ tractat. Vindobon. florileg' Nostradam. Ioann. Saresber.* requiris loqueris *v*

aut dormitabo aut ridebo. tristia maestum 105
uoltum uerba decent, iratum plena minarum,
ludentem lasciua, seuerum seria dictu.
format enim natura prius nos intus ad omnem
fortunarum habitum; iuuat aut impellit ad iram,
aut ad humum maerore graui deducit et angit; 110
post effert animi motus interprete lingua.
si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
intererit multum, diuosne loquatur an heros,

TESTIMONIA.

105—117 'tristia — agelli' Hildebertus moral. philos. p. 984 105—107 'tristia — dictum (sic)' florilegium Paris. 8069 105 sq. 'tristia mestum uultum uerba decent' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 Ioannes Victoriensis V 9 p. 411 B. 106 Conradi de Fabaria casus s. Galli c. 11 [Pertz. II p. 174] 'uultum uerba decent' florilegium Paris. 8818ª 108—111 Ioannes Saresberiensis metalog. I 17 113 florilegium Cusanum C 14 ex Pph.' non ex Hor. uu. 114—124 florileg. Nostradam. 114—116 'intererit — feruidus' Seruius interpolatus (saec. XV) ad Aen. XII 18

VARIA LECTIO.

105 domitabo *C* tristitia *γ* maestum *B F λ′ δ* (*a*) moestum *γ* mestum *cett.* *ς″* 106 uerba decent uultum *Hildebertus opp. florileg. Parisin.* 8069. 8818ª *Nostradam.* laetum urbana decent *Peerlkampus* Voltum *C* Vultum *cett.* *ς″* *flor.* 8069. 8818ª *Nostr.* decent] delectent *flor.* 8069 plena *om.* *δ* 1 107 lasciuia *ε y* 108 pri·nos *λ* 109 aut] atq. *τ opp. tractat. Vind. flor. Nostr.* inpellit *C F λ* (*τ*) impellit *cett.* *ς″* impelit *florileg. Nostradam.* 110 umū *λ* 1 maerore *B y* moerore *γ* merore *cett.′* *ς″* deducit] *littera* e *euanuit* *δ* 111 effert *γ C δ ε u F* 2 *λ* 2 (*σ τ* 2 *a r υ* et *β* 2 *Fran. Lips.*) *Acr. gloss. Γ tractat. Vindobon. Ioann. Saresber.* efferet *B* effere *florileg. Nostrad.* (*om.* *β* 1) et certi *F* 1 *λ′* (*τ* 1 *et π*) *gloss. l:* 's. fiunt' inīp&re *C* 113 Rumani *ε* equites peditesque *Ω′ ς″* *Pph.′ florileg. Cusanum* e. p. q. *tractat. Vind. hanc formulam alias serio usitatam hic ut apud Plautum Poenul.* II 4, 10: 'quoduis genus ibi hominum uideas, quasi Acheruntem ueneris: equitem peditem, libertinum, furem an fugitiuom uelis' *non sine ioco dictam accipe. Bentlei coniectura*: 'equitesque patresque' *compluribus de causis improbanda uideatur. Porph.′*: 'ridebit equester ordo et plebs' cachinnum *ε* chachinū *λ* 114 diuosne *B C* (*et* 2 *Bland.*) diuusne *γ* 1 *F* 1 *λ′ δ* u *ς′* (*et* 1 *Bland.*) *Pph.′ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Bentl.* diuusq. *ε* dauusne *γ* 2 *F* 2 (*β′ σ τ* 2 *υ*) *Seruius interpolatus et Hilde-*

maturusne senex an adhuc florente iuuenta 115
feruidus, et matrona potens an sedula nutrix,
mercatorne uagus cultorne uirentis agelli,
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.
aut famam sequere aut sibi conuenientia finge.
scriptor honoratum si forte reponis Achillem, 120

TESTIMONIA.

116 cf. Auien. progn. 468: 'sique sues lentae, si lanae sedula nutrix' 117 cf. Ouid. fast. V 499: 'forte senex Hyrieus angusti cultor agelli' 120 'ponere dicit scribere, ut Horatius: scriptor — Achillem' schol. Pers. 1, 70 'si — Achillen' Porph.' ad art. poet. 190

VARIA LECTIO.

bertus; 'unicuique personae actus aptandus est cum discretione, ut appareat, utrum deus loquatur an quilibet uirorum fortium; et sic d : : : : intellegendum' *schol. ε* Dauusne loquatur herusne *Landinus* Dauusne loquatur Erosne *Lambinus* diuesne loquatur an Irus (hirus) *Erasmus* heros *B* heros *cett.' ς''* 115 Maturusne *uel* Maturus ne *Ω' ς'' florileg. Nostradam.* Maturus ue *v y* maturusue *Hildebertus* 116 et] an *u* (*v*) *y ω florileg. Nostradam. Hildebertus opp. cett.' u uar. ς''* potens *Ω' ς'' tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* parens *y Fea*, *sed cf. Iuuenal.* 1, 69: 'occurrit matrona potens' 117 Mercatorne *uel* Mercator ne *Ω' ς'' florileg. Nostradam.* Mercator ue *v y* mercatorue *Hildebertus* cultorue *Hildebertus opp. florileg. Nostradam.* uirentis *B C ε* (*σ τ 2 a r v et Lips.*) *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* uigentis *γ F λ' δ u* (*β' τ 1 et π 1 Bland.*) *omis. Hildebertus* 'florentis feracis' *gloss. Γ*
118 assyrius *B* (*β'*) asyrius *λ* assirius *γ C F u* asirius *ε* asyr,us *δ* agris *C* 119 sequere] si q̄re *B* conueniencia *λ* conuenientia *φ*
119 *sq.* finge scriptor, *disting. ω Bentl.*, *sed superuacuum erit* 'scriptor', *si cum antecedentibus iunxeris; sin cum sequentibus, minime: quippe quo impediatur, quominus uocem reponere ad actorem referamus*
120 honoratus. *Bouhierus* Homereum *Bentleius* Homeriacum *Büchelerus opp. Ω' ς'' Pph.' tractat. Vindobon. schol. Pers. florileg. Nostradam.; nec scholiastas Horati Homereum legisse, quod quidem Bentleius contendit, ex eorum uerbis apparet: hi enim non 'Homereum' sed praepositionem re in reponis spectantes sic interpretantur:* 'reponi igitur id est itidem scribi; si ergo Achillem de quo semel Homerus scripsit, uelis scribere, debes talem facere, qualem Homerus ostendit. reponis id est ad imitationem Homeri scribis' *schol. γ*, *idem alt. loco:* 'honoratum id est illustrem, honoris plenum' *uide etiam Doederlin. epist.* II *p.* 110 *sq.* achillen *F λ' Pph. opp. Pf. floril. Nostr.*

aut dormitabo aut ridebo. tristia maestum 105
uoltum uerba decent, iratum plena minarum,
ludentem lasciua, seuerum seria dictu.
format enim natura prius nos intus ad omnem
fortunarum habitum; iuuat aut impellit ad iram,
aut ad humum maerore graui deducit et angit; 110
post effert animi motus interprete lingua.
si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
intererit multum, diuosne loquatur an heros,

TESTIMONIA.

105—117 'tristia — agelli' Hildebertus moral. philos. p. 984 105—107 'tristia — dictum (sic)' florilegium Paris. 8069 105 sq. 'tristia mestum uultum uerba decent' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 Ioannes Victoriensis V 9 p. 411 B. 106 Conradi de Fabaria casus s. Galli c. 11 [Pertz. II p. 174] 'uultum uerba decent' florilegium Paris. 8818[a] 108—111 Ioannes Saresberiensis metalog. I 17 113 florilegium Cusanum C 14 ex Pph.' non ex Hor.
uu. 114—124 florileg. Nostradam. 114—116 'intererit — feruidus' Seruius interpolatus (saec. XV) ad Aen. XII 18

VARIA LECTIO.

105 domitabo *C* tristitia *γ* maestum *B F λ′ δ* (*a*) moestum *γ* mestum *cett.* *ς″* 106 uerba decent uultum *Hildebertus opp. florileg. Parisin.* 8069. 8818[a] *Nostradam.* laetum urbana decent *Peerlkampus* Voltum *C* Vultum *cett.* *ς″* *flor.* 8069. 8818[a] *Nostr.* decent] delectent *flor.* 8069 plena *om.* *δ* 1 107 lasciuia *ε y* 108 pri·nos *λ* 109 aut] atq. *τ opp. tractat. Vind. flor. Nostr.* inpellit *C F λ* (*τ*) impellit *cett.* *ς″* impelit *florileg. Nostradam.* 110 umū *λ* 1 maerore *B y* moerore *γ* merore *cett.′* *ς″* deducit] *littera* e *euanuit* *δ* 111 effert *γ C δ ε u F* 2 *λ* 2 (*σ τ* 2 *a r v et β* 2 *Fran. Lips.*) *Acr. gloss. Γ tractat. Vindobon. Ioann. Saresber.* efferet *B* effere *florileg. Nostrad.* (*om.* *β* 1) et certi *F* 1 *λ′* (*τ* 1 *et π*) *gloss. l:* 's. fiunt' inīp&re *C* 113 Rumani *ε* equites peditesque *Ω′ ς″* *Pph.′ florileg. Cusanum* e. p. q. *tractat. Vind.* *hanc formulam alias serio usitatam hic ut apud Plautum Poenul.* II 4, 10: 'quoduis genus ibi hominum uideas, quasi Acheruntem ueneris: equitem peditem, libertinum, furem an fugitiuom uelis' *non sine ioco dictam accipe. Bentlei coniectura*: 'equitesque patresque' *compluribus de causis improbanda uideatur. Porph.′*: 'ridebit equester ordo et plebs' cachinnum *ε* chachinū *λ* 114 diuosne *B C* (*et* 2 *Bland.*) diuusne *γ* 1 *F* 1 *λ′ δ u ς′* (*et* 1 *Bland.*) *Pph.′ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Bentl.* diuusq. *ε* dauusne *γ* 2 *F* 2 (*β′ σ τ* 2 *v*) *Seruius interpolatus et Hilde-*

maturusne senex an adhuc florente iuuenta 115
feruidus, et matrona potens an sedula nutrix,
mercatorne uagus cultorne uirentis agelli,
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.
aut famam sequere aut sibi conuenientia finge.
scriptor honoratum si forte reponis Achillem, 120

TESTIMONIA.

116 cf. Auien. progn. 468: 'sique sues lentae, si lanae sedula nutrix' 117 cf. Ouid. fast. V 499: 'forte senex Hyrieus angusti cultor agelli' 120 'ponere dicit scribere, ut Horatius: scriptor — Achillem' schol. Pers. 1, 70 'si — Achillen' Porph.' ad art. poet. 190

VARIA LECTIO.

bertus; 'unicuique personae actus aptandus est cum discretione, ut appareat, utrum deus loquatur an quilibet uirorum fortium; et sic d : : : : intellegendum' *schol.* ε Dauusne loquatur herusne *Landinus* Dauusne loquatur Erosne *Lambinus* diuesne loquatur an Irus (hirus) *Erasmus* heros *B* heros *cett.'* ς″ 115 Maturusne *uel* Maturus ne Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* Maturus ue *v y* maturusue *Hildebertus* 116 et] an *u* (*v*) *y* ω *florileg. Nostradam. Hildebertus opp. cett.' u uar.* ς″ potens Ω′ ς″ *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* parens *y Fea*, *sed cf. Iuuenal.* 1, 69: 'occurrit matrona potens' 117 Mercatorne *uel* Mercator ne Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* Mercator ue *v y* mercatorue *Hildebertus* cultorue *Hildebertus opp. florileg. Nostradam.* uirentis *B C* ε (σ τ 2 *a r v et Lips.*) *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* uigentis *γ F* λ′ δ *u* (β′ τ 1 *et* π 1 *Bland.*) *omis. Hildebertus* 'florentis feracis' *gloss.* Γ 118 assyrius *B* (β′) asyrius λ assirius *γ C F u* asirius ε asyr,us δ agris *C* 119 sequere] si q̄re *B* conueniencia λ conuenientia φ 119 *sq.* finge scriptor, *disting.* ω *Bentl.*, *sed superuacuum erit* 'scriptor', *si cum antecedentibus iunxeris; sin cum sequentibus, minime: quippe quo impediatur, quominus uocem reponere ad actorem referamus* 120 honoratus. *Bouhierus* Homereum *Bentleius* Homeriacum *Büchelerus opp.* Ω′ ς″ *Pph.' tractat. Vindobon. schol. Pers. florileg. Nostradam.; nec scholiastas Horati Homereum legisse, quod quidem Bentleius contendit, ex eorum uerbis apparet: hi enim non 'Homereum' sed praepositionem re in reponis spectantes sic interpretantur:* 'reponi igitur id est itidem scribi; si ergo Achillem de quo semel Homerus scripsit, uelis scribere, debes talem facere, qualem Homerus ostendit. reponis id est ad imitationem Homeri scribis' *schol.* γ, *idem alt. loco:* 'honoratum id est illustrem, honoris plenum' *uide etiam Doederlin. epist.* II *p.* 110 *sq.* achillen *F* λ′ *Pph. opp. Pf. floril. Nostr.*

impiger, iracundus, inexorabilis, acer
iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
sit Medea ferox inuictaque, flebilis Ino,
perfidus Ixion, Io uaga, tristis Orestes.
siquid inexpertum scaenae committis et audes 125
personam formare nouam, seruetur ad imum
qualis ab incepto processerit, et sibi constet.
difficile est proprie communia dicere; tuque
rectius Iliacum carmen deducis in actus,
quam si proferres ignota indictaque primus. 130
publica materies priuati iuris erit, si
non circa uilem patulumque moraberis orbem,
nec uerbo uerbum curabis reddere fidus

TESTIMONIA.

122 'iura — nata' Seruius ad Aen. II 29 124 cf. Ouidius trist. I 5, 22: 'fecerunt furiae, tristis Oresta, tuae' 126 sq. 'hoc praecipit Horatius in arte poetica: seruetur — constet' Seruius ad Aen. VI 176 interpolatus (saec. XV) 126 'seruetur ad imum' ecbasis captiui u. 830 uu. 128—135 florileg. Nostradam. 133 sq. 'nec

---

VARIA LECTIO.

121 Inpiger *F ε florileg. Nostradam.* īpiger *B* Impiger *cett.' ς''* Impier *τ* 122 sibi negat *τ* negat *λ' δ* (*τ ι r et Lips.*) *tractat. Vind.* neget *cett. ς' flor. Nostr.* nichil *u* adrog& *F* arroget *cett.' ς'' tract. Vind. flor. Nostr.* arrogat *τ ι* 123 media *B λ pr.* ino, in *in ras. λ* 124 ixionia vaga *C* horrestes *δ* horestes *ε* 125 scaenae *B C λ' δ* (*σ a*) scenae *cett. ς* cōmitis *C* 127 incoepto *δ* 128 'tuque] hoc interrogatiue ait: at enim dicunt difficile esse communia propriis explicare uerbis' *schol. Γ; Ribbeckius inter* dicere *et* tuque *haec interpolat:* 'uerum quae placeant raro contingit fingere' proprię *B δ a. ras. ut uid.* dicere communia *u pr.* 129 deducis carm̄ *u* carnen deducis *λ* carmen deducis *cett.' ς'' floril. Nostrad.* carmen diducis *y Fea* deduxes *Botheus* 130 quam sic *Botheus opp. etiam florileg. Nostrad.* proferre sicnota *λ pr.* primis *γ* 131 Puplica *y uu.* 132—137 *ex parte tantum liquent in C u.* 132 *delet Lehrsius* 132 Nec *ω opp. Pph.' florileg. Nostradam.* orb : : : *ε* orbem. *interpungit Doederlinus* 133 uerbo uerbum *γ B F λ' δ ε u ς'' Pph.'* uerbum uerbo *C* (*σ*) *y Hieronymus Seruius utrobique florileg. Nostradam.*, *praetulit Bentleius: sed haec lectio prosam sapit cf. Boetium* (*quem iam tract. Vindobon. laudat*) *in Porphyrium* I *p.* 46: '. . . uereor ne subierim fidi

interpres, nec desilies imitator in artum,
unde pedem proferre pudor uetet aut operis lex. 135
nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:
'fortunam Priami cantabo et nobile bellum'.
quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
parturient montes, nascetur ridiculus mus.

TESTIMONIA.

— interpres' Seruius ad Aen. I 223. XI 1. Hieronymus epist. 57 ad Pammachium 5 [Vallars. I p. 309ᵃ], hic praemissis: 'sed et Horatius uir acutus et doctus hoc idem in arte poetica erudito interpreti praecipit' 134 'nec — artum' tractat. Vindobon. ad art. poet. u. 149 138 sq. florileg. Nostradam. Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 138 cf. Quintilianus instit. I 5, 6: 'occurrat mihi forsan aliquis: quid hic promisso tanti operis dignum?' Petrus Cluniacensis epist. IIII 17 [biblioth. Cluniac. p. 829ᵉ]: 'sed ne de his illud usitatum dicatur: quid — hiatu?' 139 Hieronymus aduers. Iouinianum lib. I 1 [Vallars. II p. 238ᵃ] Probus cath. p. 25 K. florilegium Paris. 8818ᵉ florilegium Cusanum C 14 Seruius ad Aen. VIII 83. uita Wolfhelmi abbatis Brunwilarensis c. 11 [Pertz. XIIII = XII p. 186] Gunzo Noua-

---

VARIA LECTIO.

interpretis culpam, cum uerbum uerbo expressum comparatumque reddiderim' *nec minus haec altera:* uerbum e (*ex tractat. Vindobon.*) uerbo *y* [*Montepessulan.*] *schol.* ε *et tractat. Vindobon. pro interpretatione* 134 disilies *B* dissilies *C* imitatur γ ι arctum *u* (*a* ι ?) artum *cett.'* ς' (*et* π) *tractat. Vind.* arcum *r* ι (*et Lips.* ι) *flor. Nostrad.* 135—137 *initia euanuerunt in C u.* 135 *delet Lehrsius* 135 pudor proferre pedem *y* [*Sorbonens.*] referre pudor uetat *v opp. etiam florileg. Nostradam. uu.* 136—152 *post u.* 37 *ponit Lehrsius* 136 *y* [*Montepessulan.*] *in marg.:* 'ꝗ nec uiciū capies quod scriptor' *sic* φ 2, φ ι *euanuit* ut] *omis.* γ ι cyclicus γ *B C F* λ' ε (β' *a* ciclycus *r*) *tractat. Vindobon.* ciclicus δ (π' τ *v*) *Acr.* cilicus *u* ciclius σ *y* [*Reginens. pr. cons. Parisin.* 8219 *Vossian.* II] Cyclius *praetulit Bentleius; formam* κύκλιος *pro* κυκλικός *praeter Pollianum anthol. Pal.* XI 130, 1. *nemo exhibet; Pollianum autem ea propter* εὐφωνίαν *usum esse Welckerus demonstrauit cycl. epic. p.* 117 137 cantabo et] cantarat *B* bellum *y* [*Nostradam.*] 138 dignum feret hic tanto *y* [*Valentian.*] dignum fer& tanto *C* dignum tanto feret *cett.'* ς'' *floril. Nostrad.* tanto dignum *y Petrus Cluniacensis* fieret *Vincentius* 139 Parturient Ω' ς' *Pph.' Acr. tractat. Vindobon. Probus Seruius florilegia Paris.* 8818ᵃ *Cusanum Nostradam. Vincentius uita Wolfhelmi Iohannes de Monsterolio* Partuent *r* ι Parturi//ent *y* [β] Parturiunt *y* [*Gemblacensis aliique*] *Hieronymus Gunzo Uodalscalcus Bentleius*

quanto rectius hic, qui nil molitur inepte: 140
'dic mihi, Musa, uirum, captae pos tempora Troiae
qui mores hominum multorum uidit et urbes'.
non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten Scyllamque et cum Cyclope Charybdim. 145
nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo;
semper ad euentum festinat et in medias res

TESTIMONIA

riensis (saec. X ineunte) epist. ad Augienses fratres [apud Martenium uett. scriptt. ampl. coll. I p. 298ᵉ] Iohannes de Monsterolio [ibid. II p. 1445ᵉ] Uodalscalcus de Eginone et Herimanno c. 16 [Pertz. XIIII = XII p. 439] cf. Ioannes Saresberiensis policr. I 13: 'saepe quum parturiunt montes, procedit ridiculus mus' 'nascetur — mus' Quintilianus instit. VIII 3, 20 'ridiculus mus' ecbasis captiui u. 369
141 sq. Ausonius periocha I. libri Odysseae eosdem uersus usurpauit; Otto Frisingensis chronic. lib. I c. 26 142 schol. Γ epist. I 2, 20 Ioannes Saresberiensis policr. I 4 143 florileg Nostradam.
147 Hieronymus epist. 10 ad Paulum [Vallars. I p. 24ᵃ]

VARIA LECTIO.

140 Quando *δ* 1 nil *γ B u* λ′2 ς″ nihil λ′ *a. ras. δ a. ras. ε* (*a* 1) nihi *C* 141 capte *F* p̣ captę tēpora *C* postempora *ε* p̣ (*C* λ′*a*) *uel* post tempora (tempa *δ*) *cett.* ς″ *Ausonius Otto Frisingensis* post menia *uel* moenia *y* [*Montepess. uar. Sorbonens.* 2 *codd. Feae quorum alter ab alt. m.*, 1 *cod. Achillis Statii*, 1 *cod. Valarti*, 1 *Bentlei*] *Bentleius* post funera *y Bentlei dubia suspicio*, post Pergama *Cuninghamus; cf. c.* I 28, 11 *sq.*: 'quamuis clipeo Troiana refixo tempora testatus' *Ouid. metam.* XI 757 *sq.*: 'Priamusque nouissima Troiae tempora sortitus' VIII 365 *sq.*: 'forsitan et Pylius citra Troiana perisset tempora' *et uide interpretes ad Vellei. Paterc.* I 3, 2: 'Iliaca componentes tempora' 142 qui] q̣s *B* uid& *C* 1 143 s, *C* 144 C*ogitat ε* spetiosa *F* speciosa *δ* 145 Antiphaten *γ F* λ *δ* (*β′σ τ r et Lips.*) Antipathen *B* (*a*) Antiphathen *C* Antipaten *ε* Antiphatem *u* (*v*) *tractat. Vindobon.* scillam *Cδu* schillam *γ* Circam *coni. Bentl. quo nihil κακοφωνότερον et opp. tract. Vind.* cum] *omis. δ* 1 *ε* 1 (τ) c̄ *B* ciclope *γ C u* charibdim *B C ψ φ corr.* λ *ε* (*a*) caribdim *φ pr. δ u* (*τ l r* 1 *v*) caribdin *γ y cf. epist.* I 17, 60: 'Osirim' 147 Et gemino *Hieronymus* troiae sortitur λ′ *ę troianum orditur* ouo] *in ras. δ* (heuo = aeuo *π* 1) 148 Senp λ adeuentū *δ*

non secus ac notas auditorem rapit et quae
desperat tractata nitescere posse, relinquit, 150
atque ita mentitur, sic ueris falsa remiscet,
primo ne medium, medio ne discrepet imum.
tu quid ego et populus mecum desideret audi.
si plosoris eges aulaea manentis et usque
sessuri, donec cantor 'uos plaudite' dicat, 155
aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
mobilibusque decor naturis dandus et annis.
reddere qui uoces iam scit puer et pede certo
signat humum, gestit paribus conludere et iram

TESTIMONIA.

151 sq. ecbasis captiui 482 sq. 'Sic ueris — imum' florileg. Nostradam. 151 cf. Senec. Hercul. fur. 1075: 'ueris miscens falsa'
152 cf. Willelmus uita s. Thomae: 'ne primum medio, medium nec discrepet imo' uu. 158—176: 'Reddere — adimunt' floril. Nostradam. 158—174 Hildebertus moral. philos. p. 982 158—165 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 158 sq. 'reddere — humum' schol. Statii Theb. IIII 257 p. 131

VARIA LECTIO.

u. 149 *omis. y* [*Taurinens.* 1] 149 Nec *u* Non *cett.'* ς'' Haut *y* auditas, *ad marg.* ac notas *u* 150 tracta *B* imum] unū *B* (*r* 1) *y* 153 q//d ε 154 si fautoris eges *coni. Bentleius* spectatoris eges *Meinekius* plosoris γ *B C* λ *corr.* δ 2 (*a r*) *y* [*V Gemblacens. Gronou. Lips. Montepessul. uar. Parisin.* 8216 *a* 1. *m. Taurinens.* 1 *Valentian.*] *Pph. cons. Acr.* plusoris *uel* plus oris *F* λ' δ 1 (τ 1 *et* π) plausoris *u B* 2 *superscr.* φ 2 λ' 2 (β' σ τ 2 *v*) *Pf. tractat. Vindobon. in interpretat.* pl::isoris ε 'Plosoris et plausoris legitur' *Acr.* aulę *B* aulaea *C Pph.'* aulea *cett.'* 155 Sessori *B* Sesuri *C* *post* dicat *punctum pon. codd. pars et Doederl.* 157 Mobilibusq; ε Nobilibusque *B* naturis Ω' ς'' *tractat. Vindobon. Wielandus* maturis *y* [*Upsalensis* 1 *Vatic.* 1 *Vigorniensis uar.*] *Bentl. opp. tractat. Vindobon.* 'dandus est] puero adolescenti et maturo seni τὸ (ΤΟΝ γ *r*) πρέπον id est decus tribuendum est. annis ad (a)etatem retulit, naturis ut scias quemadmodum debeat uir loqui et quemadmodum mulier' *schol. Γ. in urte poetica particula* 'et' *nusquam postponitur* et *cf. Ouid. epist.* 14, 55: 'femina sum et uirgo, natura mitis et annis'
158 Redere *u* qui Ω' ς'' *florileg. Nostradam.* cum *M. Bonfinis* certo] *C non liquet*
uu. 159—200 *DEFICIT cod.* ε; Ω' = γ *B C F* λ' δ *u*
159 humū > (= et) gestit *B* conludere *C* λ δ *u* (*a et* π) colludere

colligit ac ponit temere et mutatur in horas. 160
inberbus iuuenis, tandem custode remoto,
gaudet equis canibusque et aprici gramine campi,
cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
utilium tardus provisor, prodigus aeris,
sublimis cupidusque et amata relinquere pernix. 165
conuersis studiis aetas animusque uirilis
quaerit opes et amicitias, inservit honori,
commisisse cauet quod mox mutare laboret.
multa senem circumueniunt incommoda, uel quod

TESTIMONIA.

161—164 Ioannes Saresberiensis policr. VIII 24 162 uita Adalberonis c. 1 [Pertz. XIIII = XII p. 130] 165 schol. Γ (γ Fran. omis. Hauthal. Paulyus alii) epist. II 1, 100: 'ut alibi: et amata relinquere pernix' 166—168 Ioannes Saresberiensis policr. VIII 24 166 sq. 'animusque — amicitias' Seruius ad Aen. VIII 163 169—174 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 169 sq. florilegium Paris. 8818[a] 169 cf. Columbanus ad Sethum u. 21 [cod. Paris. 8303]: 'multa senem fragilis uexant incommoda carnis'

VARIA LECTIO.

γ B F ς′ (*et Lips.*) et iram] plura *Hildebertus*, *C* 1 *non liquet u.* 160 *omis. F pr.* 160 Concipit ω [*Zarot.*] *Peerlk.*, *sed cf. Stat. Th.* XII 759 ac ponit Ω′ς′ (*et* π) *flor. Nostr.* ac ponet *r* (*et Lips.*) et ponit *y Hildeb.* aut ponit *y* temere] te mete = te metere *B* motatur *C* hora *B*, *C non liquet* 161 Inberbus *y C* 1 (*r* 2 *uar.*) *y* [*Mellicens.*] Imberbus *y* [*V*] Imberbis τ *ut uid.* Inberb//s *C* Inberbis *F λ δ u* (π′σ *a r v*) *florileg. Nostradam. Vincentius* Imberbis β′τ *l Hildebertus Ioannes Saresber.* Īberbis *B*; *Charisius lib.* I *p.* 95 *K.*: 'inberbi autem dicuntur, non inberbes: sic enim et Varro . . . et Cicero . . . Titus Liuius autem XVIII inberbis singulariter' *Acr.*: 'Inberbus et inberbis, sicut inermus et inermis' *recepimus formam rariorem* 162 æquis *F* 163 Cereus β′ ferens *Vincentius* uicium λ δ 1 flectit γ 165 cupidus, *omisso* que, *Vincentius* 166 Conuersi *B* animuque *B* uiriles *B* 167 Querit *u* amicicias λ amititias ψ *u* amiticias *C* *uu.* 168—170 *omis.* δ *pr.*, *add. in margine superiore* 168 Commississe *B* mox mutare γ *B* λ *corr.* 1 *aut* 2 *u* (β′*a v et Lips.* 2) *Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Ioannes Saresber.* mox motare *C* permutare *F* λ′δ (σ τ *r et* π *corr. Lips.* 1: mutare π *pr.*) post mutare *y* [*cod. Gonodii*] mox munire *y* [*Helmstad. Mellic.*] *in hoc usu particulae mox* = *postea uetere grammaticos haesisse apparet ex Seru. ad georg.* I 24 *ubi eandem ob causam Hor. c.* III 6, 48 *adlegat* 169 inc//omoda δ in//commoda *u*

quaerit et inuentis miser abstinet ac timet uti, 170
uel quod res omnis timide gelideque ministrat,
dilator, spe longus, iners auidusque futuri,
difficilis, querulus, laudator temporis acti
se puero, castigator censorque minorum.
multa ferunt anni uenientes commoda secum, 175
multa recedentes adimunt. ne forte seniles
mandentur iuueni partes pueroque uiriles:

TESTIMONIA.

170 Acr. ad serm. I 1, 42: 'ut in arte poetica: miser — uti'
173 cf. Seneca de ira II 19, 4: 'senes difficiles et queruli sunt'
175 sq. 'multa — adimunt' Seruius ad Aen. V 344 cf. Seneca dialog. VII ad Gallionem de uita beata 20, 3: 'ego fortunam nec uenientem sentiam nec recedentem' 177 Eugraphius in Terent. Phorm.

VARIA LECTIO.

170 Querit *γ u* abstinet *Ω′ς″ floril. Nostr.* abstūt (*sic*) *florileg. Paris.* 8818[a] ac timet] *omis. C* 1 & timet *C* 2 *Acr. ad serm.* I 1 *flor. Nostr. Vincentius* 171 quod] quia *Vincentius opp. flor. Nostr.* omnis *F y* [*π Montep. Petropolitan.*] omnes *cett.′ς′ floril. Nostradam.* gelide timideque *flor. Nostrad.* timide *Ω′ florileg. Nostradam. cons. ς′* tumide *π′* geli *B* 172 Delator *B* *comma post* dilator *del. Doederlinus* longus *Ω′ς″ florileg. Nostradam. Hildebertus* lentus *Bentleius* auidusque *Ω′ς″ tractat. Vindobon. florilegium Nostradam. Hildebertus* pauidusque *e cod. Reginensi, ubi legitur* iners.⸗ auidusq:, *Bentleius; sed cf. Senec. epist.* 101, 8. 10: 'maximum uitæ uitium est, quod inperfecta semper est, quod aliquid ex illa differtur. qui cotidie uitae suae summam manum imposuit, non indiget tempore. ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri exedens animum . . . cui uita sua cotidie fuit tota, securus est: in spem uiuentibus proximum quodque tempus elabitur subitque auiditas et miserrimus ac miserrima omnia efficiens metus mortis' *Aristotel. rhet.* II 13, 8: '*καὶ φιλόζωοι καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ διὰ τὸ τοῦ ἀπόντος εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν*' *Sophocl. Acris. fragm.* 63 *N.*: '*τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ*' *Statius s.* IIII 3, 132: 'Aeneas auide futura quaerens' *Acr.*: 'cupidus futuri, quia semper senex timore mortis uiuere desiderat. nam timor mortis desiderium uitae est' 173 Dificilis *δ* quærulus *φ* *post u.* 173 *in y* [1 *cod. Feae*] *insertus est hic:* 'Laudat praeteritos, praesentes despicit actus' 174 censor castigatorque *ω* *opp. Ω′ς″ flor. Nostr.* *uu.* 175—177 *del. Lehrsius* 175 uenientis *B* comoda *δ* 176 recedentis *B* seniles] uiriles *B*

177 Mandantur *u* Mand///tur *λ* (*recte l*) Mandan̄////en *δ*

semper in adiunctis aeuoque morabimur aptis.
aut agitur res in scaenis aut acta refertur.
segnius inritant animos demissa per aurem 180
quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et quae
ipse sibi tradit spectator: non tamen intus
digna geri promes in scaenam, multaque tolles
ex oculis quae mox narret facundia praesens.
ne pueros coram populo Medea trucidet, 185
aut humana palam quoquat exta nefarius Atreus,
aut in auem Procne uertatur, Cadmus in anguem.
quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.
neue minor neu sit quinto productior actu

TESTIMONIA.

IIII 5, 14: 'partes enim uirorum uiros, feminarum feminas, ut docet Horatius, agere conuenit' 179 Diomedes p. 490 K. 180—182 'Segnius — spectator' florileg. Nostradam. 180 sq. 'segnius irritant animum dimissa per aurem, quam quae sunt oculis subiecta fidelibus' ex uita sancti Mochullei Hiberniensis episcopi [mon. Germ. SS. XX 512] 'segnius — fidelibus' Petrus Cluniacensis contra Petrobrasianos haereticos epist. [biblioth. Cluniacens. p. 1196c] Ioannis Saresberiensis quidam amicus [apud Giles. Thomae Cantuarensis oper. IIII p. 301] cf. Nazarius panegyr. Constant. Aug. c. 32: 'ad animum languidius accedunt, quae aurium uia manant, quam quae oculis hauriuntur' 187 cf. Claudianus I Eutrop. 293: 'in uolucrem Tereus, Cadmus se uertit in anguem'

VARIA LECTIO.

u. 178 *del. Ribbeckius* 178 morabimur *γ u λ corr.* ı *aut* ı (*β′σ a r v et Lips.*) *tractat. Vindobon.* morabitur *B F λ′ δ* (*τ et π*) *commentator Cruquianus*, *C non liquet* apti *B* 179 scaenis *γ B ψ λ′* (*σ a*) *y Pph. Porph.′* scenis *cett. omis. Pf.* 180 inritant *λ* ĩritant *B* irritant *cett.* ς′ irritent *flor. Nostr.* (*β in ras.*) demissa *Ω* ς″ dimissa *τ l y tractat. Vindobon.* emissa *flor. Nostr.* aurem *Ω′* ς″ *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Ioannes Saresber. Petrus Cluniac.* aures *y* [*Parisin.* 8216 *Valentian.*] 181 Quamque *B λ δ* ı etque *γ λ* 183 scaenam *B ψ* (*β′σ a l*) scenam *cett.* ς′ 184 que *λ u* p̄sens facundia narr& *y* [*Montepessul. Sorbonens.*] *opp. tractat. Vindobon.* 185 Ne *Ω′* ς″ *tractat. Vindobon. restituit Bentleius* Nec *v y ω* Neu *y* 186 quoquat *C* ı *F y* [*β Gron. Montepessulan.*] coquat *C* coquat *cett.′* ς′ nefar atreus *λ* 187 procne *F* (*τ r* ı *et Lips.* ı) p̄ne *λ* progne *cett.′* ς′ (*et π*) *illud praetulimus propter Vergil. georg.* IIII 15 cadmus *γ C δ u* cathmus *B* chathm' *λ* chadmus *F* 189 nec *u neu δ* neu *cett.′* ς′ (*et π*) *Pph.′* (ne//u *Lips.*)

fabula quae posci uolt et spectanda reponi; 190
nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus
inciderit; nec quarta loqui persona laboret.
actoris partis chorus officiumque uirile
defendat, neu quid medios intercinat actus
quod non proposito conducat et haereat apte. 195
ille bonis faueatque et consilietur amice,

TESTIMONIA.

191 sq. 'nec — inciderit' Seruius ad Aen. I 8. II 620. VIIII 764 florileg. Nostradam. 192 'nec — laboret' Diomedes p. 491 K. uu. 196—201 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

fit δ (τ) quinto] uicto B qnto C 2 in lacuna 190 que u uolt C F λ′ δ (et π) uult cett. ς′ et spectanda γ C φ (a v et β π 2) Pph.′ tract. Vind. et exspectanda B &///s//pectanda ψ et spectata λ′ δ u γ uar. ς′ (et Fran.) et spectanda v; Porph.′: 'hoc est quae placere uult et iterum proferri' schol. γ: 'quae uult posci a populo et reponi spectanda ut denuo agatur, quae uult in auctoritatem uenire' cf. u. 37 et s. I 10, 39 reponi] reposci Wyttenbachius u. 191 om. Fran. pr. Nec Ω′ ς″ Pph.′ tract. Vind. Non floril. Nostr. ne Handius Tursellin. IIII 122 neu Schelleus uindice] iudice σ v 1 uar. y 192 nequarta γ nec] ne φ Diomedis codd. plerique uu. 193—195 r 2 in ras. 193 Actoris Ω′ ς (et π Fran. omn. codd. Cr.) Pph.′ Acr. tract. Vind. Auctoris y (β 1) ω partis B C 1 y [Montepessulan.] partes cett.′ ς″ parteis y [omn. codd. Cruquii (?)] offitium γ F 194 moedios δ intercenat B intercinat cett.′ ς″ intercidat σ τ y 195 hereat γ φ δ u aptę C ψ a. ras.

196 REDIT cod. v; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

196 Illi B amice γ B C u ς (et Fran. Lips.) florileg. Nostr. amice F λ δ (τ v et β) amicis λ′ Acr. idem coni. Muretus amici F 1 y [π] cf. epist. II 1, 128 197 amat γ 1 pacare r 1 y [cod. Buslidian. ap. Cruquium cod. Victoris Giselini ap. Pulmannum codd. Statii] peccare a paccare l 1 peccare γ B C F λ δ corr. u (β′ ν π′ σ τ v) Ac. gloss. Γ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. pecare δ pr. y [Montepessulan. Parisin. 8214 Taurinens.] timentis F y [π Montepessulan.] timentes cett.′ ς′ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. cons. gloss. Γ tamentes y [cod. Victoris Giselini] pacare tu-

et regat iratos, et amet pacare timentis;
ille dapes laudet mensae breuis, ille salubrem
iustitiam legesque et apertis otia portis;
ille tegat commissa, deosque precetur et oret 200
ut redeat miseris, abeat Fortuna superbis.
tibia non, ut nunc, orichalco uincta tubaeque
aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco
adspirare et adesse choris erat utilis atque
nondum spissa nimis complere sedilia flatu; 205
quo sane populus numerabilis, utpote paruos,

TESTIMONIA.

202 sq. cf. Ioannes Saresberiensis policr. prolog. lib. VI: 'nam quis a semipagano tibiam aurichalco iunctam et aemulam tubae grandioris expectet?'

VARIA LECTIO.

mentes *uel* tumentis *receperunt Bentl. Meinekius Hauptius Linkerus alii* pacare timentis *recepimus cum Doederlino cf. epist.* I 4, 12: 'timores inter et iras' 198 mense *C* 199 Iusticiam *C λ* legis *C* ocia *C* 200 Intellegat *γ* 1

201 *DENVO INCIPIT cod. ε; Ω′ = γ B C F λ′ (λ l) δ ε u: ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

201 habeat *δ* *post u.* 201 *lacunam statuit D. Heinsius* *u.* 202 *om. y* [*Fran. pr.*] 202 non ut] *omis. B* ñ coricalcho *C* 1 orichalco † auri *φ corr. ψ u Pph.′* oricalco *φ pr. λ′ δ ε* oricalcho *γ C* 2 coricalcho *B* uincta *γ B F λ′ δ u* (*π′ σ τ a et β* 2 *Bland.*) *Pph.* iuncta *C ut uid. ε* (*ν r* 2 *v et Fran.* 2 *Bland.*) *Pf. tr. Vind. Io. Sar. r* 1 *n. l.* 203 s. *C* pauco *γ B C ε uar. u uar. δ* 2 *ς′* (*et β uar. Fran.*) *Pph.′ cons. Acr.* paruo *F λ′ δ* 1 *ε u* (*τ et β π* 2 2 *Bland.*) *quod inuasisse uidetur* † paruo *ex u.* 206 pauco *v* 204 Adspirare *C λ′ δ* (*ν a et π*) Asspirare *γ ε* (*σ*) Aspirare *B F u ς′* (*et Lips.*); *illud praetulimus et propter Vergilianos codices uetustissimos et allitterationis causa in hoc libro nonnumquam usitatae cf. uu.* 9. 42. 121. 247. 414. 416 coris *B* 205 conplere *u* (*ν*) complere *cett.′ ς″* *u.* 206 *del. Hammersteinius* 206 Quod *B* ut pute *uel* utpute *C δ ε* (*τ pr.*) paruos *B C* paruus *cett.′ ς″* parcus *Tan. Faber opp. Acr. tractat. Vindobon.*

l. 230

235

240

captant;'
·gunto'
240 'ex
– idem'

. *Acr.*
1 *B C*
1 *aut*
234
·*ph.'*
7 *λ'*
tat.
ς″
·*r.*
u
]

mox etiam agrestis Satyros nudauit et asper
incolumi grauitate iocum temptauit eo quod
inlecebris erat et grata nouitate morandus
spectator functusque sacris et potus et exlex.
uerum ita risores, ita commendare dicacis 225
conueniet Satyros, ita uertere seria ludo,
ne quicumque deus, quicumque adhibebitur heros,
regali conspectus in auro nuper et ostro,
migret in obscuras humili sermone tabernas,

TESTIMONIA.

221 cf. Ausonius Mosell. 170 sq.: 'hic ego et agrestes Satyros et glauca tuentes Naidas extremis credam concurrere ripis' 223 cf. Ouidius metam. IIII 284: 'dulcique animos nouitate tenebo' 224 'exlex' glossarium Mai [classic. auct. VIII 200] incerti excerpta argumenti grammatici § 26 p. 207 Eichenf. et Endlich.

VARIA LECTIO.

Porph.' Victorin. tractat. Vind. Isidorus ircum *B C F λ y* [*Mell. Parisin.* 8216 *Valentian.* 1] *Isidori cod. Parisin.* 7582 *saec.* X yrcum σ ircũ *Pph.* hircum *γ ε u* (*ν π' τ l*) *Pf. Diomed. florileg. Cusan.* hyrcum *δ* (*a r v cons. β'*) *cf. Quintilian. instit.* I 5, 20 221 mox] Vox *florileg. Cusan.* agrestis *γ* 1 *C* (*a*) *y* [*π Bruxellens. Gronou. Mellicens. Montepessul. Parisin.* 10403] *Pph.' florileg. Cusan. Diomedes p.* 487 *K.* (*omis. codd. p.* 491) *Marius Victorinus* (*cod. Valentian.*) agrestes *cett.' ς'* satiros *C δ u* nudauit] nouauit *Diomedis codd. utrobique*, *recte Pph.' Victorinus* (*cod. Valent.*) 222 Incolomi *γ B ε* (*ν σ r et π* 2) *Diomedes* Incolumi *cett.' ς''* *Marius Victorinus* grauitate] *omis. codd. Diomedis p.* 491 locum *δ ε* (*τ r* 1 *et π Lips. corr. ut uid.*) *Diomedes; B utrum* locum *an* locum *uoluerit non liquet*, iocum *cett.' ς'* (*et Lips. pr. ut uid.*) *Acr. tractat. Vindobon.* *Marius Victorinus* 223 inlecebris erat] Inerat *λ* Inlecebris *B C corr. δ* 2 (*a l corr. r* 2 *et β* 1) *Acr. Diomedes* Enlecebris *C pr.* Incelebris *F δ* 1 *ε* (*τ* 1 *l pr. r* 1 *et π* 2 *Lips.*) Illecebris *γ u* (*ν σ τ* 2 *v et Fran.*) *tractat. Vindobon.* Illecerebris *Mar. Victorinus* (*cod. Valent.*) Illec//ebris *τ* erat *omis. F pr.* (*et π*) et] *omis. δ* (*τ*) & grata erat *C* grata] *omis. codd. Diomedis* 224 Spectatus *C* 225 cōniendare *B* dicacis *B C* dicaces *cett.' ς'' tractat. Vindobon.* loquaces *y* 226 Conueniat *B* (*β'*) *opp. tractat. Vind.* satiros *C δ u* ita uertere] auertere *B C* 227 adhibetur *B ε* (*et Lips. pr.*) adibebitur *C* et heros *B*

aut, dum uitat humum, nubes et inania captet. 230
effutire leuis indigna Tragoedia uersus,
ut festis matrona moueri iussa diebus,
intererit Satyris paulum pudibunda proteruis.
non ego inornata et dominantia nomina solum
uerbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo, 235
nec sic enitar tragico differre colori,
ut nihil intersit, Dausne loquatur et audax
Pythias emuncto lucrata Simone talentum,
an custos famulusque dei Silenus alumni.
ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quiuis 240
speret idem, sudet multum frustraque laboret
ausus idem: tantum series iuncturaque pollet,

TESTIMONIA.

230 cf. Ioannes Saresberiensis policr. VIII 5: 'nubes — captant;' imitatus est Persius 5, 7: 'grande locuturi nebulas Helicone legunto' 232 sq. Acribo scholasticus music. p. 205 [t. II Gerbert.] 240 'ex — sequar' schol. Γ epist. II 1, 167 240—242 'Ut sibi — idem' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

230 dum] nū *B C* uitet *u* (τ) u*itet* ε uitat *cett.'* ς″ *Ac. Acr. tractat. Vindobon.* 231 Effuttire γ *F* λ Eeffutire δ leuis γ ι *B C* (ν *a cons.* π) *y* leues *cett.'* ς′ indignata *B* traguedia *F* δ ι *aut pr.* tragoedia γ tragedia *u* 233 satiris *u* ꝑpluis *F* *uu.* 234—243 *Spengelius post u.* 250 *ponebat, suspect. Gruppeus opp. Porph.' Acr. tractat. Vindobon.* 234 nomine *B C* ι 235 pisonis *F* λ′ δ ι ε (*et* π; personis τ ι) satirorum *u* 236 Ne γ *pr. opp. tractat. Vindobon.* 237 nichil *u* dausne *B* dausne *C* dauusne *cett.'* ς″ et *B C y* [*V et alter Bland.*] an γ *F* λ′ δ ε *u* ς″ *Ac. cf. uar. lect. epist.* I 12, 17 238 Pythias *F* λ′ δ ε Pithyas γ *B C* Phithias *u* 239 alunni *u* 240 carmen fictum *u y* [*Bruxell. Petropolit.*] *opp. cett.'* ς″ *Ac. schol.* Γ *epist.* II 1, 168 *uu.* 240—243 *del. Ribbeckius* 241—243: *aut uu.* 242 *sq. aut* 'sudet — idem' *delenda censet Gruppeus* 241 : : peret ε Spiret λ′ Sperat τ *pr.* frustaque ε 242 : : : sus ε

uu. 243—410 *DEFICIT cod.* ε; Ω′ = γ *B C F* λ′ δ *u*; ς″ = *aut omnes codd.* β′ (β *Fran.*) ν π′ (π *Lips.*) σ τ *a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*; ς = *aut omnes codd.* ν σ τ *a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

tantum de medio sumptis accedit honoris.
siluis deducti caueant me iudice Fauni,
ne uelut innati triuiis ac paene forenses 245
aut nimium teneris iuuenentur uersibus umquam,
aut inmunda crepent ignominiosaque dicta:
offenduntur enim quibus est equos et pater et res,
nec siquid fricti ciceris probat et nucis emptor
aequis accipiunt animis donantue corona. 250
syllaba longa breui subiecta uocatur iambus,

TESTIMONIA.

247—250 florileg. Nostradam. 248 Ioannes Saresberiensis policr. VIII 10: 'offenditur enim, quibus — res' 251—262 cf. Marius Plotius IIII 30 p. 268 Gaisf.: 'secundum rationem metri iambici huc usque extendi metrum iambicum deberet, a dimetro usque ad trimetrum, quam-

---

VARIA LECTIO.

Ω′ = γ B C F λ′ δ u; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

243 sunptis *u* accedit *Ω′ ς″ tractat. Vindobon.* accedet *τ y Botheus* accessit *y* 244 Silua *u opp. cett.′ ς″ tractat. Vindobon.* educti *y* [2 *codd. Feae*] *Marklandus opp. Acr. tractat. Vindobon.* iudice] lucide *C* 245 uelud *λ* 1 *aut pr.* paene *ν* poene *λ corr.* pene *cett.* 246 uersib istis vnq *C* unquam *γ B C* (*ν et Fran.*) umquam *cett.′ ς′* (*et β*) *u.* 247 *post u.* 248 *florileg. Nostradam.* 247 immunda *u* (*l*) *florileg. Nostradam. pr.* īmunda *B* inmunda *cett. ς″ Ac. florileg. Nostradam. corr.* ignominiosaq. *δ* dicta] uerba *ω* [*Mediolan.* 1476. *Lips.* 1498] *excerpta Frisingensia opp. tractat. Vindobon. qui* 'uerba' *exhibet pro interpretatione; dicta r* dicam *florileg. Nostradam.* 248 equos *B C* 1 (este qs *B*) æquus *δ a. ras.* equus *C* 2 *cett.′* equs *y* [*Montepessul.*] 249 siquid *B* fricti *γ F λ′* 1 *δ corr. u C* 2 *ς′* (*et Lips. omn. codd. Cruqu.*) *Ac. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* stricti *C* 1 fracti *B δ pr. λ′* 2 (*τ ν et π* 1); *frictum cicer, quod hodieque appellatur cecio fritto, et frictae nuces occurrunt apud Plautum bacch.* 767. *Poenul.* I 2, 112 250 donantque *u* (*π′ r*) donant, *om.* ue, *B* donantue *u uar. cett.′ ς′* (*et π uar. Lips.* 2) *florileg. Nostr.* donantq; *v* coronā, *lineola fort. ab alt. m., γ* 251 Sillaba *γ* 1 *B u* longa] nona *B* subiuncta *τ opp. Pph.′*

pes citus; unde etiam trimetris adcrescere iussit
nomen iambeis, cum senos redderet ictus
primus ad extremum similis sibi: non ita pridem,
tardior ut paulo grauiorque ueniret ad auris, 255
spondeos stabilis in iura paterna recepit
commodus et patiens, non ut de sede secunda
cederet aut quarta socialiter. hic et in Acci
nobilibus trimetris apparet rarus, et Enni
in scaenam missos cum magno pondere uersus 260
aut operae celeris nimium curaque carentis
aut ignoratae premit artis crimine turpi.

TESTIMONIA.

uis Horatius usque ad trimetrum praeceperit, cum de sexto pede uel septimo iambico nullam fecerit mentionem' 251 sq. 'syllaba — citus' Marius Plotius IIII 3 252 sq. 'pes — iambeis' Pseudoacron uolgatus (non Acr. γ) ad c. I 16, 24 254—256 'non ita pridem — recepit' Marius Plotius IIII 3 p. 268 Gaisf. 257 sq. 'non ut — socialiter' Marius Plotius IIII 6 et IIII 7 p. 269 Gaisf.

VARIA LECTIO.

252 trimetris] iri metris *B* adcrescere *C φ λ′ δ u* (*a v et π*) adcrescere *ψ* accrescere *cett.* ς (*r* 2 *et Lips.*) *r* 1 *n. l.* acr: *β′* accedere *Pph.′* 253 Nomen *Ω′ ς′* (Nomen *Fran.*) *Pph.′ Porph.′ Acr.* momen *Ribbeckius* iambis *B Pph.* 253 *sq. post* iambeis *punctum ponit Iahnus nou. annal. phil. et paedag.* XXXXVII 474 *post u.* 254 *lacunam statuit Ribbeckius* 255 paulo *Ω′ ς′ Pph.′ Acr. Plotius* paulum *π′ r* auris *π′ r y* [*Montepessul.*], *C non liquet*, aures *cett.′ ς′ Pph.′ uu.* 256—258 *legi uix possunt et in antecedentibus nonnulla euanuerunt in C* 256 Spondios *B* stabilis *B y* [*π*] stabiles *cett.′ ς′* paīna in iura *u* paterna] alterna *Batauus quidam in actis societatis Vltraiect.* III 101 *et C. F. Hermannus philol.* X 233 257 paciens *λ* 258 acci *γ C ς″* aci *a pr.* achi ł acci *B* ł ii accii *F λ′ δ u* (*τ* 1 *n. l.*) acci *v* Atti *ω opp. tractat. Vindobon.* 259 Mobilibus *P. Victorius opp. Bentl.* appar&] *φ n. l. post* rarus *duo puncta ponit D. Heinsius opp. tractat. Vindobon.* ennii *F λ′ δ u* 259 *sq.* et Enni. In scenam missus *Marcilius et Bentleius* 260 scęnam *B C* (*σ τ a l et Fran.*) cenam *λ pr.* scenam *cett.* missus *Piscator* cum magno pondere *Ω′ ς″ Ac. Bentl.* magno cum pondere *v y ω*, *sed cf. apparat. critic. ad serm.* I 10, 49 magno quod pondere *M. Bonfinis* 261 opere *C φ* celeris (sceleris *ψ*) nimium *Ω′ ς″ Pph.′* nimium celeris *a y opp. Ac.* 262 ignotę *γ pr.*

non quiuis uidet inmodulata poemata iudex,
et data Romanis *ueniast indigna poetis.
idcircone uager scribamque licenter, an omnis 265
uisuros peccata putem mea, tutus et intra
spem ueniae cautus? uitaui denique culpam,
non laudem merui. uos exemplaria Graeca
nocturna uersate manu, uersate diurna.
at uestri proaui Plautinos et numeros et 270
laudauere sales, nimium patienter utrumque,
ne dicam stulte, mirati, si modo ego et uos
scimus inurbanum lepido seponere dicto,

TESTIMONIA.

263 cf. Auson. edyll. 4, 56: 'te praeeunte, nepos, modulata poemata Flacci' 267 cf. ecbasis captiui u. 745: 'hanc meruit poenam, uitasti denique culpam' 268 sq. 'uos — manu' Acr. ad serm. I 3, 117

VARIA LECTIO.

263 inmodulata *γ C δ u* (*β′ ν v*) īmodulata *B* immodulata *cett.′ ς′* poemate *F* poemata *cett.′ ψ corr.* 264 Sed data *y* uenias *B* uenia est *cett.′ ς″* uenia *y* indigna] iniusta *y* [*Montepessul.*] *opp. tract. Vind.* 265 Iccircone *C* (*σ*) Iccirco, *om.* ne, *B* Idcircone *cett.′ ς″ Ac.* an *γ B C λ′ δ ς″ Ac. Acr. tract. Vind.* ut *u y* [*Barcinon. corr. Basil.* 1 (*superscr.* ł an) *Parisinus* 8219 *uar.* 1 *cod. Statii*] ł at *Bentl. consentire Acronem dicens* an *v* at *y* [*Bernens.* 542] *Gruppeus* et *y* [*Parisin.* 8216] *Fea* omnis *B C* ι *λ′ δ* (*ν τ a*) *y* [*β π* 2 *Brux. Gron. Montep. Vossian.*] *ω Ac.* omnes *γ u* (*σ r v et Fran. Lips.*, *π* ι *non liqu.*) 266 intra] extra *Lambinus* uenie *γ* 266 *sq.* cautus? uitaui *codd. Acr. tractat. Vind. Lambinus Bentl. Fea* mea? . . . cautus uitaui *interpung. Doederlinus* uitaui — merui *del. Gruppeus* incautus uitaui *Hamacherus: sed hic locus nulla eget emendatione, uerum recta interpretatione uocabuli* 'tutus', *de quo cf. u.* 28

268 graeca *B* (*a et π*) gre//ca *λ* greca *cett. uu.* 270—274 *del. Gruppeus, inter uu.* 262 *et* 263 *ponit Prinzius* 270 Aut *γ* A//t *l* uestri *Ω′ ς″* (*et omn. codd. Cruqu.*) *tractat. Vindobon.* nostri *y* [*Bernens.* 508 *Nostradam. uar. Vossian. fol.* 130] *ω ubi uerba* 'At — sales' *non Horatio, sed Pisonibus tribuebantur* 271 pacienter *F* 272 Ne stulte dicam *y* Ne dicam *Ω′ ς″ Acr.* Non dicam *y* [*Nostradam. pr. Valentian.* 1] *Sanadonus* nec dicam *Stallbaumius* miratis modo *B* 273 laepido *F* sepondere *B* dictum *u y* dicto *cett.′ ς″ Pph.′ Acr. tractat. Vindobon.* dicto *ν* dictu *y*

legitimumque sonum digitis callemus et aure.
ignotum tragicae genus inuenisse camenae 275
dicitur et plaustris uexisse poemata Thespis,
quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.
post hunc personae pallaeque repertor honestae
Aeschylus et modicis instrauit pulpita tignis
et docuit magnumque loqui nitique coturno. 280
successit uetus his comoedia, non sine multa
laude; sed in uitium libertas excidit et uim
dignam lege regi: lex est accepta, chorusque
turpiter opticuit sublato iure nocendi.
nil intemptatum nostri liquere poetae; 285
nec minimum meruere decus uestigia Graeca

TESTIMONIA.

274 Pseudoacron uolgatus ad c. IIII 9, 49. Ioannes de Muris summa musicae c. 9 [III p. 209 Gerbert.] 275—288 Donatus (?) de tragoed. et comoedia fragm. p. XVII Klotz. 275—280 cf. Apollinaris Sidonius carm. 9, 232—235: 'pictum faecibus Aeschylon secutus aut plaustris solitum sonare Thespin, qui post pulpita trita sub coturno ducebant olidae marem capellae' 275—277 Diomedes p. 487 K. 278 cf. Athenae. I 21[d]: '*καὶ Αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα . .*' 282 sq. 'Plerumque in uitium — regi' florileg. Nostradam. 283 sq. 'lex — nocendi' Ioannes Saresberiensis policr. VII 24

VARIA LECTIO.

274 digito *Ioannes de Muris* 275 camenae *Ω′ ς″ Pph.′* 276 plausis *B C* ı plautus *uel* plauctus *codd. Diomedis* uectasse per Hellada *coni. Cuninghamus* uixisse *B* (*a pr. ut uid.*) thespis *γ* (*β′ ν σ a*) hspis *B* thepsis *C* thesphis *F λ′* (*π′ r*) tesphis *δ u* (tesp//i//s *τ*) *u.* 277 *delet Lehrsius* 277 qui *Bentleius opp. Ω′ ς″ Ac. Acr. tr. Vind. Diomed. Donat. et cf. Apoll. Sid. quem supra laudauimus* peruncti] infecti *Diomedes opp. Pph.′* faecibus *B C* (*a l et Fran.*) *Pph.′ Diomedes* fecibus *cett.′ ς′* (*et β*) ora] atris *B C*, *in C superscr.* ł ora, ora *cett.′ ς′ tractat. Vindobon.* (or//a *π*) 278 persone *δ* ı *ut uid.* palle *γ δ u* honeste *δ* ı 279 Aeschylus *γ B λ corr. δ corr.* Haeschylus *C* Aeschilus *ν σ a Pph.′ Porph.′* Aeschynus *φ corr. ψ λ′ δ pr.* Aeschinus *φ pr. u ς″* Aescinus *τ* pulputa *B C* (pulputat ignis *C*) 280 nitiq,] nit *in ras. C* coturno *Ω′ ς″* 281 comedia *C δ u* 282 s, *C* uīs *C u.* 283 *omis. B* 283 est *omis. C* 284 opticuit *F* (*et Fran.*) *tractat. Vindobon.* obticuit *cett.′ ς′* (*et β*) obtinuit *ν* 285 *post* poetae *punctum ponit Doederl.* ///liquere *δ* 286 minimū *in ras. δ* graeca *B* (*et π*) greca *uel* ḡca *cett.′ ς′*

et regat iratos, et amet pacare timentis;
ille dapes laudet mensae breuis, ille salubrem
iustitiam legesque et apertis otia portis;
ille tegat commissa, deosque precetur et oret 200
ut redeat miseris, abeat Fortuna superbis.
tibia non, ut nunc, orichalco uincta tubaeque
aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco
adspirare et adesse choris erat utilis atque
nondum spissa nimis complere sedilia flatu; 205
quo sane populus numerabilis, utpote paruos,

TESTIMONIA.

202 sq. cf. Ioannes Saresberiensis policr. prolog. lib. VI: 'nam quis a semipagano tibiam aurichalco iunctam et aemulam tubae grandioris expectet?'

VARIA LECTIO.

mentes *uel* tumentis *receperunt Bentl. Meinekius Hauptius Linkerus alii* pacare timentis *recepimus cum Doederlino cf. epist.* I 4, 12: 'timores inter et iras' 198 mense *C* 199 Iusticiam *C λ* legis *C* ocia *C* 200 Intellegat *γ* 1

201 *DENVO INCIPIT cod. ε; Ω′ = γ B C F λ′ (λ l) δ ε u: ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

201 habeat *δ* *post u.* 201 *lacunam statuit D. Heinsius* *u.* 202 *om. y* [*Fran. pr.*] 202 non ut] *omis. B* ñ coricalcho *C* 1 orichalco † auri *φ corr. ψ u Pph.′* oricalco *φ pr. λ′ δ ε* oricalcho *γ C* 2 coricalcho *B* uincta *γ B F λ′ δ u* (*π′ σ τ a et β* 2 *Bland.*) *Pph.* iuncta *C ut uid. ε* (*ν r* 2 *v et Fran.* 2 *Bland.*) *Pf. tr. Vind. Io. Sar. r* 1 *n. l.* 203 s, *C* pauco *γ B C ε uar. u uar. δ* 2 *ς′* (*et β uar. Fran.*) *Pph.′ cons. Acr.* paruo *F λ′ δ* 1 *ε u* (*τ et β π* 2 2 *Bland.*) *quod inuasisse uidetur* † paruo *ex u.* 206 pauco *v* 204 Adspirare *C λ′ δ* (*ν a et π*) Asspirare *γ ε* (*σ*) Aspirare *B F u ς′* (*et Lips.*); *illud praetulimus et propter Vergilianos codices uetustissimos et allitterationis causa in hoc libro nonnumquam usitatae cf. uu.* 9. 42. 121. 247. 414. 416 coris *B* 205 conplere *u* (*ν*) complere *cett.′ ς″* *u.* 206 *del. Hammersteinius* 206 Quod *B* ut pute *uel* utpute *C δ ε* (*τ pr.*) paruos *B C* paruus *cett.′ ς″* parcus *Tan. Faber opp. Acr. tractat. Vindobon.*

et frugi castusque uerecundusque coibat.
postquam coepit agros extendere uictor et urbes
latior amplecti murus uinoque diurno
placari Genius festis impune diebus, 210
accessit numerisque modisque licentia maior.
indoctus quid enim saperet liberque laborum
rusticus urbano confusus, turpis honesto?
sic priscae motumque et luxuriem addidit arti
tibicen traxitque uagus per pulpita uestem; 215
sic etiam fidibus uoces creuere seueris,
et tulit eloquium insolitum facundia praeceps,
utiliumque sagax rerum et diuina futuri
sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
carmine qui tragico uilem certauit ob ircum, 220

TESTIMONIA.

208—214 cf. Plinius nat. hist. XVI 171 D.: 'postquam uarietas accessit et cantus quoque luxuria....' 213 'rusticus urbano... turpis honesto' ecbasis captiui u. 619 220—224 'carmine — spectator' Diomedes p. 491 K. Mar. Victorinus II 4, 25 cod. Valent. fol. 35r 220 sq. 'carmine — nudauit' Diomedes p. 487 K. florilegium Cusanum C 14 220 Seruius ad eclog. 3, 20 Isidorus orig. VIII 7, 5

VARIA LECTIO.

Ω′ = γ B C F λ′ (λ l) δ ε u; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

207 frugi] fugit *B* catus *F* cautus *C ut uid. ψ corr.* cohibat *F δ a. ras. u* cohibet *ε pr.* 208 Postquam *Ω′ ς″* (P'q *C*) cepit *λ u* urbes *Ω′ ς″ gloss. Γ* urbem *y u.* 209 *bis exhibet τ fol.* 62b *fin. et fol.* 63a *in.* 209 Lacior *λ* Latior *cett.* laxior *Bentleius, sed cf. Ouid. fast.* III 181 *sq.*: 'moenia iam stabant, populis angusta futuris, credita sed turbae tunc nimis ampla suae' implecti *B* uiuoque *γ* 1 uino, *om.* que, *B* 210 impune *γ B ς′* inpune *cett.* (*ν σ υ et β*) *Ac.* (ĩpune *Fran.*) *uu.* 211. 213. 214 *r* 2 *in ras.* 211 numerus *u* licencia *λ uu.* 212 *sq. del. Paldamus, post u.* 224 *pon. Engelius u.* 212 *omis. F* 1 *λ′* 1 *δ* 1 *aut pr.* (*π′* 1 *τ* 1 *r* 2; *r* 1 *non liqu.*) *add. in marg. F* 2 *λ′* 2 (*π′* 2 *τ* 2) *testantur Acr. tract. Vind.* 214 Hic *y* [1 *Bland.*] prisce *φ* luxuriem *γ F λ′ δ ε ς′* (*r* 2 *et Lips.* 2) luxuriam *B C u* (*π′*) *Pph. tractat. Vind.* luxuriam *v* luxuria *Pf.; r* 1 *non liquet* 215 Ticen *B* 216 Hic *y* [1 *Bland.*] 217 Etulit *λ* p̃ces *λ u.* 218 *paene euanuit in C* 219 Sortileges *ε pr. aut* 1 220 cantauit *γ y Ac.* certauit *cett.' ς″ Pph.*

qui didicit patriae quid debeat et quid amicis,
quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,
quod sit conscripti, quod iudicis officium, quae
partes in bellum missi ducis: ille profecto 315
reddere personae scit conuenientia cuique.
respicere exemplar uitae morumque iubebo
doctum imitatorem et uiuas hinc ducere uoces.
interdum speciosa locis morataque recte
fabula nullius ueneris, sine pondere et arte, 320
ualdius oblectat populum meliusque moratur,
quam uersus inopes rerum nugaeque canorae.
Grais ingenium, Grais dedit ore rotundo
Musa loqui, praeter laudem nullius auaris.
Romani pueri longis rationibus assem 325
discunt in partis centum diducere. 'dicat

TESTIMONIA.

uu. 312—316 florileg. Nostradam. 313 ecbasis captiui u. 618
315 'profecto' incert. gramm. § 51 p. 210 Eichenf. et Endlich.
323 sq. 'Graiis ingenium — loqui' Otto Frisingensis chronic. lib. I c. 27 'Grais dedit — loqui' tractat. de duce Ernesto [VII p. 193 Haupt.] cf. Apollinaris Sidonius carm. 23, 236: 'seu linguae Argolicae rotunditate'

VARIA LECTIO.

312 Quiddicit *γ* Cui didicit *B* Quos ita more *B* 314 Quid ... quid *σ τ* Quo *C* 1 officiumq, quę *B* officiūque *C* (*a* 1) offitiū quae *u* 316 persona *B* 317 iubbo *λ pr.* (*sic*) uidebo *ψ pr.* (*l* 1 *et β* 1) *y*
318 uiuas *Ω′ ς″* (*et omn. codd. Cruqu.*) *tract. Vind.* ueras *y ω Lambinus* 'uiuas uoces id est ueras' *Acr.* ducere] reddere *y* [*Petropolit. Sorbon.*] 319 spetiosa *γ F* locis *B C λ* 2 *δ* 2 *aut corr. ς′* (*et Lips. corr.* 4 *Bland.*) *Pph.′ Porph.′ Ac. Acr. gloss. Γ* iocis *F λ′ δ* 1 *aut pr. u* (*π′σ τ*) *tractat. Vindobon. Iason de Nores; cf. Quintilian. instit.* VII 1, 41: 'plerique . . . contenti sunt locis speciosis modo uel nihil ad probationem conferentibus' 'colligit saepe magis placuisse fabulam, quae nudis narr(ar)etur uerbis, quoniam res spectatorem delectarent, quam quae locis communibus explicaretur' *Porph.′*
322 regum *B* nuge *γ* 323 Grais *F δ corr.* 1 *aut* 2 *u* (*ν r v et β π p. ras. Lips.*) Graiis *B λ′ δ pr. aut* 1 Gragus *γ C* grais *F δ u* (*ν r v et β Lips.*) *Pph.′* graiis *B C λ′* gragus *γ* rutundo *C* 324 Mulsa *B* propter laudem *Sanadonus* 325 racionib; *λ* 326 partis *B* (*π′*) *y* [*β* 1 *ut uid. Reginens.* 1] partes *cett.′ ς* (*et Fran.*)

filius Albini: si de quincunce remotast
uncia, quid superat? poteras dixisse'. 'triens'. 'eu!
rem poteris seruare tuam. redit uncia, quid fit?'
'semis'. at haec animos aerugo et cura peculi 330
cum semel imbuerit, speramus carmina fingi
posse linenda cedro et leui seruanda cupresso!
aut prodesse uolunt, aut delectare poetae,
aut simul et iucunda et idonea dicere uitae.

TESTIMONIA.

329 'Rem poterit seruare suam' florileg. Nostradam. 330 sq. 'Animos — fingi' florileg. Nostradam. 332 cf. Persius 1, 42: 'et cedro digna locutus (carmina)' Ausonius epigr. 34, 13 sq.: 'huius in arbitrio est, seu te iuuenescere cedro seu iubeat duris uermibus esse cibum'
333—337 florileg. Nostradam. 333 sq. Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 Ioannes Saresberiensis policr. I 8. idem rectius metalog. II 8 334 Seruius ad Aen. VI 660

VARIA LECTIO.

centum] ·c· *B* dicat *Ω′ ς″ tractat. Vindobon.* dicas *Bentleius; cf. c.* I 27, 10 327 Fillius *λ a. ras.* alba nisi dequincuncere motast *C* 1 albani *B C* 1 (*ν a v pr. et β*) albini *cett.′ ς″ Ac. tr. Vind.* sede q̄c̄q̄ *B* quinquuce *u* quincunce *cett.′ cons. ς″* remotast *C* remota est *cett.′ cons. ς″* 328 Untia *u* Uncta *B* superat *Ω′ ς″ tractat. Vindobon.* superest *γ uar. y* superet *y* [*Zulichemian.*] *Bentl.* poteras *B C F λ′ δ* 1 *u* (*τ r v et π* 2 *Fran. Lips.*) *tractat. Vindobon.* poterat *γ δ* 2 (*ν σ a et β π* 1 *Fran. uar.*) *Bentl.* poteris *Horkelius* properat *Schneidewinus philol.* III 539; poteras = potes *ut Vergil. ecl.* 1, 79 *Plin. epist.* III 5, 16 *Ouid. trist.* V 1, 49 *metam.* I 679 *Hor. serm.* II 1, 16 dixisse, triens? *interp. Bentl.* eu *γ B C δ in ras.* (*ν π′ ut uid. σ τ r et* 4 *Bland.*) heu *a* est *F λ′ δ* 1 *ut uid. u* (*β′ ut uid. v*) hem *y* en *y* heus *y* 'euge' *interpretantur Acr. et tractat. Vindobon.* 329 reddit *B* untia *u* unctia *B* quid est *B*, *utrum* quid fit *an* quid sit *habuerit C*, *non liquet* 330 Senis *B* at *y* [*π* 2 1 *cod. Feae* 1 *Valarti* 2 *Cruquii p. ras.*] an *B y* [*V et* 2 *alii Bland. a. corr.*] *idem eom. Statius* ad *cett.′ ς″* (*π′ ut uid.*) *cf. apparat. critic. serm.* I 6, 87. *scholia tacent* hec *u* erugo *C δ u supr. u.* peculii *ψ u* (*!*) *flor. Nostr.* peculi *cett. ς″ cf. Vergil. ecl.* 1, 32: 'nec cura peculi' 331 inbuerit *ψ corr. λ* (*et β*) *flor. Nostrad.* imbuerit *cett. ς′* speramus *γ B C ψ corr. λ* 2 (*β′ ν a*) speremus *F λ′ δ u* (*π′ σ τ r v*) *tract. Vind. floril. Nostrad.* 'sperandum est' *Acr.* cupresso? *plerique uu.* 332—346 *post u.* 308 *ponit Lehrsius u.* 334 *del. Gruppeus* 334 aut iucunda simul et idonea *Ioannes Saresber. policrat. opp. metalogic.* aut] et *Seruius*

quicquid praecipies, esto breuis, ut cito dicta 335
percipiant animi dociles teneantque fideles:
omne superuacuum pleno de pectore manat.
ficta uoluptatis causa sint proxima ueris,
nec quodcumque uelit poscat sibi fabula credi,
neu pransae Lamiae uium puerum extrahat aluo. 340
centuriae seniorum agitant expertia frugis,
celsi praetereunt austera poemata Ramnes:
omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,
lectorem delectando pariterque monendo.
hic meret aera liber Sosiis, hic et mare transit 345

TESTIMONIA.

335—337 Hildebertus moral. philos. p. 961 336 ecbasis captiu. u. 585 339 Seruius ad Aen. XII 83 341 glossarium Mai [classic. auct. VIII 117] 342 cf. Martialis I 25, 2—4: 'profer opus, quod nec Cecropiae damnent Pandionis arces nec sileant nostri praetereantque senes' 343 sq. florilegium Nostradamense 343 florilegium Parisinum 8818[a] Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 6. Ioannes de Muris summa musicae c. 2 [III p. 195 Gerbert.] Adam de Fulda musicae part. tertia c. 8 [III p. 362 Gerbert.] Ioannes Saresberiensis metalog. II 8. idem epist. 80: 'alter enim omne tulit punctum et miscuit utile dulci' 344 'delectando — monendo' ecbasis captiu. u. 588

VARIA LECTIO.

opp. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. similei *γ* iucunda; *B C λ corr. aut pr.* ς (*et π* 1) iocunda *F* 1 *aut pr. λ pr. aut corr. δ pr. u* (*β′ σ υ et π* 2 *Lips.*) *florileg. Nostrad.* iucundetidonea *B* 335 Quidquid *λ′* (*σ et π* 1) Quicquid *etiam florileg. Nostradam.* precipies *γ* 336 animo *y* [1 *Bland.*] teneant et fideles *Hildebertus u.* 337 *del. Bentleius Sanadonus Gruppeus* 337 Omis *B* ////pleno *δ* de corpore *y opp. schol. γ tract. Vind. flor. Nostr.* 339 Ne *γ F λ′ δ* ς″ *Acr. tractat. Vindobon.* Nec *B C u* (*σ*) *Seruius* uelit *γ B C ut uid. δ corr.* (*a* 1 *r* 2, *item r* 1 *ut uid.*) *Acr. tractat. Vindob. Seruius* uelis *τ a* 2 uolet *F λ′ δ pr. u* ς″ posset *F δ* 1 *ut uid.* poscet *r* 1 *y* [*Lips.*] 340 N̄ *B* Neu *cett.′* ς″ *Pph.′ Ac. tract. Vind.* prensae *B* uium *δ* 1 *u* uiuū *δ* uium *λ* uiuum *cett.* ς″ *Pph.′* uiuum *a* extrahet *r* 1 *y* [*Lips.*] *Pph.′* aluo] abuo *B pr.* 342 Celsi pt̄ cunctaurā poemata *B* rannes *u* ramnes *cett.′* ς″ *u.* 344, *quem testatur floril. Nostrad., superuacuus uidetur Gruppeo, idem delet uu.* 345 *sq.* 345 meret *B* aera *B u C* 2 *λ′* 2 *δ* 2 (*ν* 2 *π′ σ a* 1 *ut uid. r υ et β* 2 *Fran.*) *Pf.* aerea *γ* 1 era *γ* 2 (*τ*) *tractat.*

et longum noto scriptori prorogat *aeuom.
